





1
7
199









DOMINICI SOTO,
SEGOBIENSIS,

Philoſophi, ac Theologi præſtantiſsimi, in inclyta Salmanticenſi Academia profeſſoris, & Sacræ Cæſareæ Maieſtatis à ſacris confeſſionibus,

SVPER OCTO LIBROS PHYSICORVM ARISTOTELIS *præclariſſima Commentaria.*

Cum Indice locupletiſsimo.





Venetiis, apud Franciſcum Zilettum.
M D LXXXII.



REV. IN CHRISTO

P. DOMINICO BOLANO

IACOBI FILIO,

PATRICIO VENETO,

Ex Prædicatorio instituto Lectori disertissimo; moribus, pietate & religione celeberrimo.

FRANCISCVS ZILETTVS BIBLIOPOLA VENETVS FELICITATEM.





VM tuæ prȩclarissimæ prȩdicatoriæ familiæ decus intueor, & amplitudinem considero (Eximie Pater) in eam dubio procul sententiam deuenio, quòd sicut homine nihil in hac quasi mundana scæna spectatur admirabilius: Ita in Ecclesia Sacra Dei Catholica & Apostolica Ro-

mana instituto prædicatorio nihil cernitur speciosius. Ex quo sicut ex aluo equi Troiani Heroes strenuissimi ad euertendam Troiam exiere: Ita ex hac alma & Sacratissima Religione validissimi Duces omni virtutum genere ornatissimi pro veritatis defensione semper prodiere in lucem. Inter quos (vt cæteros præteream) Dominicus Soto Hyspanus genere, ex clarissima prosapia ortus, professione Theologus, Religione Dominicanus nemini secundus æditus est, tali tantaq; doctrina insignitus, vt veritatem labefactatam defenderet, hæreses euerteret, sectarios conterreret, errantes reduceret, inscios instrueret, vt vix parem ei reperias alterum. Quod sanè ipsius monimenta testantur. Scripsit enim Eruditissimus hic Doctor cùm Tridenti in Sacratissima Synodo Theologum ad patres ageret nomine Inuictissimi Caroli Quinti Romanorum Imperatoris, cui etiam à secretis pro confessione fuit, Dyploma illud nunquam satis pro dignitate laudatum de Natura & gratia aduersus nostrorum temporum sectariorum errata. quod & Sacratissimæ Synodo dicauit, in quo summa cum dexteritate aduersariorum tela propulsat, ictus elidit, errores confutat, dolos aperit, fraudes detegit, & omnia ipsorum arma confringit ac quassat.

Lusit

Lusit Commentaria super Epistolam ad Romanos, in quibus mirificè Apostoli mentem interpretatus maxima cum venustate, eorundem aduersariorum nexus expedit, & laqueos conterit, & summa cum veritatis tum Sacrorum Patrum, & Sacræ Scripturæ analogia Catholicam & Apostolicam doctrinam defendit. Composuit Eruditissimum illum Librum de Iustitia & Iure, in quo an magis Iurisprudentem agat, quàm Theologum peritorum esto iudicium. Interpretatus est cum maxima gloria librum Sententiarum quartum tanta cum fælicitate & facilitate, vt nemini in hac re hunc vestrum facundissimum Theologum secundum esse dixerim. Et quoniam omnibus debitor erat, ne consulens sua doctrina eruditis, Neotolemos studiosos sua opera fraudaret, Aristotelis Cathegorias, & Analytica Iura declarauit, tanta fertilitate & vbertate flagrans, vt Aristotelis spiritum habuisse credas. Et ne aliquid intactum relinqueret, adiecit etiam huic commento Quęstiones quasdam omnibus vtiles, atque proficuas. Aedidit etiam & aliud Commentum super octo Physicorum Libros mirabili doctrinæ profunditate contextum, ita vt nec Græcis expositoribus in his commentarijs sit postponendus, nec Arabi Auerroi & Auicennæ cedat,

nec

nec Latinis omnibus minor ſit exiſtimandus. Et quoniam hæc interpretatio multùm ob profunditatem & eruditionem à doctiſſimis phyloſophiæ profeſſoribus, & ſtudioſis omnibus deſiderabatur, nec venalis vltra habebatur. Satagens ego omnium bonorum vtilitati conſulere, curaui proprijs impenſis, vt correctior & caſtigatior in manus hominum appareret in lucem. Et quoniam magnorum hominum lucubrationes magni nominis viris dicari ſolent, ob id diu mente animoq; anceps fui; cui nam hoc opus denuo impreſſum, eſſet dicandum, qui auctoritate ſua ipſum à maleuolorum morſibus, & ab obtrectatoribus liberaret. In qua dubitatione mea tu ſolus occurriſti, qui nobilitate hunc nobiliſſimum Hyſpanum tueberis, doctrina tua fouebis, & tua eruditione ab omni iniuria vindicabis. Nulli enim melius & commodius Dominicus Soto dicari poterat, quàm alteri Dominico, vt Dominicanus Dominicano, &nobilis nobili donaretur. Qui, vt alterius, Dominici patrui tui Senatoris Integerrimi nunquam ſatis pro dignitatelaudati vitam æmularis, cuius geſta & Vtini, & Anglici, & etiam ad amne Oleum dum dimicaturi vſque ad interitum Brixianus Cremonenſis populi præter cunctorum expectationem

eos

eos bis ex mandato Inuictiſſimi Senatus cum vltima vice Tridenti in Synodo interueniſſet, conciliauit, & verum ſe patricium huius Sereniſſimę & Inuictiſſimę Reipublicę eſſe oſtendit. Quod præclariſſimum factum nunquam vlla delebit obliuio. Qui etiam in Epiſcopatu Brixienſi Clerum illum priſtino candori reſtituit. Ciuitatis illius quoque mores compoſuit, quæ non minus ipſum dilexerat prætorem, vt amauit paſtorem. quem pro eximijs tum animi, cum corporis dotibus à Beatiſſimo Paulo Tertio Pontifice Maximo, & à Sereniſſimo hoc Senatu ſummis votis popoſcit in patrem & animæ conſeruatorem. Cuius in fouendis pauperibus liberalitatem, in componendis ſimultatibus pietatem, in protegendis Xenodochijs charitatem, ſummis & maximis laudibus omnes commendant. Quem tu optimè ſectaris, vt ne dum nomen, verum etiam animum ſtrenuum, atque egregium hæreditario iure ſuſceperis. Qui, vt etiam magis eluceſceres, & magis, D. Dominici veſtigia ſectari deſideraſti, & ardens deſiderium re ipſa perfeciſti, cum maxima animi tui deuotione, & pietate, qua ardentiſſimè in Deum aſpiras. Quare, Eruditiſſime Pater, ſi funiculus triplex difficulter rumpitur, quantò magis quadruplex

valen-

valentior erit ac robuſtior? Et quis vnquam hunc funiculum quadruplicem D. Dominici, Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Dominici patrui tui, Dominici Soto Theologi præſtantiſſimi, & Dominici Bolani Lectoris diſertiſſimi prouinciæ vtriuſque Lombardiæ frangere poterit? Quem Sotum patrocinio tuo ideo commiſi, quoniam Dominicus, non alteri quàm Dominico erat committendus. Quod munus, à me tibi oblatum, ſi ſenſero acceptum (vt confido) hinc ad nonnullos dies eiuſdem Dominici Soto Quæſtiones ſuper octo de Phyſica Auſcultatione Libros tuo etiam nomini committam, vt, qui Commentaria tuetur, tueatur pariter & Quæſtiones. Vale, Venetijs in feſto Sacratiſſimæ Reſurrectionis. Die XV. Aprilis. M D LXXXII.



INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM, AC VERBORVM MEMORABILIVM, QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

A

Aristo-

B



C



Contra-

D



E



F



in

Ignis.

K

L



M

Motus,

Muta-

N

Numerus


Q



R



Res,



Spatium,

T



VACVI

V

FINIS.



REVER. PATRIS DOMINICI SOTO SEGOBIENSIS,

Theologi, ordinis Prædicatorum, in inclyta Salmanticensi Academia professoris,

Super Octo libros Physicorum Aristotelis Commentaria.

PRAEFATIO.





AVD equidem ignoro, quàm sint multi, quantæque authoritatis utriusque linguæ uiri, qui Philosophiam naturalem eo ingenio, & eruditione tractauerint, atque adeo ad uerum exegerint, ut reliquum uix ullum dicendi locum posteris fecisse uideantur. Attamen hoc nostrum mortalium ingenium est, ut usque dum gloria fontis illius ac patris luminum apparuerit, nullis interim satiemur inuentis: sed ex antiquis noua semper eruere, aliaque ex aliis continenter indagare conemur. Eo uel maxime quòd quæ alij, ut acuta suspiciunt, ab alijs uti difficilia reprobantur: & alios quidem breuitas, alios uerò rerum copia undecunque accersita delectat: ac demum qui his placet, stylus dicendi, aliis contra non probatur. Denique non omnes eadem mirantur, amantque. Quocirca laborem hunc nostrum (si modò ex sententia successerit.) non adeo forsan superuacaneum fore arbitror. Cùm enim antiqui Aristotelis expositores, plus forte nimio per fragosa metaphysicorum loca uagantes, philosophiam subobscuram prolixamque effecissent, posteri tum demum, horum satietate defessi, ipsum cum glossatoribus suis Aristotelem negligentes, ac deserentes, ad quæstiones

defecerunt: in quibus diſputandis ac definiendis (quod citra cuiuſpiam notam dixerim) non adeo multum, aut rationi, aut Ariſtotelis teſtimonio incubuiſſe uidentur: ſed quas pro ſuo quiſque arbitrio mouebant, de ſuo ſubinde capite terminabant. Quo nimirum uſu ueniſſe uidemus, ut Pariſienſes ipſi, in quibus ratio hæc ſtudiorum præcipue vigebat, ſcholaſticam philoſophiam prorſus abiecerint. Vnde non poſſum illis non damnum aliquod, & literarum iacturam metuere. Enimuero ut barbaries illa ſophiſmatum, quam dum illic agebamus, præſentes ipſi uidimus, pernicioſa erat: ita Ariſtotelis cognitio (qui ſine Theſeo neutiquam adiri poteſt) & quæſtionum diſputatio, certa ratione moderata, ad rerum cum humanarum, tum etiam diuinarum notitiam, apprime eſt neceſſaria. Iſta me conſideratio inducere potuit, ut priuſquam ad rem theologicam calamum admouerem, phyſicam pro meo qualicunque ingenio tractarem, ſecundum menſuram donationis Dei, cui, quicquid boni accipimus, referendum eſt. At cum huius ætatis profeſſoribus mos à nobis gerendus eſſet: ſanè qui in curſu (quem uocant) artium, triennium tantùm ponunt, ne ſi idem codex & textus expoſitionem, & ſimul quæſtiones complecteretur, iuſtum uolumen excederet, ſeorſum operæprecium duximus, utrunque facere: nempe ut uno uolumine Ariſtotelis expoſitionem, quam pro rei qualitate potuerimus breuiſsimam, exhibeamus: in altero uerò quæſtiones neceſſarias iuxta textus ordinem diſputemus.

Partitio operis.

¶ Erit autem lectoris cura, qui uolumen utrunque ordine interpretari uoluerit, obſeruare: & in commentis, in quo nos fine capitis lectorem ad quæſtionum ſeriem mittimus: & rurſus in quæſtionibus, in quo eum quæſtionis calce ad intermiſſa commenta remittimus. ¶ Quo igitur rem aggredientes à nomine ipſo, philoſophia, proficiſcamur, ut Diogenes Laertius libro. 1. & Cicero lib. 5. tuſcula. quæſtionum ex Heraclide pontico referunt, Pythagoras primus fuit huius nominis inuentor. Olim namque ſeptem illi celebres Græciæ Sophi, id eſt, ſapientes dicebantur: ſed cum Pythagoram, coram Leonte Philiaſiorum tyrāno doctè & copioſè de rerum naturis diſſerentem, admiratus Leon interrogaſſet, qua maxima arte polleret, reſpondiſſe fertur, artem quidem nullam ſe ſcire, ſed eſſe Philoſophum, ideſt ſapientiæ ſtudioſum: ſoloſque deos dignos eſſe, qui dicantur ſophi, ideſt, ſapientes. Atque inde, quæ initio ſophia, ideſt, ſapientia dicebatur, Philoſophia, ideſt, ſtudium ſapientiæ, appellari cœpit. ¶ Hanc in uniuerſum ſic dictam philoſophiam (quam Cicero. li. 4. tuſcul. q. ſub nomine ſapientiæ, diffinit eſſe rerum diuinarum & humanarum ſcientiam, cognitionemq́ue, quæ cuiuſque rei cauſa ſit): hanc inquam antiqui philoſophi trifariam partiti ſunt: puta in Dialecticen, ideſt rationalem, Phyſicen, ideſt naturalem, Ethicen, id eſt moralem. Cuius quidem diuiſionis, ſi Diogeni lib. 1. fides danda eſt, Zeno Cynicus Stoicorum princeps primus author fuit. Tametſi & Cicero in Academicis lib. 1. & Auguſtinus lib. 8. de ciuitate Dei, capi. 4. Platoni eam attribuunt. ¶ At uerò, ut 6. metaphyſ. text. 1. & lib. 11. cap. 6. ex Ariſtotele colligitur, congruentius hoc modo diuiditur Philoſophia:

Philoſophiæ nomen.

Philoſophiæ diuiſio.

losophia: nempe ut alia sit rationalis, quæ in Grammaticam, Rhetoricam, & Dialecticam diuiditur, alia uerò realis. Et hæc, alia speculatiua, & alia practica. Atqui inter practicas alia est actiua, ut Moralis: quippe quæ actiones immanentes moderetur: aliæ factiuæ, nempe quarum actiones in exteram sint materiam transeuntes, ut Mechanicæ. De quibus nihil ad præsens negocium. ¶ Philosophiam ergo realem speculatiuam partitur locis citatis Aristoteles, in Metaphysicam, Physicam, & Mathematicas. Cuius rationes diuisionis q. 1. enarrabimus. Vbi & de earum Philosophiæ partium inuentoribus sermonem etiam facturi sumus.

Ex his sequitur, quòd Philosophia & Physica se habent, ut genus, & species: nam, Philosophia, complectitur & moralem, & rationalem, & naturalem: Physica uerò (quod Latinè sonat naturalis) solùm dicit Philosophiam realem speculatiuam naturalem, idest, de ente mobili. De qua re primam mouimus quæstionem. Quapropter in subsequentibus indifferenter utemur his duobus nominibus, Philosophia naturalis, & Physica. ¶ Alijs ergo Philosophiæ partibus prætermissis, Physica est, quam interpretandam assumpsimus. Quæstionis primę sedes.

OCTO autem cum sint quæ Commentator in hoc prologo adnotare nos præcipit: quæ sunt, authoris & nomen, & intentio: libri uerò nomen, utilitas, proportio, ordo, modus procedendi, atque diuisio. De Aristotele quidem in prologo prædicamentorum satis à nobis dictum existimo. Intentio uerò eius est in libris Philosophiæ naturalis de rebus omnibus naturalibus dicere, inquantum naturales sunt, idest ea ratione, qua in se habent principium motus. Nam hac ratione res naturales à moralibus, & artificialibus distinguuntur, ut quæstione prima elucidabimus: ubi & de huius scientiæ utilitate non nihil dicturi sumus. ¶ Comparatio huius scientiæ ad alias (ut ex dictis colligitur) est, quòd hæc quæ Physica dicitur, est Philosophiæ species realis speculatiuæ, contra metaphysicam & mathematicas distincta: à philosophia uerò morali, atque adeo à rationabilibus scientiis genere differens. ¶ De ordine autem huius scientiæ ad alias, inter Philosophos olim controuersum fuit, ut lib. 7. in uita Zenonis meminit Diogenes. Nam Zeno, Chrysippus, & alii Stoici, primam Logicen, secundam Physicen, tertiam Ethicen statuebant: Diogenes Ptolomęensis ab Ethicis censebat inchoandum: sed Panetius à Physicis sumebat initium. At uerò ut S. Tho. 6. Ethi. lectione 7. adnotauit, congruus ordo scientiarum est, ut à rationalibus, puta à Dialectica initium sumatur, quæ secundum Comm. 2. meta. com. 15. est modus sciendi: nam ut illic ait Aristo. modus sciendi ante scientiam quærendus est. Secundo loco succedunt mathematicæ: quia ut author est 1. Ethic. Aristot. iuuenis non est idoneus auditor philosophiæ moralis: & addit in 6. lib cap. 8. quòd nec est idoneus ad philosophiam naturalem: sed tamen ad mathematicas: eo quòd principia philosophiæ moralis & naturalis à sensibilibus consuetudine aut experientia sumuntur: iuuenis autem nec experientiam, nec consuetudinem rerum habet: quare nec de moralibus, nec de naturalibus iudicare potens est: Mathematicæ uerò

Octo notanda.

Intentio.

Comparatio.

Ordo.

abſtrahunt à ſenſibilibus, quæ proinde facilius acquiruntur. Vnde antiquitus pueri in mathematicis ob earum facilitatem exercebantur. Tertium uerò locum habet philoſophia naturalis, & quartum phyloſophia moralis: nam facilior eſt experientia rerum naturalium, quàm conſuetudo, quæ ad prudentiam moralium exigitur. Quinto tandem & poſtremo loco adeunda eſt diuinorum theologia. Iuribus autem locum non damus peculiarem, propterea quòd ius ciuile, philoſophia quidem moralis eſt: ius autem canonicum ſub theologia militat. Phyſicam, ſeu philoſophiam naturalem (quod ad eius attinet diuiſionem) in duas Ariſto. conſiderationes diſtribuit. Enimuerò ut in principio ſtatim de partibus animalium ipſe admonet, qui de pluribus ſpeciebus dicturus eſt, debet ea quæ omnibus ſunt communia prius tractare, quàm ad ſingulorum propria deſcendat: aliàs ſæpe opus eſſet in ſingulis eadem communia repetere. Quocirca dicturus Ariſt. de multis mobilium, ideſt rerum naturalium ſpeciebus. Prius in his octo libris Phyſicorum tractat ea, quæ omni enti mobili ſunt communia. Facit enim ſermonem de materia & forma, & alijs cauſis & proprietatibus entis mobilis. In reliquis uerò libris deſcendit ad ſingulas ſpecies motus: nam in libris de cœlo agit de digniſsimis corporibus, quæ ſolo motu locali mouentur: nempe de cælis. In libris de generatione, de his quæ communia ſunt omni generationi, ſcilicet de elementis, ex quibus fit generatio: de alteratione quæ præcedit, & de augmentatione quæ ſequitur omnem generationem. Atqui in reliquis deſcendit ad ſpecies corporum generabilium: nam in libris metheororum agit de his quæ primò generantur ex elementis in ſublimi, ſcilicet de igneis & aqueis: ut de fulminibus, de niue, pluuia, & grandine, aliisque id genus. Reliquos uerò libros conſumit diſputationibus de natura animalium: initium ſumens ab his primò quæ communia ſunt omnibus animalibus. Vnde in libris de anima tractat de anima & partibus eius: & in reliquis paruis naturalibus de ſenſu & ſenſato, ſomno & uigilia, & cæteris, quæ omnibus, aut pluribus animalibus ſunt communia. In libris uerò de hiſtoria, de partibus, & de generatione, & de motione animalium agit de animalium ſpeciebus in particulari. ¶ Numerus autem librorum octo phyſicorum hac ratione diuiditur. Primus eſt de principiis rei naturalis, ſeu entis mobilis: quod idem eſt, ſcilicet de materia, forma, & priuatione. Secundus uerò eſt de principiis ſcientiæ naturalis, ſcilicet de natura, quæ cum ſit principium motus, eſt ſicut medium quo utitur hæc ſcientia in ſuis demonſtrationibus, & de quatuor generibus cauſarum, per quas demonſtrat. In tertio ſequitur tractatus de motu: quæ eſt prima paſsio ſubiecti huius ſcientiæ. In quarto uerò ſubſequitur diſputatio de his quæ extrinſecus adiacent motui, ſcilicet de loco, qui eſt menſura mobilis: & de tempore, quod eſt menſura motus. Quinti autem libri conſideratio eſt de diuiſione motus in ſuas ſpecies: ſexti de diuiſione motus in partes integrales, ſcilicet de diuiſione motus ſecundum tempus. Septimum uerò & octauum adiecit Ariſtot. de primo motore, & primo mobili, & primo motu. In ſeptimo nanque oſtendit neceſſarium eſſe, ut ſit pri-

Diuiſio.

Libri octo.

mus motor, primum mobile, & primus motus: & in octauo tandem differit quæ sit natura primi motoris, primi mobilis, & primi motus. ¶ Modi procedendi huius scientiæ (inquit hic Com.) sunt viæ communes doctrinæ, scilicet demonstratio à signo, id est ex effectibus ad causam: & demonstratio propter quid à causa ad effectum, & demonstratio simpliciter. Distinguit hic demonstrationem simpliciter à demonstratione generaliter, ex causa, aut quemadmodum 1. poste. q. 4. diximus, scilicet quòd demonstratio simpliciter sit illa, non quæ procedit quomodocunque à causa ad effectum, sed quæ procedit formaliter ex causis & principiis immediatis. Aut forte melius, quòd demonstratio à signo sit secundùm quid demonstratio: quia procedit ex notioribus, non simpliciter, sed solùm quo ad nos: & eadem ratione, demonstratio quæ procedit à causa, notiori quidem naturæ, nobis autem ignotiori, uocetur etiam quodammodo secundùm quid; ut demonstratio eclipsis per interpositionem terræ, ubi causa est nobis ignotior quàm effectus. Demonstratio uerò simpliciter sit illa quæ procedit ex notioribus simpliciter, scilicet & quo ad naturam, & quo ad nos: ut sunt demonstrationes mathematicæ: quæ, ut patet apud Euclidem, procedunt ex principiis simpliciter notis naturæ & nobis, paulatim ad ignotiora simpliciter ascendendo. Demonstramus enim tres angulos trianguli æquiualere duobus rectis per hoc, quòd angulus extrinsecus æquiualet duobus intrinsecis oppositis: quæ quidem causa est notior, & naturæ & nobis, ut 1. poste. q. 5. exemplo monstrauimus. ¶ Vt autem tandem ad nomen libri descendamus titulus sic habet.

Modus procedendi.

Demonstratio simpliciter.

Nomen libri.





ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV, SEV DE NATVRALIBVS PRINCIPIIS,

LIBER PRIMVS.

FRANCISCO VATABLO *translationis veteris correctore.*

A NSCRIPTIONIS hujus, scilicet de Physico auditu, seu de naturali auscultatione (quod idem pollet) non aliam rationem ferè afferunt expositores, nisi quod opus hoc auditoribus suis legebat interpretabaturq; Aristoteles. At quia ratio hæc non omnibus forsan sufficiens reputabitur, notandũ est quod opera antiquorum Philoso-
B phorum Philoponus in prologo prędicamen. in tria genera distribuit. s. in commentaria (quę erant annotationes illæ, quas quisq; ex lectione aliorum operum in gratiam memoriæ scripto mandabat) & collocutoria, seu dialogica (quæ, scilicet, non tanquam ex propria persona à proprio authore, sed a personis in dialogum introductis, proferebantur: quæ apud Platonem sunt frequentissima) & auscultatoria (quæ erant illa opera, quæ magister in scholis tanquam ex propria persona præceptionis modo legebat.)

C Attamen, vt Simplicius, & Themis. in hoc libro meminit, & Cicero lib. 5. de finibus insinuat, & Aulus Gellius lib. 20. c. 4. latius explicat, duo erant, quantum ad rem attinet, genera operum apud antiquos: alia in quibus continebãtur rhetoricę meditationes, & argutiæ ad res ciuiles pertinentes, & aliæ id genus res minoris momenti, quæ dicebantur Exoterica. i. extera & vulgaria, eo quòd ad illorum auditionem admittebãtur vulgares, & quicunque de plebe audire uolentes. Alia uerò erant in quibus res maioris momenti
D & subtiliores agitabantur, siue ad dialecticam, siue ad naturæ cõtemplationem pertinerent. Quæ proinde appellabantur Acromatica. i. auscultatoria, eo quod attentiori meditatione indigerent: nam auscultari est attentè audire: & idcirco ad hæc non admittebã tur, nisi homines iam prouecti, & peculiares auditores. Et hæc legebantur manè: ideoq; dicebatur matutina deãbulatio: alia uerò legebantur vespere, & dicebatur vespertina deambulatio. Legebat enim Aristo. deambulans. Vnde

Exoterica.

Acromatica.

de

A de Them.alia,inquit,quę de rhetoricis & de poeticis,& moralibus Arist.scripsit, ea claritate dictauit, ut quisquis negocio facili posset per se intelligere. Hæc autem de rerum principijs, quæ altioris sunt speculationis obscurè tradidit:ut non nisi qui ingenio pollerent, neque illi sine doctore percíperent. Vnde cum de his conquereretur Alexander,quòd,quæ ipse in secreto audierat, alijs vulgasset,respondisse fertur Aristo.non ægre id ferret, qa ita scripserat,ut nemo, nisi ab eius ore audiret,intelligere per se ualeret. ¶ Inscribitur ergo opus hoc de Physico auditu.i.de naturali auscultatione: nempe quod hæc nisi audiantur & as-
B sidua meditatione versentur, intelligi nequeunt. Tametsi & græce etiam inscribatur, de principijs naturalibus, eo quod,ut dictũ est, in his octo libris agitur de principijs uniuersalibus rerum naturalium. Et ita vulgo modo nuncupantur libri Physicorum.i.naturalium,uidelicet principiorum. At uerò,ut Them.hic ex Adastro refert,qnq; priores libri qñq; ab Arist. appellantur de principijs: tres uero posteriores vocãtur de motu. Et sub illis nominibus solet eos Arist. sæpe citare. ¶ Ex translationibus Latinis elegimus ueterem translationẽ,quæ à Francisco Vatablo ad veritatẽ Græcã exactissime correcta est,& latinitate præterea donata & (Vatablus.)
C polita: nã vetus illa,quæ sub noĩe Boetij circunfertur,indigna est profectò,q̃ in scholijs uersetur:& Argyropili translatio (quam in dialectica, quia aliam correctiorem non habebamus, sequuti sumus) quamuis in sententia parum à ueritate græca declinet,uerba tamen græca non adeò fideliter seruat.

¶ Sequitur hic quæstio prima, quæ est procemialis.

DE ORDINE PROCEDENDI. D

CAP. I.



QVONIAM intelligere,ac scire contingit circa omnes scientias,quarũ sunt principia, causæ,vel elementa, ex horum cognitione (tunc enim putamus cognoscere unũquodque: cum causas primas cognouerimus, & principia prima, & usque ad elementa) Manifestum est, quòd, & ea quæ sunt circa principia scientiæ, quæ de natura est, primum determinare tentandum est. (Tex. 1.) (Primi articuli q̃stionis secundæ locus.)

Exorditur ergo Aristote. opus hoc Physicorum à principijs rei naturalis, siue entis mobilis,quod est subiectum physicæ. De quibus subinde est totus hic primus liber. Adnotandum est tamen, quòd opus hoc græce tantummodo diuiditur in libros octo: nullus aũt librorũ amplius subdiuiditur, sed perpetuo cõtextu procedit.Traductores uerò linguæ,elucidationis gratia, singulos libros per capita distribuunt. At verò Com. non sequitur diuisionem per capita,sed per commẽta. Et quia receptissimum est Aristotelem per textus commentorum citare, hoc nos etiam tempori dabimus, ut diuisiones capitulorum, & simul commentorũ obseruemus. ¶ Tametsi profectò (ut inscitiam meam ingenue fatear) non mihi uideor intelligere,cur Cõmentator in tanto sit habitus precio, ut par ferè negocium sit expositoribus Aristotelis Commentatorem & intelligere, & defendere, atq; Aristotelem ipsum. Nam præter quam quòd pressus est & lubricus, atque adeo intellectu ferè difficilior,quam Arist.nescio quid egregium præclaroq; ingenio dignum, nisi unũ forsan aut alterũ apud Cõmentato.legatur, cũ tñ erroribus,non solũ contra fidẽ, sed contra (E) (F) (Cõmentator Auer.)

A ueram philosophiam sit frequentissimus. Non illi gloriam hanc detraho, quominus hoc nomine fuerit de Aristotele bene meritus, quòd cum esset & lingua græca, & alijs tunc temporis latinis expositoribus destitutus, tam multis in locis Aristotelē intellexerit, ob idq; tanquā solus inter Latinos meritò fuerit receptus: sed tamen quādo tanta iam nunc est expositorū frequentia, & q̃ lumine fidei illustrati res physicas tractauerunt, non est cur nobis Auerroes tantum negocium facessat. Fuit Cordubensis Machumetus, medicus, sub anno Domini 1150. ¶ Attamē
B ut ad propositum reuertamur, liber iste primus nouem continet capita: diuiditur tamen per textus octoginta tres. Primum caput, quod quinque textus habet, sed perspicatius in tres tatùm partes diuiditur, est uelut proœmium huius operis, immo forsan totius philosophię naturalis, sanè in quo duas statuit Aristoteles conclusiones, quibus aperit modum debitum procedēdi in philosophia naturali, quinimo in omni, quæ de aliqua re traditur, sciētia. Circa quas uersatur secunda quæstio nostra. ¶ Prima conclusio hoc pri-
1. Cōclu.
C mo textu est. Tentandum est primum determinare ea, quæ sunt circa principia scientiæ, quæ de natura est, idest Inchoanda est sciētia naturalis à determinatione principiorum rei naturalis de qua tractat. Probatur cōclusio. Omnis scientia rerum, quarum sunt principia, aut causæ, aut elementa, ex horum principiorum, causarum, & elementorum cognitione fit: sed scientia rerum naturalium est rerum habentium principia &c. ergo hæc scientia inchoanda est à cognitione principiorū rerum naturalium. Maiorem syllogismi probat Arist. ex eo quod dixerat. 1. poste. tex. 5. uidelicet, quòd tunc putamus cognoscere vnūquodq;, cū causas primas cognouerimus, & pricipia prima, & vsq; ad elementa. Minorē uerò, ut mos eius est, nō exprimit, sed subintelligit. ¶ Consultò dicit, intelligere & scire, ut, intelligere, referatur ad cognitionem primorum principiorum: quæ quamuis non habeant principia, nec causas extrinsecas, habent tamen elementa, puta terminos ex quibus constituuntur: ex quorum cognitione fit cognitio principiorum, ut ait Arist. 1. Poster. tex. 6. aut pōt referri, ut ait. S. Thom. ad diffinitionem, cuius intellectio pendet ex genere & differentia, quæ sunt eius causæ & principia. Com. legit, Quoniam dispositio scientiæ & certitudinis, ubi nescio quam differentiam comminiscitur inter sciētiam & certitudinem, uidelicet quòd non omnis scientia sit certa, sed illa quæ procedit ex causis. Veruntamen nec fundatur in litera græca, nec est ad intentionem Aristot. ¶ Quid intelligat nomine principiorum, causarum, aut elemētorum, Alpharabius opinatur illa referri ad principia scientiæ, ut dignitates dicantur principia, & præmissæ dicantur causæ, & maior & minor extremitas elementa. Commentator illa intelligit de principijs rei, ut per principia intelligantur causæ agentes, & per causas, causæ finales, & per elementa, causæ materiales. Sed hæc omnia sunt ad libitum cōficta, & maximè, quia Com. in primo & secundo loco huius textus æquiuoce accipit principia & causas, quod sine aliqua probabilitate dictū est. ¶ Superuacuum ergo est opiniones referre, vbi expressa est scientia Arist. qui. 5. meta. tex. 1. & infra eo ordine quo hic, ista ꝓponit. Docetq; quid horum sit unumquodq;. Habent enim se tāquam superius & inferius. Enimuero principium solū dicit ordinē, idest id vnde res, aut motus incipit. Causa verò supra principium addit influxū in effectum; sed elementum adhuc addit, quòd sit causa materialis intrans compositionem rei. Quocirca nomen principij est cōmunissimum, ut pūctum est principiū magnitudinis, & instans principiū temporis,

D Intelligere.
E
F
Prīcipiū, causa, elementum.

A poris, & terminus à quo, principiũ motus, ut ex non calido fit calidum: & tamen nec punctum, nec instans, nec terminus à quo sunt propriæ causæ. Causa uero est illa quæ influit; ut causa efficiens, aut qui mouet, ut finis, aut quomodocunque concurrit, ut materia, & forma. Sed elementum propriè est sola causa materialis, ut cuprum est elementum statuæ. Vnde prima elementa uocantur illa quæ non sunt amplius resolubilia in partes differentes specie, ut literæ dicuntur prima elementa, & in mistis naturalibus sunt quatuor elementa, in quæ fit resolutio: quorum similitudine .1. poste. tex. 38. propositio-
B nes immediatas & irresolubiles appellat Arist. prima demonstrationis elemẽta. Ex quo sequitur, quòd omne elementum est causa, & non e conuerso; item omnis causa est principiũ: quia est prior effectu; non tamen e cõuerso.

Numerantur uerò illa tria disiunctiue; quia non omnes res habent omnia illa tria: ut intelligentiæ non habẽt elementa; quia non sunt materialia, habẽt tamen causas. Et cœlum non hẽt principium magnitudinis, cum sit sphæricum, nec secundum Arist. principium temporis, sed habet causas motrices, scilicet intelligentias. Et præterea numerantur disiunctiue, quia non omnis
C scientia demonstrat per omnes causas. Mathematicæ nanque solùm demonstrant per causam formalem, ut habetur. 2. huius text. 18. & 3. meta. tex. 3. Cuius ratio est, quia abstrahunt à materia, & per cõsequẽs ab agẽte & fine: tractat enim Geometria de forma triãguli, nõ ut est in tali materia, & per cõsequens, nec ut fit ab agente. Metaphysica ẽt tractat de ente, pro vt est cõe ad res oẽs materiales & immateriales, & per consequens proprie nõ tractat de materia, quis in genere tractet de actu & potentia. Tractat uerò de alijs causis, ut de genere & dña, quæ sunt causæ rei. Physica uero, quia in suis diffinitionibus utitur materia & motu: proptere a tractat de omni genere causarum: D
nam agens producit formam in materia propter finem.

Innata autem est ex notioribus nobis & manifestioribus uia, ad manifestiora natura, & notiora; non enim sunt eadem & nobis nota, & simpliciter. Quapropter necesse est ad hũc modum procedere, ex immanifestioribus natura quidem, nobis autem manifestioribus, ad manifestiora natura, & notiora. Sunt autem primùm nobis dilucida, ac manifesta, confusa magis. Posterius autem: ex his nota fiunt elementa, & principia, ijs qui diuidunt ipsa. Quapropter ex uniuersalibus ad singularia procedere oportet.

Tex. 2.
Tex. 3.
Tex. 4.
E
Arti. 2. secũdę quęstionis.

¶ Secunda conclusio huius prologi est. Ex uniuersalibus ad singularia procedere oportet. i. Ordo tractandi de principijs est, ut ab uniuersalioribus ad particularia procedatur. Probatur. Ordo naturalis cognitionis humanæ est, vt à notioribus nobis & manifestioribus ad ea, quæ sunt nobis minus nota, naturæ uero notiora, procedamus (non enim sunt eadem nobis, & naturæ notiora) sed illa quæ sunt magis confusa, sunt nobis magis nota: ergo ex illis procedendum nobis est, ad illa quæ sunt magis determinata, at vniuersaliora sunt magis confusa (ut animal, quàm homo, & corpus, quàm animal, &c.) ergo ab uniuersalibus ad singularia procedendum nobis est. Maiorem ponit in 2. text. minorem, in 3. cõclusionem, in 4. ¶ Scio multos, qui diuisionem Commentatoris sequuntur, in plures conclusiones hunc prologum distribuere: nam Cõm. illam propositionem, quòd confusa magis, sunt nobis notiora, non accipit tanquã præmissam ad concludendum aliam, scilicet, quòd sit incipiendum ab uniuersalibus: sed dicit esse aliam per se conclusionem

2. Concl.
F

A clusionem. Vnde per confusa, non intelligit uniuersalia, sed tota respectu partium, quas Aristo. statim (inquit) appellat elementa & principia. In quibus (ait) uerbis non vult ostendere ordinem procedendi in doctrina, sed qualitatem demonstrationum quibus utitur hæc scientia. Videlicet quod pergāt ab effectu ad causam, & à compositis ad simplicia. ¶At uerò pfectò, licèt totū notius nobis sit aliquo modo quàm partes, ut in primo exemplo statim tex. 4. uidebimus, & q. 2. explicuimus, tamen cum ait cōfusa esse notiora à parte intelligit uniuersalia, qa hic Aristo. non loquitur de modo de-B monstrandi huius scientiæ (hoc enim docet in 2. lib.) sed solùm statuit duos ordines doctrinæ, unum ex parte obiecti in prima conclusione, uidelicet quòd consideratio rei procedere debet ordine naturę à principijs ad cōposita, quo ordine natura procedit in eius compositione: secūdum ordinem subdit in secunda conclusione ex parte cognitionum: uidelicet quòd in cōtemplatione principiorū cognitio debet procedere ab uniuersalioribus. Ad cuius probationem subsumit illā minorem, quòd confusa idest uniuersalia sunt nobis notiora. Quos ordines seruat Arist. cum prius tractet de mate-C ria & forma in 1. lib. & de alijs causis entis mobilis in secundo, & deinde in tertio prosequitur de ipso ente mobili. Rursus in consideratione principiorum prius in genere incipit inquirere, quot sunt principia rerum naturalium, & mox in particulari tractat de singulis principijs. At qui in his octo libris tractat in genere & in uniuersali de mobili & motu, deinde in alijs libris particularibus, in particulari de singulis speciebus mobilium & motuum. Quocirca non accipitur hic uniuersale, pro propositione de subiecto distributo, sed pro notitia cōfusa. ¶Colligitur ergo qd per confusa Arist. intelligit, non composita, ut uult Cōmen. sed uniuersalia. Quę dicuntur cōfusa eo quòd indistinctè continent, & D significant plures species, quas hic uocat elementa & principia, propterea quòd genus se habet ad species, sicut totum ad partes in quas diuiditur. Et hoc est quod intelligit hic Arist. quando dicit, quòd confusa magis sunt nobis primū manifesta, posterius ex his nota fiunt elementa, ijs qui diuidunt ipsa. Nam diuisione generis per suas differentias distinctè cognoscūtur species, ut animalium aliud animal rationale, aliud irrationale. Et hanc expositionem insinuant Philoponus, Alexāder, Themistius, qui Græce egregie Aristotelem intellexerūt. Et ideo nos E duas tātùm principales conclusiones ex hoc. 1. cap. colligimus. Reliquæ uerò omnes sunt præmissæ, quibus ipse demonstrātur. ¶Offert se hic statim argumentum contra hanc secundā conclusionem, quòd uniuersalia non sunt nobis magis nota, nec sit ab illis incipiēdum, cum Arist. 1. poste. c. 2. tex. 5. dicat, singularia esse magis nota quàm uniuersalia, & à singularibus incipere cognitionem nostrā, quippe quę sunt proxima sensibus: sed hoc in quæstione 2. expositum est & solutum. Vbi ostendimus illic sermonem esse de singularibus simpliciter, quæ sunt obiecta sensuum; hic uerò de particulari-F bus speciebus, seu minus uniuersalibus, quæ dicuntur singularia respectu superiorum generum.

Duo ordines.

Vniuersale.

Confusa.

Totum enim, secundum sensum notius est: vniuersale autem totum quoddam est. multa enim comprehendit ut partes, uniuersale. Patiuntur autem hoc idem, quodammodo & nomina ad rationem. totū enim quoddam, & indistinctè significant, ut circulus. diffinitio autē ipsius diuidit in singula Ac pueri, primùm quidem omnes viros, patres appellant; & matres, fœminas. posterius Tex. 5.

A rius autem, determinant horum utrunque.

In tertia demum parte huius capitis tribus exemplis manifestat minorem superioris syllogismi, uidelicet quòd confusa, idest uniuersalia genera sunt magis nota, quàm singularia.i. quàm inferiores species. Primum sumitur à toto sensibili ad partes. Totum enim prius sese offert sensui, quã partes distinctè, ut prius quis à remotis uidet turrim, quàm quod sit ex lateribus, aut ex lapidibus constructa, & prius uidet arborem, quàm distinguat ramos, & prius hominem, quàm distinguat membra; ergo à simili, cum B uniuersale sit quodammodo totum respectu suarum specierum, notius est illis. Quòd si quis contra arguat uniuersale nullam habere similitudinem cum toto integrali respectu partium: nam totum continet actu partes, uniuersale autem solùm continet in potentia species, ut uidimus in prædicabilibus cap. de differentia. Respondetur, quòd totum integrale, duas habet ad suas partes habitudines. Prima est, quòd continet illas actu, & in hoc non assimilatur generi, sed potius speciei, quæ in actu continet genus, & differentiam. Secunda est, quòd continet eas indistinctè & cõfusè, unde per diuisionem totius partes distinguuntur, C ut cum frustum impuri auri liquatur, separatur purum aurum ab aliis metallis, & in hoc assimilatur generi. ¶ Secundum exemplum sumitur à toto intelligibili; nempe à diffinito ad partes diffinitionis. Nomen enim homo, seu circulus, confusè continet partes diffinitionis, quæ in diffinitione distinctè explicantur: prius namq; quis cognoscit cõfusè hominem, quã distincte cognoscat esse animal rationale. ¶ Attamen uidetur hic Arist. sibi esse contrarius, cum supra dixerat partem diffinitionis notiorem nobis esse quàm ipsam speciem, ut animal quàm

Primum exemplũ.

Totũ integrale.

Secũdum exemplũ.

hominem: hic autem uidetur dicere D oppositum. Responsio tamen est, quod animal seorsum notius nobis est quã homo: si tamen animal sumatur, ut pars diffinitionis hominis, prius notũ est nobis hunc esse hominem, quàm distinctè esse animal rationale. Sicuti notior est linea, quàm linea circularis, tamen prius confusè cognoscitur circulus, quàm quod lineæ à centro ad circunferentiam sint ęquales, quæ est diffinitio circuli. ¶ Tertium exemplum est in textu quinto, quod sumitur à toto sensibili ad particulare, scilicet à superiori ad inferius in significãdo & repræsentando sensui, siue id sumatur secundum locum, siue secundũ tempus. Cũ enim quicquam à remotis E uidemus, prius cognoscimus id esse corpus, quàm esse animal, & prius esse animal, quàm esse hominem. Itẽ puer prius tempore sensu percipit rationem hominis in communi, quàm proprietates patris in particulari, & differentiam inter matrem & feminã, quàm inter patrem & matrem; & ideo prius appellat omnes homines patres, & omnes fœminas matres, non discernens inter communia hominis, & propria patris; ergo signum est ita contingere in intellectu, ut uniuersalia sint nobis prius nota, quàm particularia.

Tertium exemplũ.

¶ *Sequitur quæstio II. super tex. I. Vtrum modi, &c.* F

DE PRINCIPIIS, aduersus Parmenidem, & Melissum.

CAP. II.



NECESSE est autem: aut vnum esse principium, aut plura. Et si unum, aut immobile, vt dicit Parmenides, ac Melissus, aut mobile, ut physici: hi quidem aerem asserentes, alij verò aquã, Tex.6.

A primum esse principium. Si uerò plura, aut finita, aut infinita. Et si finita, plura autem uno, aut duo, aut tria, aut quatuor, aut secundum alium quempiam numerum. Et si infinita, aut sic est, vt Democritus genere qui dem unum, figura uerò vel specie differentia, aut etiam contraria.

¶Statuto in prologo duplici ordine procedendi sciētiæ physicæ, aggreditur in hoc 2. cap. Arist. iuxta primū ordinem, tractatum de principiis entis mobilis, quod est subiectum physicæ, & iuxta secundum, incipit prius in genere inquirere principiorum nume B rum. At qui tribus integris capitulis usque ad textum 14. disputat de principiis aduersus ueterum opiniones. In more enim semper habet Arist. in initio suorum operum contraria dogmata euellere, ut suam commodius sententiam introducat, instar naturalis agentis, quod contrariam formam, priusquam propriam in subiectum inducat, inde pellit, ut 1. Metaph. & 1. de anima. & 1. Ethic. est inspicere. Et quia inter philosophos, aliqui sunt naturaliter loquentes, id est principia admittentes naturalia; alij uerò non naturaliter loquentes, quippe qui talia prin- C cipia negant, in hoc 2. cap. quod sexdecim textus continet, à sexto usque ad 21. inclusiue arguit aduersus eos, qui non naturaliter loquuntur, qui sunt Parmeni. & Meliss. & in tertio respondet eorum rationibus, & in quarto disputat aduersus naturaliter loquētes. ¶In hoc ergo primo textu, qui est sextus in ordine, proponit diuisiones principiorum, quas antiqui solebāt appellare scientificas, propterea quòd procedunt per membra contradictoria, atque adeo in uniuersum comprehendunt numerum omnem & qualitatem principiorum, quæ possunt in cogitationem cuiuscunque philosophi cadere. Ita ferè distinxit. 1 Ethic.

Mos Ariot.

antiquorum opiniones de felicitate, D & ultimo fine, qui est in operabilibus, sicut principium in speculabilibus. ¶Diuisiones autem sunt numero quinque, unde quinque formantur quæstiones. Prima. Rerum naturalium, aut unum est principium, aut plura. Non est dare mediū, quia ea quæ sunt plura simpliciter, id est actu diuisa, nō sunt unum. Secunda. Si unum, aut immobile, ut dicunt Parmeni. & Meliss. aut mobile, ut aiunt physici, quorum alij dicunt esse aerem, alii aquam, aut aliud quippiam. Tertia. Si plura, aut finita, aut infinita. Quarta. Si finita, aut duo, aut tria, aut in alio quouis numero. Quinta. Si infinita, aut genere quidem unum: figura uerò & specie differentia, id est forma: nam De- E mocri. non ponebat principia differre essentiali specie, ut dicebat Anaxago. aut contraria, ut infra uidebimus opinatū fuisse Anaxagorā. ¶Videtur hic tamen Aristo. alias diuisiones silentio præterisse. Primo, quia, ut ait Commen. ponentium unum principium, alij dicebant esse finitum, ut Parmeni. & alij infinitum, ut Melissus. Vbi notandum est obiter, quòd nisi mendum sit calcographi, falsum est amborum fuisse opinionem, principium esse infinitum, cū statim tex. 18. referat Aristotel. Parmenidem dixisse esse finitum, Melissum uerò infinitum, cuius rationem assignat 1. Metaphy. capit. 5. F Respondet tamen Commen. quòd cū plura distinxit in infinita & finita, eandem distinctionem subintellexit de uno. Vel forsan satis est dicere, quòd Aristot. noluit omnes diuisiones, sed præcipuas enarrare. ¶Et eadem ratione non recitauit omnes opiniones physicorum, id est naturaliter loquentium: nam ut 1. Metaph. cap. 3. habetur, Thales posuit primum principiū esse aquam: Anaximenes uerò & Diogenes, aerem: sed Hippasus & Heraclitus, ignem: de quo hic non meminit: Quin etiam ut Philoponus hic refert.

Diuisiones quinque.

Ana-

A Anaximander posuit medium uaporem inter aquam & aerem, aut inter aerem & ignem, qui non esset purum elementum. Terram uerò, ut ait Aristotel. 1. Metaph. tex. 14. propter eius grossitiem nemo philosophorum posuit esse principium, licèt Hesiodus, & alij ueteres poetæ id in fabulis reliquissent. ¶Et eadē forte causa, ne omnes referret, subticuit aliam diuisionem. Videlicet. Si sunt plura, utrum sint mobilia, an immobilia. Qđ enim ait Commen. illam tacuisse, eo quòd nulli ponerent plura esse principia immobilia, falsum est profectò, nam libro sexto, text. 76. commemorat opi-

B nionem Zenonis tenētis omnia quiescere, quam libro 8. text. 22. confutat, tanquam hominis non solùm negantis principia naturalia, sed sibi repugnantis. Repugnat enim plura unum componere, nisi alterentur, aut aliter mutentur. Et hac forsan de causa, ut ait Simplicius, missam hic fecit hanc opinionem Arist. tanquam sibi repugnantem. ¶Notandum est præterea, quod physici, idest naturales, dupliciter dicti sunt; uno modo, qa de rebus naturalibus philosophantur: quemadmodum qui à Thalete deriuati sunt, dicebantur physici, ad differentiam di-

Physici.

C scipulorum Socratis, qui appellabantur Ethici, idest morales, quia de moribus disserebant. Alio modo dicuntur physici, ut hic accipiuntur, quia principia naturalia admittunt, ad differentiam Parme. & Meliss. qui licèt de rebus naturalibus philosophantur, negant tamen principia naturalia, scilicet aliquid esse mobile. Principium enim rerum naturalium est natura, quæ est principium motus. Obidq́ue qui motum negant, principia subinde tollunt sciētiæ physicæ, meritoq́; proinde appellantur non naturales. ¶ Molestum esset, & importunum uniuersas hic istorum philosophorū opiniones de principiis recensere, quando quidem suus cuique locus erit inferius, ubi singulæ commodius explicabuntur, quibus singulis expositis, post modum. q. 5. qua de numero principiorum disputo, simul omnes in epilogum colligo. ¶Hoc autem in genere circa omnes istos philosophos primo adnotandum est ex Arist. 1. Metaphy. cap. 3. ubi has opiniones per amplius explicat, quòd primi philosophi ex causis & principiis rerum solùm cognouerunt causam materialem, alia uerò principia tenuiter & hallucinantes attigerunt, eo quòd tunc infantia erat generis humani: nempe quando homines in rerum inuentione supra sensum parum assurgebant, & sensu solum principiū materiale percipimus. D

Antiqui nō cognouerunt nisi materiā.

E Videmus enim cum aqua exfrigida fit calida, & cum cerasum ex uiridi fit rubeum, & cum lignum uertitur in cineres, uidemus inquā illic manere subiectum. An uerò formæ tam essentiales, quàm accidentales, res sint distinctæ, de nouo ab aliqua causa efficiente productæ, id sensu non percipimus, sed intellectus contemplatione opus est, qua illi parum utebantur. Vnde Cicero lib. 1. Aca. q. secundum illos, inquit, philosophos qui solam causam materialem cognouerunt, nihil magni erat philosophari. ¶Secun

F dò notandum est, quòd neque principium materiale plenè cognouerunt: nam materia, ut in hoc libro uidebimus, non est ens in actu, idest suppositum, sicut aqua, uel ignis, sed est potētia quæ recipit formam, quam proinde nec sensu plenè percipimus, sed intellectu per analogiam ad materiam artificialium, ut infra uidebimus. Illi uerò putabant principium materiale esse ens in actu completum, puta aquā uel ignem, uel aliud id genus ens per se, quod sensu percipitur. Itaque secūdum illos principium materiale erat tota substantia rei. Vnde sicut in artificialibus & in aliis subiectis formarum accidentaliū nō dicimus, ꝙ aggregatū ex subiecto & accidente est album, aut

est

A est scānum, sed quòd homo est albus, & lignum est scamnum, ita ipsi loquebantur in formis substātialibus, quòd uidelicet homo, aut lignum nō est aggregatū ex materia & forma: sed qui ponebant principium esse aquam, dicebant quodcunque ens esse aquam. Vt aqua magis dēsa, est ferrum: minus densa, est lana: aqua huius figuræ est homo, & alterius figuræ est equus. Et proportionabiliter de aliis. Per hæc intelligitur textus subsequēs septimus.

Tex. vij. Similiter autem quærunt, & quærentes quot sunt, ea quæ sunt. ex quibus enim sunt, ea quæ sunt quærunt B primum utrum hæc unum, an multa sint. & si multa: finita, an infinita. quare principium ac elementum quærūt: utrum sit unum, an multa.

¶Similes enim quæstiones erant apud illos philosophos de entibus ipsis completis & subsistentibus, & de eorum principiis: nam cum principium sit totū ens, idē est quærere quot sunt principia, & quȩrere quot sunt ea quȩ sunt, idest entia ipsa subsistentia. Vnde quærere, unum ne sit principium, C an plura, mobile an immobile, finita an infinita, eiusdem speciei an differentia specie, contraria an non contraria, est quȩrere an omnia entia sint unum ens in plura, mobile an immobile &c. Et per cōsequens asserere, quòd non est nisi unum principium, est asserere, quòd omnia sunt unum ens, nempe quòd totum uniuersum est unum ens. Sicuti qui poneret lignū esse principium omnium artificialium, concederet subinde haberet, quia omnia artificiata sunt lignum. Quomodo autem intelligant omnia esse unum exponetur tex. 12. Et ideo concludit Arist. quòd quærentes principia, solum quærunt principium quod est elementum, idest principium materiale, quod est tota res.

Itaq; si unum, atque immobile sit, D id quod est, considerare: non est de natura, speculari. VT enim Geometriæ non amplius est ratio, ad eum qui destruit principia, sed aut alterius est scientiæ, aut omnium communis: sic neque cuipiam de principiis. Non enim amplius principium est: si unū solum, & ita unum est. aut enim principium cuiusdam, aut aliquorum est.

Tex. 8. Cōtra negātes principiū non est arguēdum &c.

¶Quoniam ex istis philosophis, ut modò dicebamus quidam, ut Parmenides & Melissus, negantes aliquid esse mobile, negabāt subinde principia E rerum naturalium, atque adeò principia huius scientiæ, & ideo appellati sunt non naturales: Arist. aduersus eos tāquam contra illos qui radicitus tollebant philosophiam naturalē, & per consequens sint primitus exterminandi, primùm incipit argumentari. ¶Præmittit ueruntamē, qđ cōtra istos, quippe qui principia physicæ negant, nō incūbit philosopho naturali disputare. Docuerat namque. 1. Post. c. 9. tex. 26. & 28. unamquamque scientiam habere sua propria principia & conclusiones, & per cōsequens habere proprios errores, peculiariter pertinentes ad il- F lam scientiam. Et ideo sicut scientia non debet reddere rationem suorum principiorum, ita nec debet disputare contra negantes sua principia. Sed si fuerit subalternata, hoc pertinet ad subalternantem: si uerò fuerit subalternans, id pertinebit ad metaphy. uel ad dialecticā, quæ sunt sciētiæ cōmunes. In duobus autem negant isti principia. Primùm, quia dicunt omnia esse unum. Secundò, quia dicunt esse immobile. Arguit Arist. contra primum hoc modo. Principium, & id cuius est principium, necessariò debent esse duo, quia nihil est principium sui ipsius: ergo ubi non sunt saltem duo, nullum potest esse principium: sed secundum istos omnia quæ sunt in orbe

sunt

A sunt unum, ut tex. proprio expositum est; ergo sibi contradicunt dicẽtes omnia esse unum, & tamen esse principium, sed uirtualiter dicunt omnia esse unum ens completum & subsistẽs. ndein tex. 9.

Tex. 9.

Simile igitur est considerare an sic unum est: & ad aliam quamlibet positionem sermonis gratia dictam disputare Heracliteam, aut si quis dicat hominem unum, id quod est esse.

¶Subiungit Arist. perinde esse hoc dicere, ut si quis dicat, id quod est esse, idest existentia omnia esse unũ hominem. Quod est ad aliam quamlibet B positionem, sermonis gratia dictã, disputare. ut ad positionem Heracliti. Heraclitus inter antiquos est qui plures incredibiles opiniones asseruit, qui proinde passim in exemplum erroris asciscitur ab Aristot. Opinatus est omnia esse in continuo motu, ut infra lib. 8. tex. 23. & 4. metaph. tex. 22. refertur. Ad quam opinionem forsan hic alludit, dicens: tam inopinabile esse nihil esse mobile, quàm est contraria opinio Heracliti tenentis omnia esse in continuo motu. Et ita 1. top. cap. 9. ambas opiniones, & Melissi & C Heracliti, appellat admirabiles, idest sine ratione assertas. De quibus ait, quòd de quolibet proferente contraria, curam habere stultum est. Vel fortè alludit ad aliam peiorem opinionẽ Heracl. qua tenebat contraria idem esse, ut statim tex. 19. uidebimus. Immo asserebat duo contradictoria, scilicet idem esse & non esse, ut habetur 4. Metaph. tex. 28. & lib. 11. cap. 4. Quæ Arist. hic dicit sermonis gratia esse dicta, idest libidine loquẽdi sine aliqua probabilitate. ¶Aliud membrũ, quòd scilicet Parmen. & Meliss. dicunt illud esse immobile, non expresse redarguit hic Arist. sed tanquam manifestè falsum relinquit. Cum enim natura idẽ sit, quod principium motus & quietis, negantes motum, negant subinde

Heraclitus.

naturam. ¶Dubiũ est hic tamen, quia D uidetur nihil uetare, quominus scientia probet sua prima principia. Nam & mathematicæ, quæ sunt certissimæ scientiæ, proponunt & explicant sua principia. Et Arist. hic disserit de materia & forma, quæ sunt principia rei naturalis. Et Metaphysicus habet disputare aduersus dicentes aliquid esse & non esse, aduersus quos disputat Arist. 4. Metaph. tex. 9. cum tamen illud sit contra primum principium metaphysicæ, nihil simul est & non est. ¶Respondetur, ut hic commen. 8. insinuat Commentator, quòd alia sunt principia cognitionis in sciẽtia, & alia sunt principia realia obiecti, de quibus tractant. Prima principia cognitionis, ex quibus scientia demonstrat, non potest scientia probare, saltem à priori; aliàs, ut dictum est 1. Post. esset procedere in infinitum in demonstrationibus. Et isto modo dicit hic Arist. non esse arguendum contra negantes principia. Possunt nihilominus explicari, ut facit mathematicus, uel à posteriori per inductionem ostendi, ut physicus ostendit entia naturalia moueri, & naturam principium esse motus & quietis. De metaphysica uerò alia est ratio, quia cum sit uniuersalissima, potest arguere contra negantes principia, & aliarum scientiarum, & sua propria. Et pariter Dialectica deducendo ad aliqua impossibilia, ut docet Arist. 4. Metaph. tex. 9. & facit hic contra Parme. & Melis. Principia uerò realia obiecti ipsius scientiæ cadunt sub consideratione sciẽtiæ: ut physica tractat de materia, & forma, quæ sunt principia rerum naturalium, demonstrando illa esse, & quot sunt. De quibus item demonstrat suas proprietates, ut quòd sint contraria, quòd altera sit potentia, altera uerò actus, &c.

Scientia pbat sua principia

E

F

Tex. 10.

Aut soluere litigiosam rationem, quod utræque quidem habent rationes:

A tiones:& Melissi & Parmenidis. Etenim, falsa accipiunt, & non syllogizantes sunt. Magis autem Melissi onerosa est, & non habens dubitationem. SED vno inconuenienti dato, alia contingunt: hoc autem nihil difficile est.

VNO in cōuenieti dato &c.

Subdit Arist. quòd nec pertinet ad philosophiam naturalem soluere litigiosam rationem Parmeni. & Meliss. Probat autem hoc dupliciter. Primò ratione generali: quia vt modò referebamus ex Arist. 1. Topi. (quod itidem 1. Ethi. repetit) non debemus esse soliciti
B respondere cuicunque ad libitum & absque probabilitate loquenti, sed Parmeni. & Melis. nullam prorsus habent apparentiam. Falsam enim accipiunt, idest peccant in materia, & non syllogizantes sunt, idest peccāt in forma. Quinetiam non solùm falsa, sed contradictoria dicūt: nam rationi principii vtrunque repugnat, & quòd omnia sint vnum, & quòd illud sit immobile. Enimuerò si principium est, ab eo cuius est principium distinguitur, & non nisi per motum efficere aliud potest. Subiungit verò, rationem Melissi magis esse onerosam, quia nullam habet dubitationem. Ea enim oratio mo
C lesta est, quæ nullatenus à ratione saltem apparenter proficiscitur. Ratio verò Melissi, vt quamprimum videbimus, multo minus habet apparentiæ, quàm ratio Parmenidis. Sed vno (inquit) inconuenienti dato, plura contingunt: vt enim veritas, quanto amplius dilatatur, tanto perspicacior est, ita error paruus in principio, maximus est in fine. 1. de cœlo tex. 33. [Hoc autem nihil difficile est] vel refertur ad verbum proximum, scilicet, quòd non est difficile vno inconuenienti dato, plura contingere: aut vult dicere, quòd non est difficile rationem Melissi dissoluere, cum nec in superficie habeat apparentiam. Secundam rationem subiungit in tex. 11.

Nobis autem supponatur, ea quæ sunt natura, aut omnia, aut quædam moueri. manifestum est autem ex inductione. Simul autem neque conuenit omnia soluere, sed quæcunque ex principiis aliquis demonstrans mentitur, quæcunque uerò non, minime. ut tetragonismum: cum quidem, qui per sectiones, Geometrici est dissoluere: illum autem, qui Antiphontis, non Geometrici est. D Tex. 11.


At verò prima propositio huius textus potius videtur continua esse superiori rationi, & quasi conclusio illius. Ac si dicat. Quicquid Parmeni. & Melis. senserint, nobis autem tanquam
F manifestum supponatur, omnia naturalia, aut quædam moueri, quia hoc inductione manifestū est. Quippe cum videamus animalia moueri, lignum igne comburi, semina fructus facere, & alia id genus. Ait, omnia aut quædam, vt inquit Comm. propter formas substantiales, quæ propriè nō sunt mobiles, sed sunt formæ quibus supposita mouentur, & tamen reputantur res naturales, tanquam partes rei naturalis. Vel propter centrum terræ, aut totam terram, de qua dubium est an moueatur. Nam quòd hoc dixerit propter intelligentias, vt aliqui volunt, non est
G verisimile, quia intelligentiæ, vti non sunt mobiles, ita nec sunt entia naturalia, de quibus per se tractat physica, vt q. de subiecto huius scientiæ determinatum est. Subditur secunda ratio, cur non pertineat ad physicam respondere rationibus Parme. & Meliss. quæ est peculiaris philosophi naturalis, qa, (inquit) non conuenit physico soluere rationes, nisi quæ procedunt ex proprijs principijs philosophiæ naturalis, ex quibus tamen nō procedunt rationes istorum. Probat autē maiorem exemplo geometrici, qui licèt tenetur respondere ad rationes Brisonis, contendentis quadrare circulum per

incisio-

A incisiones, nõ tamen tenetur respõdere ad rõnes Antiphontis: quippe cũ primus procedebat ex principiis geometriæ: alter uerò nõ. Tetragonismus idẽ est qđ quadratio. ¶ Ad cuius euidentiã notandũ est, ꝙ solemne erat apud antiquos, ut 1. post. text. 23. adnotauimus, quadrationẽ circuli esse scibilẽ, nondũ tamen esse inuentã eius scientiã. Quadrare circulũ est, dato circulo, inuenire quadratũ, cuius area sit ęqualis areæ circuli. Briso ut ait illic Arist. & Hippo. ut ait Philop. cõtendebãt quadrare circulũ seccãdo illũ in lunulas. Quod uariè a doctorib. exponitur. Com. enim quẽ sequitur S. Th. & cui Philop. & ferè antiqui uidentur annuere, explicant

Quadrare circulum.


B hoc modo. Dato circulo, describebat intus quadratũ, inter cuius costas & cir




C cunferentiam circuli fiunt. 4. lunæ. Et secundũ aliquos interpretes nihil amplius faciebat. Vt si in hac figura, nõ cõsideres figuram illam 12. angulorũ, sed solum quadratũ intra circulũ. ubi quælibet costa quadrati & quarta circuli sibi respõdens habent se sicut chorda & archus. Et tunc sic arguebat. Oẽs lineæ ductæ ab eodẽ puncto in idem punctũ sunt æquales: chorda & arcus dicũtur ab eodẽ puncto in idem punctũ: ergo sunt æquales. Si autem quælibet costa quadrati ęqualis est quartæ circuli sibi correspondenti, oẽs simul costæ sunt ęquales toti circunferentiæ circuli. Rursus, si circũferentiæ circuli & quadrati sunt ęquales, inferebat areã quadrati descripti intra circulũ esse ęqualem areæ circuli. Alij dicunt, ꝙ describebat inter latera quadrati & circunferentiam circuli aliam figuram 12. angulorum: uolens probare illam esse ęqualem circulo eadem arte: quia sumpta quacunque parua costa eius, est æqualis portiunculæ circuli illi correspondenti, quoniã ducuntur ab eodẽ pũcto in idem punctũ, sicut chorda & arcus. Quod si circunferentiæ sunt æquales, areæ sunt ęquales. ¶ At uerò profecto, neutiquam est credibile quẽquam his rationibus usum fuisse. Primo. Nullus nisi mente captus cõcludere posset cõ- D

E tra euidentiã oculorũ, ꝙ linea recta & circularis, ductæ ab eodem puncto in idem punctum sint ęquales, neq; quadratum descriptum inter circulum esse æquale circulo. Est enim area quadrati pars areæ circuli. Præsertim quia antiqui probabant dari quadratũ ęquali circulo: hoc modo. Datur quadratũ minus intra circulum, & quadratũ maius extra: ergo datur quadratum æquale circulo. Quomodo ergo possent cõcedere, ꝙ quadratum descriptum intra circulũ sit ęquale circulo. ¶ Et præterea Arist. dicit, ꝙ Briso non peccabat in materia, sed in forma: attamen secũdùm istos peccabat in materia: nã præmissa illæ, ꝙ omnes lineę ductæ ab eodem puncto in idẽ punctum sunt ęquales, est contra principium mathematicum, nisi addatur, ambas esse rectas: F quoniam diameter circuli, & linea semicirculi non sunt ęquales. Immo ab eodem puncto in idem punctum non possunt duci duę lineę ęquales: quia inter duo puncta unica tantum linea recta ducitur. ¶ Et eadem ratione si describatur figura 12. angulorum, nullus, nisi cæcus, diceret aream illam esse æqualem areæ circuli, cum sit pars eius. Et eodem modo peccaret in materia, dicens, ꝙ quælibet costa parua talis figuræ est æqualis portioni circuli sibi correspondenti. ¶ S. Tho. melius dicit,

A quòd non intendebat figuram signatã esse qualem circulo, sed ꝙ illa arte poterat secari quæcunque lunula, ut fieret figura 24. angulorum, & ita procedendo quousque daretur figura rectilinea æqualis circulo. Sed profectò hoc est incidere in opinionem Antiphontis: quia ueniri non posset ad figuram rectilineam æqualem circulo, nisi circunferentia circuli diuideretur quo ad usque non esset amplius diuisibilis, qđ est cõtra principium mathematicum: & tamen Briso non peccabat contra principia mathematica, sed solus Antiphon. ¶Commentator ait Brisonem peccare in cõsequentia, scilicet quòd B putabat si luna circuli quadraretur, quadrari posse totum circulum. Sed certè illud falsum est: quia tam impossibile est quadrare lunam circuli, quàm circulum. Et certè si luna quadraretur, quadraretur etiam medietas circuli, & per consequens totus circulus: nam dato uno quadrato facilè datur duplũ. ¶Aliter intelligunt quadrationem Brisonis Paulus Venetus & alij. Dato enim circulo secabat circunferentiam in quatuor æquales portiones, ut est in hac figura. Deinde capiebat




C quatuor lineas rectas, singulas æquales singulis quartis circuli, ex quibus describebat quadratum, ac si circulus hic subscriptus esset filum mobile, & cõtraheretur in quadratum, ut quilibet quarta circuli fieret costa quadrati.



Et tunc arguebat. Quælibet costa quadrati est æqualis quartæ circuli: ergo tota circunferentia quadrati est ęqualis circunferentiæ circuli: unde postremo inferebat quod area quadrati erat æqualis areę circuli: nam D si termini duarum figurarũ sunt æquales, apparentia est, figuras esse ęquales. Et profectò nimirum si tunc homines non adeo mathematicis instructi reputarent hoc modo quadrari circulum, cum Thomas Brauardinus etiã fuerit in hoc deceptus, credens se isto modo nouam inuenisse quadrationem circuli. Lucida ergo est nunc litera Arist. nã Briso supponebat principium geometriæ. s. ꝙ quicunq; lineæ circulari datę, potest dari æqualis linea recta, & ꝑ consequens põt dari circunferẽtia quadrati quę sit ęqualis circunferẽtiæ circuli. Sed peccabat in forma, cũ inde inferebat, areã quadrati esse ęqualẽ areæ circuli. E Quin potius oppositũ sequitur. Cum enim circulus sit figura capacissima, eadem circunferentia descripta in modũ circuli, maiorem areã capit, quã si describatur in modo quadrati. ¶Antiphon moliebatur quadrationẽ circuli hoc mõ. Dato circulo, signabat in circunferẽtia tria puncta ęque distantia, inter quæ describebat triangulũ ęquilaterum intra circulum. Alij describũt quadratum, qđ idẽ est in re: sed tamẽ ille semper procedebat per triangulos. Mox signato puncto medio cuiuslibet tertiæ partis circũferentiæ circuli, describebat singulos triãgulos suꝑ singula latera prioris triãguli: & ita faciebat F exagonũ. i. figurã sex angulorũ. Deinde signato pũcto medio cuiuslibet sextæ eiusdẽ circũferẽtiæ, cõstituebat adhuc 6. triãgulos suꝑ illa latera circũferẽtiæ

Antiphõ.



exa-

A exagoni,& faciebat figurã rectilineam 12.angulorũ,ut apparet in subiecta figura. Et ita procedẽdo putabat pueni re ad figurã rectilineã tot angulorum, ut esset ęqualis circulo. Data uerò figu ra rectilinea quorumcunque angulorũ ęquali circulo,facilè est dare quadratũ ęquale illi, vt cõstat perito in geometria. Assumebat quadratio hęc,pmissas cõtrarias principiis geometriæ, uideli cet ꝙ diuidẽdo circũferentiam circuli posset deueniri ad circũferentiã angularẽ ęqualẽ illi:illud enim fieri nõ posset,nisi daretur terminus diuisionis cir cunferentiæ: & tamen est principiũ in geometria, continuũ esse diuisibile in infinitũ. Et ideo ait Arist. quòd rationi B Antiphõtis respondere,nõ pertinet ad geometrã. Et pari ratione nec incũbit physico respondere ad rões Parme.& Meliss.negantium principia naturalia. Poterit,cui libuerit,Simplicium conspicere,qui cum suo Eudemo conatur ex quibusdam propositionib. Euclidis, quammaximè fieri potest,quadrare cir culum. Nos enim quia (ut idem ipse monstrat) neq; illo modo quadratur, abstinendum satius arbitrati sumus ab eiusmodi multiplicandis quadrationibus. Sæpe enim suspicatus sum illam receptissimam sententiam philosopho rũ, ꝙ quadratura circuli sit possibilis, eo ꝙ est dabile minus quadratũ & maius, esse falsam. Nec fortè eam Aristo. C asserit ex propria opinione:nam quam uis figuræ sint in quantitate continua, forsan in hac parte habent se ut numeri, in quibus manifestum est, ꝙ datur numerus maior. v.g. ternario, & dare minor ternario: & tamen nullus est æqualis ternario: nisi ternarius ipse. Et in speciebus animalis est dabilis perfectior equo,& imperfectior equo:& ta men nulla est dabilis æqualis equo,nisi ipsa species equi. Et pari ratione nõ sequitur,datur quadratum intra circu lum minus circulo,& quadratum extra,maius circulo: ergo datur quadratum æquale circulo. Et ideo ut non est

Circulus non quadratur.

inuẽta scientia quadraturæ circuli, ita C nec est possibilis: quia falsum non scitur. Sed forsan ubi ait Arist.quadraturam circuli esse scibilem, cuius tamen scientia non est inuenta, irridere uolsiit Pythagoreos. Ac si dixisset. Valeãt & credant scibile illud esse,cuius inue niri nequit scientia.

Sed quoniam de natura quidem, Tex. 12. non autem naturales dubitationes contingit dicere ipsos: forsitan quidem bene se habet aliquantulum disputare de ipsis. habet enim philosophiam hæc consideratio.

¶Subsequenter in tex.12. ait, quòd D quamuis ad physicum non pertineat cum istis philosophis disputare:nihilo minus quia de rebus naturalibus loquuntur, redarguendi sunt rationibus communibus sumptis aut ex Metaphy sica,aut ex dialectica.

Principium autem, maximè om- Tex. 13. nium proprium cùm multipliciter di catur, id quod est: quomodo dicunt dicentes unum esse omnia? utrũ sub stantiam, omnia: ut quantitatem, aut qualitatem? & iterum,utrum sub stantiam unam, omnia: ut hominem unum, aut equum unum, aut animã unam?an qualitatem,unã autem hãc: ut album,aut calidum,aut aliquid ta- E lium?hæc enim omnia differunt multum: & sunt impossibilia dictu.

¶In tex.13.incipit redarguere & cõ futare opiniones Parme. & Meliss. At rationes Aristot. intelligi aliter nequeunt, quàm si prius intelligatur eorum opinio: quę profectò, ut est intellectu difficilis,ita rari sunt qui ultra uerba il lam percipiãt. Cum enim istorum ope ra non extent, non possumus: nisi hallucinando eorum opiniones cognoscere. Nec tanti sunt momenti antiquorum ista somnia, ut magnum esset illis studium adhibendum: nisi hoc nobis

A Arist. negocium dedisset. Quod cum alios introitus aliorum eius operum, tum maximè hunc physicorum, insuauem facit, & grauem. ¶ Parmenides natione Eleates, discipulus fuit Xenophanis unde suã ferè opinionẽ traxit, ut 1. met. c. 5. author est Arist. ubi ait Xenophanem nihil clarũ dixisse, & tanquam agreste reiiciendum esse cum Melisso, in his quæ de principiis dixit. Xenophanes uerò successit Pythagorę. Fuit ergo Parmenides ex stirpe philosophorum Italica, ut in q. 1. dicebamus, puta ex Pythagoricis. Tametsi magister eius Xenophanes, atq; adeo ipse, & à Pythago. & à Thalete recesserint, ut ait Laer. B li. 9. Melissus uerò natione Samius Parmenidis fuit discipulus, ut lib. 9. refert Diogenes Laertius. ¶ Vt autem eorum opiniones utcunque intelligantur, notandum est ex Arist. 5. meta. tex. 8. usq; ad 12. ꝙ unum accipitur quadrupliciter. s. numero, specie, genere, & analogia. Vt enim illi ex ignorantia distinctionis huius nominis, unum, peccauerunt, ita modò ex eius inconsideratione, non intelligunt multi eorum opiniones. Adhuc unum numero contingit dupliciter, aut quia est simpliciter unũ, ut nec sit in potentia plura, quemadmodum punctum, & alia indiuisibi- C lia. Quæ tamen, cum non sint quanta, impropriè dicũtur unum numero, sed dicuntur unum, quia quodlibet est ab alio distinctũ. Secundo modo illa sunt unum, quorum materia est una. i. cuius partes sunt continuæ, quemadmodum lignum & lapis, & quodlibet suppositũ quãtum. Philosophi isti non erãt adeo stupidi, ut crederent omnia esse unum isto modo. s. aut indiuisibile, aut unum cõtinuum: quippe qui uiderent hominem non esse filium quem genuit, panem quem comedit, aut quem equitat equum, ac denique cęlum non esse terram. Vnum analogia, per aliud extremũ, sunt omnia quæ licet non sint eiusdem generis, conueniunt tamẽ in uno conceptu formali, in quo habent ali-

Parmeni. & Meliss.

Vnũ quadrupliciter.

quam proportionem. Quemadmodũ D oĩa entia mũdi possent dici unum ens: nã rõ entis est esse, & iõ oĩa significantur conceptu entis: qui simpliciter de substantia, & secundũ quid de accidẽti prædicatur, ut q. 1. super 4. c. prædicamẽto, copiosè explicauimus. Et si hoc mõ dixissent oĩa esse unũ, nihil falsi dixissent: nã Arist. id cõcedit, & est rei ueritas: ac si quis diceret; ꝙ hõ & eius statua sunt una res, quia cõueniũt in noĩe secundũ analogiã. Vnũ aũt genere sunt illa quæ sunt sub eodẽ prædicamẽto, ut oẽs substantiæ sunt eiusdem generis, & oẽs qualitates alterius generis, &c. Vnũ aũt specie (qđ Arist. solet uocare unũ rõne) sunt illa quorum diffinitio E quidditatiua est eadẽ, ut Petrus & Paulus & oẽs homines sunt hoc mõ unũ: qui apud antiquos erat celebratissimus modus loquẽdi, dicente Porphyrio, cõmunicatione speciei plures hoĩes sunt unus hõ. Et his duobus modis dicebãt isti oĩa esse unum. s. genere, & specie. Putabant. n. lignũ, lapidẽ, equum, hominem, cęlũ & terrã, non differre specie, neq; esse cõposita in se ex materia, & forma distinctis specie, neq; habere accidẽtia distincta genere: sed differre penes rarũ & densum: rotundũ & quadratum, album & nigrũ, & alias id genus differentias, quę tñ erãt modi distincti F se habendi rerũ. Sicuti homo q sedet, differt à seipso dum stat: tenendo ꝙ sedens & sessio sunt eadem res. Itaque in summa, ne opus id sit frequenter repetere, cum isti dicunt ens esse unum, nomine entis intelligunt uniuersum, qđ Arist. appellat, quod est. Et intelligunt ita esse unum, ut nullæ eius partes ratione differãt. Quorum rationes c. seq. commemorabimus. licet Parme. multum differebat à Melisso. His ceu fundamentis præiactis: quia isti dicebant omnia esse unum ens, sumit Arist. primum argumẽtum contra illos a ratione entis: & secundum, a ratione unius. Proponit ergo in tex. 13. [Principium autem &c.] idest principium maximè om-

Ens accipitur pro vniuerso.

om-

A omnium aptissimum disputationis aduersus istos, sumendum est ex amplissima significatione entis. Vnde hoc colligitur documentum, nempe quòd initium disputationis sumendum est à nominum significatione, ne in æquiuoco disputatio laboret. Ens enim multipliciter. i. analogicè dicitur: alia enim ratione substantia est ens, alia uerò quantitas, aut qualitas, aut aliud quodlibet accidentium. Rursus substantia multa genera & species uniuocè significat, ut hominem, equum, lapidem, potestque accipi uniuersaliter, & indiuidualiter &c. Cum ergo isti dicunt omnia esse unum ens, quodnam taliũ entium dicunt esse omnia? an omnia sunt una
B substantia, aut unum accidẽs? & si sunt omnia una substantia, aut unũ animal, aut unum lignum, & si unum animal, aut unus homo, aut unus equus. Qui enim diceret domum esse unum ens, non sufficienter responderet, nisi diceret in specie, quodnam ens sit, uidelicet an sit unum determinatum lignũ, aut unus lapis, aut una figura &c. quia nullum est ens nisi hoc determinatũ. Sed posset hic aliquis dicere Aristotelem petere principium. Negarẽt enim illi, ꝙ ens multipliciter dicatur, quia dicerent omnia esse eiusdem rationis. Respondetur autẽ, quòd quicquid sit,
C utrum ens analogicè, an uniuocè, an æquiuocè significet entia, tamen hoc erat manifestissimum etiam tunc & receptissimum, quòd ens significat & substantias & accidentia: & quòd accipitur in uniuersali & in particulari. Et ideo non petit principium, sed supponit significationem nominis receptissimã, & quęrit quodnã ens sit illud, q̃d omnia esse dicunt. Subiungit autem, quòd hæc omnia sunt impossibilia dictu, uidelicet quòd sint unus homo, aut una qualitas &c. Vnde statim tex. 14. & 15. (quos non erat opus in duos secare) format primam rationem ad probandum, quòd non omnia sunt unum genere.

D Si enim erunt, & substantia, & quale, & quantum, & hæc siue separata adinuicem, siue non, multa sunt, quæ sunt. Si uerò omnia, aut quãtum sunt, aut quale, siue cum sit substantia, siue cum non sit: inconueniens est: si oportet inconueniens dicere, quod impossibile: nullum enim aliorũ separabile est, præter substantia: omnia nanque de subiecta dicuntur substantia. ¶Melissus autem, quod est, infinitum esse dicit: quantum itaque aliquid est, quod est. infinitum enim in quantitate est. substantiam autem infinitam, aut qualitatẽ, aut passionem esse non contingit, nisi secundum accidens, si simul & quantitates aliquæ sint. Infiniti enim ratio quantitate utitur: sed non substantia, neque qualitate. Si igitur & substantia est & quantum, duo & non unum est, quod est: si uerò substantia solùm sit: non infinitum est, neq; magnitudinem habebit ullam. quantum enim quoddam erit.

Tex. 14.

Tex. 15.

E

Substantia & quãtitas duo sunt.

¶Ratio est hæc. Aut ea quæ sunt in rerum natura sunt substantia, & accidens, puta substantia quanta, uel substantia qualis: aut tm̃ accidens sine substantia, aut tantum substantia sine accidenti. Si substantia & accidens (siue separata sint subiecto, siue non. i. siue quantitas & qualitas insint substantię, siue sint sine subiecto) iã ea quæ sunt, idest entia multa sunt, idest multa genere differentia. ¶Notandum enim incidenter est hic, ꝙ quamuis hæc auctoritas Arist. magnum habeat momentũ ad probandum quantitatem & substãtiam, distingui, tanquam duas res, quãdoquidem quantitas & qualitas pariter comparantur ab substantiam, neq; ambigant secundum Arist. ambas eodem modo secerni à substantia. mens tamen eius hic solùm est conclu-

F

A dere, quòd distinguantur tãquam duo genera prædicamentorum (ut cap.de quãtitate adnotauimus) eodem enim modo dixisset, quòd substantia & relatio duo sunt, quãuis non sunt duæ res distinctæ, sed duo prædicamẽta formaliter distincta, ut q.1.de quantitate exposuimus. ¶ Si uerò dicatur omnia esse tantùm accidens, istud est impossibile: quia nullum accidens est suapte natura separabile à substantia. Accidens enim est, quod substantię accidit, & de illa denominatiue prædicatur. Vnde specialiter in tex.15. dirigit rationem aduersus Melissum sub hac forma. Oẽ B infinitum est quantum, nam infinitum est quod est infinitum diuisibile (infinitum inquã ex parte materiæ, ut isti loquebantur: nam infiniti secundũ essentiam, qualis est Deus, non est hæc diffinitio) sed secũdum Melissum, illud qđ omnia sunt, est infinitum: ergo est quãtum. Rursus nihil est quantum, nisi ꝑ quantitatem: siue enim substantia, siue qualitas, siue actio, uel quæcunque res alterius prædicamenti est quanta, hoc habet à quantitate: ergo secũdum Melissum necesse est, ꝙ sint substantia & quantitas, atque adeo repetendo concludit Aristo. ea quo sunt. i. entia, non C unum, sed duo esse. i. duo rerum genera. ¶ Sed si detur tertiũ membrũ. s. ꝙ sit substãtia sola sine accidẽte, tũc seqtur, ꝙ illa nõ est quãta, & ꝑ cõsequens nec erit finita, ut ait Parmen. nec infinita, ut ait Meliss. Potuisset pariter inferre, ꝙ nec esset qualis, quod est cõtra experientiam, sed maluit inferre ad hominem, quòd non est quanta; cuius contrarium ipsi inuiti confiteri tenentur.

Tex. 16. Amplius, quoniam & ipsum unũ multipliciter dicitur, quemadmodũ & quod est: considerandum est qũo dicũt unum esse omne: dicitur enim unum aut continuum aut indiuisibile, aut quorum ratio eadẽ, & una est ipsius quod quid erat esse: quemadmodum merum, & uinum.

¶ In textu hoc. 16. & tribus subsequentibus prosequitur secũdum argumentum sumptum à ratione unius. Vt enim ens, ita & unum, quod cum ente conuertitur, multipliciter dicitur. Aut enim aliqua sunt unum continuum, ceu partes hominis sunt unum continuum, aut unum indiuisibile, aut unũ ratione. i. specie, ut expositũ supra reliquimus. Nõ addit unitatem analogiæ: quia illo modo, uti supra dicebamus, non est inconueniens omnia esse unũ. Neq; addit unitatẽ generis, quia supra iam arguerat non esse omnia unum genere. Vnum specie appellat ea, quorũ eadẽ est ratio. i. diffinitio quiditatiua. E Velut merum & uinum. Alij textus habẽt, uappa & uinum, sed idẽ est. Vappa .n. est quoddã uinũ certæ qualitatis. Intelligit.n. ponere exemplũ in nominibus synonimis, quæ solũ uoce differẽtia, eandẽ rẽ significant, ut uestis & tunica. Et in hoc mẽbro punctim tãgitur sensus opinionis istorum. Intelligebãt enim oĩa esse eiusdẽ rationis, ceu tunica & uestis: ita, ut homo & equus & lapis &c. solo nomine differrent. Tũc sic format argumentum. Aut omnia sunt unum continuum, aut unum indiuisibile, aut unum ratione: nullum istorũ, ergo. In singulis textibus tractat singula membra minoris propositionis. F

Si igitur continuum est, multa est id quod est: in infinitum .n. diuisibile est continuum. ¶ Habet autẽ dubitationem de parte & toto, fortassis autẽ nihil ad orationem: sed ipsam secũdũ seipsam, utrũ unum an plura sint pars & totum? Et qũo unum, aut plura? & si plura, qũo plura? Et de partib. non continuis, eadem est ratio. Et si toti unum, utraque est uelut indiuisibile: quoniam & ipse sibi ipsis.

Tex. 17. Quæstionis tertiæ materiæ.

¶ In text. 17. probat, ꝙ oĩa quæ sunt in mũdo nõ sunt unũ cõtinuũ: quia si est cõtinuũ, partes hẽt (est.n. continuũ diuisibile in semper diuisibilia) ꝙ si partes

tes

A tes hét, iā totum & pars sunt duo, quia Petrus non est caput: & eadē rōne uniuersum non est lignum, qđ est pars uniuersi, & per cōsequens nō tantùm est unum. Nō est hæc rō intelligenda ac si Parme. & Meliss. cōtrariū dicerent, puta oĩa esse vnum continuum; nō.n. erāt adeo cęci, sed quia dixerant omnia esse unum, intendit oēs modos vnius impugnare: ita.n. per oēs numeros solet philosophos redarguere. ¶ Est veruntamen subobscura rō hæc Arist. & quā interserit dubitationē, facit eam obscuriorē. Ait.n. de toto & parte dubitationē esse an sint idē. Nō quidē, ꝙ hæc dubitatio

B (inquit) ad rē pręsentem pertineat, sed quia per se res est dubia. Ac si dicat, ꝙ isti nō asserebāt omnia esse unū continuum, & ideo redarguere illos, ꝙ totū & pars sunt duo, nō est ad rē. Vel forte argm̄ hoc militat ēt contra illos. Nō ꝙ ponerent oĩa esse unū continuum, sed alia rōne, ut paulo post tex. 21. explicabimus. Sed dicitur nō esse ad orationē s. præsentē, ut ait Simplicius, quia est problema dialecticū, qđ physicis non erat interferēdū. Est ergo dubiū per se an totū & pars sint unū, & qūo sint unū, aut qūo plura. Nā si pars (inquit) est idē toti, sequitur ꝙ partes inter se sunt

C idē, ut si caput est idē Petro, & pes est idē Petro, seqtur ꝙ caput est pes. Quęcunq; n. sunt eadē vni tertio, sunt eadē inter se. ¶ Sed ad euidētiā huius literæ notādū est, ꝙ Arist. nunq̄ hic cogitauit disputare an partes simul sūptæ sint totū (in quo uel ego, uel multi q oppositū sentiūt, grauiter decipimur) sed solū an totum & singulæ partes seorsum sint unū. s. utrum Petrus & caput sint unū. ¶ Sed ais, qūo hoc in dubiū poterat cadere? si.n. Petrus & caput essent unū, Petrus esset caput, qđ nemo sanę mētis cogitare unq̄ potuit. Respondetur, ꝙ qui non sunt uersati in Arist. falluntur hoc argumento. Etenim apud antiquos, imo in uera significatione nominū a. & b. esse unū (non semper requirit ꝙ a. sit b. ceu Petrus est homo, & est

Totum & partes.

Tex. 17. Quomodo sint ...

animal: satis.n. est, ꝙ b. non hēat unitatē distinctā ab a. & iō Petrus & caput sunt unū, quia cū caput sit ei actu unitū, non habet distinctā vnitatē. Quapp Petrus & caput sūt unū actu, & duo in potentia. Quare licèt caput non sit Petrus, est tamen actu unū cum Petro. Et iō ait Arist. dubium esse, qūo totum & pars sint unum, & qūo plura. Quasi si dicat: aliter sunt unum, & aliter plura. Vnde quia non cōceditur simpliciter, ꝙ pars est idē toti. i. ꝙ pars est totū, nō ualet illud sosphisma, Caput est unum Petro, & pes est unum eidem Petro: ergo caput & pes sunt unum inter se, & ita intelligendus est hic S. Th. ubi ait, E

ꝙ si ambę partes ponantur esse simpliciter idem toti, erūt idem ad inuicem: non.n. intelligit collectiuè, ꝙ si omnes partes simul sumptæ sunt totum &c. ut aliqui putant, dicentes proinde secundū S. Th. ꝙ partes simul sumptę nō sūt totū (qđ tamen S. Th. non somniauit) sed solū dixit, ꝙ si diuisiuè ambę partes i. quælibet medietas est idem toti, una eēt altera. Colligitur ergo, ꝙ quælibet pars est unum toti, imo duæ medietates sunt unū totū, sed nihilominus quęlibet pars est alia à toto, quia non p̄dicatur de toto in recto. Vnde Comm. & Philop. & Themist. & Simpli. expressè F

aiunt non ualere hoc sophisma. Quælibet pars est alia à toto: ergo omnes simul sūt aliud à toto: imo omnes simul partes (inquiūt) sunt totū. Eo hanc literā tot uerbis tractauimus, qa de hoc facimus q̄stionē tertiā, qua ostēdimus totū non distingui à partib. simul sumptis, cuius contrariū multi putāt Arist. sensisse. ¶ Restat tamen scrupulus in litera, ubi habetur, ꝙ eadē est rō de partib. non cōtinuis. Videtur.n. ꝙ in aceruo lapidum uerū nō sit, ꝙ lapis & aceruus sint unū: siquidem unusquilibet lapis habet distinctā unitatē. ¶ Ad quod tamen respondetur, ꝙ intelligitur de partibus non continuis, facientibus tamen unū artificiū, ceu sunt partes domus, quælibet singulæ in genere entis

A habeãt unitates distinctas: & per cõsequens sint actu plures substãtiæ:tamen quia faciunt unam domum, quæ dicit unã formã, illa ratione quælibet pars domus est unũ toti domui: nã in genere qualitatis forma partis non est per se una, sed faciens unam formã totius.

Tex.18. At uerò si uelut indiuisibile, nullum erit quantum, neque quale. Neq; itaq; infinitum est, id quod est: sicut Melissus dicit, neque finitum: sicut Parmenides. Terminus enim indiuisibilis est, neque finitus est.

i punct.

B ¶In tex.18. tractat secundã partem minoris subsumptæ in principali argumẽto, uidelicet ꝙ non oĩa sunt unum indiuisibile. Nã tũc (inquit) sequeretur ꝙ illud unũ nec esset finitũ, ut ait Parme. nec infinitũ, ut ait Meliss. Quòd si quis arguat tã Deum, quã angelũ esse indiuisibiles: & tamẽ Deus est infinitus & angelus finitus. Respondetur, ꝙ isti loquebãtur de finito & infinito ex parte materiæ: quia ponebãt oĩa esse unũ principium materiale, & hoc modo nihil est finitum, aut infinitum, nisi ratione quantitatis: Deus autem est infinitæ essentiæ, & angelus finitæ. Quare punctum (quod hic Arist. uocat terminum) propriè nec est finitum, nec infi C nitum nisi negatiuè: quia cum non extenditur, non finitur.

Tex.19. At uerò si omnia quę sunt, ratione unum sunt, ut indumẽtum & tunica: Heracliti orationem contingit ipsos Tex.5. dicere. Idẽ.n. erit esse & bono & malo: & non bono & bono. quare idem erit, bonum, & non bonum, & homo & equus. & nõ, de eo quòd unũ sunt quæ sunt, ratio erit: sed de eo quòd nihil sunt. & tali esse & tanto: idem.

¶In tex.19. prosequitur tertiũ membrũ directè contra istorum opinionẽ, uidelicet ꝙ non oĩa sunt unum rõne. Et argm̃ est hoc. Si oĩa quæ sunt in mũdo, essent eiusdẽ rõnis & diffinitionis, ceu tunica & indumentũ, sequeretur D opinio illa absurda Heracliti, ꝙ eadem esset ratio boni & mali, & quia malum includit nõ bonũ, eadẽ ẽt esset rõ boni & non boni, & sic eadẽ esset ratio duorum contradictoriorũ. Et secundò sequeretur, ꝙ eadem esset ratio & diffinitio hoĩs & equi: quia hõ & equus secũdũ illos nõ differunt magis, q̃ tunica & indumẽtũ. Et tertiò cũ eorũ q̃ sunt eiusdẽ rõnis, vnũ pdicatur de alio (queãdmodũ tunica est idumẽtũ) sequeretur ꝙ albũ esset nõ albũ, & hõ esset equus: & pari rõne sequeretur, ꝙ ens esset nõ ens & nihil, & ꝙ vnũ esset plura. Et tũc cõtra illos sequeretur, ꝙ sicut oĩa sunt ens, ita oĩa sunt nihil, & sicut oĩa sunt unũ, ita oĩa sunt plura. Et 4. ẽt sequere E tur (inqt) ꝙ tali esse & tãto, idẽ esset, i. ꝙ eadem esset rõ pdicamenti qualitatis & q̃titatis: & per consequens quãtitas esset qualitas, ꝙ est oĩa pdicamenta permiscere. ¶Notandũ est hic, ꝙ Heraclitus, qui dicebat oĩa esse in continuo motu & fluxu, ut patet 4. meta. tex. 22. Heraclitus. & id ꝙ fit partim est tale, & partim nõ tale (ꝙ enim calefit, partim est calidũ, & partim non calidũ, sed quodãmodo frigidũ) asserebat subinde (ut patet eo. lib. tex. 23.) idem esse calidum & frigidum, bonum & malũ: imò dicebat simpliciter idem esse & non esse: quia res quocunq; momento est corrũpi & generari. Quẽ tñ ait Arist. 4. meta. tex. 9. F & 1. post. 25. solo id uerbo dicere, non tamen corde credere. Similia absurda inferuntur, si omnia entia sunt eiusdem rationis, ut isti dicebant. Et sunt notanda quatuor membra quæ Aristo. infert contra illos. Primò, ꝙ contrarium uerificaretur de suo contrario, & contradictorium uerificaretur de suo contrario, contradictorium de contradictorio: & secũdum, ꝙ una species uerificaretur de alia, ut equus de homine. Tertium quòd non ens & nihil, uerificarentur de ente: & quartum denique, quòd unum generalissimũ uerificaretur de alio, ut q̃titas de qualitate.

Con-

A Text. 20. Cõturbabantur aũt & posteriores, quemadmodũ & antiqui: ne forte accidat ipsis, idẽ simul unũ esse & multa. Quapropter & alij quidẽ ipsum est auferebãt, quemadmodum Lycophron, alij aũt mutabant dictionem. quoniam homo, non albus est, sed albatur. neque ambulans est: sed ambulat. ut ne ipsum est adijcientes, multa faciant esse unum tanquã singulariter dicto, uno, aut ente.

¶Varius est inter expositores sensus huius textus vigesimi: existimo tñ sic habere. Causa deceptionis Parmeni-B dis & Melissi, ut ait Arist. 1. meta. tex. 4. fuit, quia nesciebant distinguere inter unum & plura. Et ideo cum uidebant omnia quæ sunt, cõuenire rõne entis, nõ aduertebãt sub illa una rõne posse inuicẽ differre alijs rationibus specificis inferioribus. Sunt nanq; oĩa animalia eiusdem rationis genericę, sub qua tñ sunt species plurimę. Itaq; deberẽt concedere ꝙ uniuersum potest esse una ratione unũ, & alia ratione plura. Obidq; iã ante Arist. cœptũ erat ab alijs aduersus eos disputari, ꝙ poterat esse aliquod ens, & unũ, & plura, diuersis rationibus. Et potissimũ id C demõstrabant in uno supposito. Est.n. Petrus. v. g. philosophus, albus, magnus, & sic de alijs accidentibus: quæ qdẽ oĩa sunt unũ supposito: quia illa accidẽtia nõ habẽt unitates seorsum, præter illã quã habent in Petro, & tñ substantia & qualitas, & quãtitas sunt plura, non solũ specie, sed genere. Posteriores ergo discipuli Parme. & Melissi mordicus sustinẽtes unũ & plura adeo esse opposita, ut qđ est aliqua rõne unũ, neutiq̃ sit plura, succurrebant huic argumento negantes ꝙ in Petro sint plura accidentia, quæ ratione distinguantur, sed sola substãtia. Et quia verbũ, est, uidetur facere distinctionẽ inter subiectum & prædicatũ, & denotare existentiã prædicati, admittebant quidem, est, secundũ adiacens D dictum de substantia. s. Petrus est, nõ tñ tertium adiacens. s. Petrus est albus, aut est philosophus &c. sed sine uerbo affirmabant, Petrus albus, Petrus philosophus &c. Alij uidentes nõ esse enunciationem sine uerbo, utebantur uerbis adiectiuis. s. Petrus albatur, philosophatur &c. putantes hoc modo sustinere, quòd Petrus & alia accidentia non sunt aliquo modo plures res, tãquàm ens & unum singulariter, idest uno tantùm modo dicatur.

Text. 21. Sed multa sunt, quæ sunt; aut ratione, ut aliud est albo esse & musico (idem uerò utraque, multa ita- E que unum) aut diuisione, quemadmodum totum, & partes. Hic autem iam dubitabant: & confitebantur unum multa esse: & tanquam nõ contingeret, idem, unum & multa esse, non autem opposita? est enim unum & potẽtia, & actu. Hoc igitur modo dicentibus imposibile uidetur quæ sunt, unum esse.

¶In textu denique 21. & ultimo huius capitis: patefacit Arist. istorũ ignorãtiam, manifestans ꝙ idem est vnum & plura diuersis rationibus. Et quia in eodem supposito id ostenditur dupli- F citer: primò, ut modò dicebamus, qa in vno supposito sunt multa differẽtia rõne: & secundò, quia unũ continuũ est plura in potentia, cũ possit in plures partes diuidi: ait primò ꝙ aliud est albo esse, & musico. i. albedo & musica, licèt sint unũ supposito, specie tñ differunt. Et ideo [vtraq; (inquit) idẽ] s. sunt, & per cõsequẽs [multa, unũ] .i. ea quæ sunt multa specie, sunt unum supposito. Itẽ unum continuũ quod est unum in actu, diuisione est plura in potentia. ¶Subdit autem Arist. quòd quamuis primum modum sophysticè illi cauillabant, auferentes uerbum: tamen secundum modum non poterant. Et ideo illic titubare & hærere

A rere cœperunt, quasi inuiti confitentes unum esse multa, idest vnum continuum esse plures partes. Et inde cœpit iam labefactari opinio Parme. qui ita putabat uniuersum esse unum in ratione entis, ut nullo modo esset plura genere aut specie. Cœperunt enim tunc uidere posteriores, quòd sicut unum continuum est unum actu & plura potentia: ita omnia quæ sunt, sunt unum in ratione entis, & nihilominus plura sub diuersis rationibus genericis, & specificis. Ait ergo Aristo. quòd meritò isti confitebantur vnum multa esse [tanquam non contin
B geret, inquit, idem unum & multa esse, non autem opposita. Est enim unũ potentia & actu] Interroganter legenda est hæc negatio. Ac si affirmet. Cõtingit idem esse unum & multa, non quidem opposita: quia unum & multa secundum eandem rationem opponuntur, ut habetur, 5. meta. text. 15. non tamen diuersis rationibus, ut vnũ actu, & plura potentia, non opponuntur. ¶ Ex quibus denique concludit, quòd hoc modo dicentibus. i. considerantibus quòd id quod est uno modo unum, potest alio modo esse plura: sta
C tim uidebitur impossibile quod isti dicebant. s. omnia esse unum. Hic tandé adnotandum est primò quòd non adducitur argumentum, quòd totum & partes sint unum & plura, propterea quòd isti crederent uniuersum esse vnum cõtinuum (quod multos hactenus decepit) sed quia decipiebantur credẽtes ea quę sunt unum in ratione entis, non posse esse plura specie uel genere, cuius contrarium à simili ostẽditur in toto & partibus. ¶ Secundò id præsertim adnotandum est hic, quemadmodum Aristo. concedit unũ continuum esse plura: & per consequens totum esse suas partes, ut quæs. 3. latius disputamus. Sequitur tamen prius caput tertium, ut disputatio cõtra non naturaliter loquentes terminetur.

QVO RESPONDETVR D
rationibus Parmeni. & Melisi.

CAP. III.



ET ea ex quibus ostẽdunt, soluere non difficile est: vterque. n. contentiose syllogizat, & Melissus, & Parmenides. Nã & falsa accipiunt, & non syllogizantes sunt. Est autem Melisi magis onerosa ratio, & non habens dubitationem. sed uno inconuenienti admisso, alia contingunt. hoc autem nihil difficile est. Tex. 1.

¶ Postquam in superiori cap. Arist. E
confutauit opiniones istorum non naturaliter loquentium, in hoc tertio (quod per decem textus distribuitur) respondet rationibus & fundamentis eorum. In primo ergo statim textu, qui est vigesimus secundus in ordine, ait quòd non est dificile soluere ea, ex quibus ostendunt. i. ea argumẽta quibus nituntur demõstrare suas opiniones: uterque enim tam Melissus quàm Parmenides contentiosè syllogizat: nam & falsa accipiunt, peccantes in materia, & non syllogizantes sunt, peccantes in forma. Contentiosus enim syllogismus, ut habetur, 1. elen- F
cho. cap. 2. qui apparet syllogizare, nõ tamen syllogizat. tametsi Melissi ratio magis sit onerosa: quia multis modis absque ulla probabilitate peccat: uno enim inconuenienti dato, plura sequuntur, & ideo nulla est difficultas eius rationem elidere.

Quod igitur paralogizat Melissus, manifestum est: opinatur enim accipere, si quòd factum est, omne habet principium: quod, & id quod non factum est, non habet. Postea & hoc incõueniẽs: oĩs esse principiũ rei, & non temporis, & generationis non simplicis, sed alterationis, tãquã non momentaneæ facta mutatione. Tex. 3.

In

A Melissus. ¶In hoc text.23.& sequēti respondet Melisso. Ratio nanq; Melissi, qua probat omnia esse unum,idemque infinitum atque immobile , erat hæc. Quicquid est factum habet principiū: ergo quicquid non est factum,non habet principium, sed ens non est factū: ergo non habet principium . Rursus quod non habet principium , eadem ratione nec habet finem,quod autem non habet principium nec finem , est infinitum: ergo ens est infinitum.Deinde . Omne infinitum est immobile (quia infinitum replet omnem locū, & qđ mouetur acquirit locū in quo antea non erat)sed ens est infinitum , B ergo est immobile. Postremò. Infinitum esse non potest , nisi unum, quia extra infinitum nō restat locus ubi sit aliud: est autem ens infinitum: est ergo unum. ¶Primum quod Arist.videtur hic debuisse negare, erat minor illa subsumpta, quòd ens non est factum: cū omnia entia sublunaria quotidie fiant & corrumpantur.Attamen quia, ut text.13. dictum est , nomine entis isti intelligunt uniuersum,quod secundum Aristote. est perpetuum, tanquam notam admittit illam minorem . Quin etiam (ut in subsequentibus demonstrabitur) singularia non fiunt sub ratione entis , sed sub rationibus C particularib.hominis,ligni &c. Cum enim nihil fiat nisi ex suo contrario, ut ignis ex non igne , puta ex ligno,& homo ex nō homine.s. ex semine,si ens fieret, deberet fieri ex nō ente,puta ex nihilo per creationem , quam philosophi naturales non cognouerunt. Sed de hoc inferius.

¶Admisso ergo quòd ens non est factū.Quatuor sunt in hac ratione peccata,quorum duo redarguit Aristo.in hoc textu,& duo in sequenti. Primò nanque peccat in forma primæ consequentiæ.Non enim sequitur. Si id qđ factum est,habet principium,id quod non est factum non habere principiū. Est enim acsi arguas:quicquid est homo est animal, ergo quicquid non est D homo, non est animal . Aut si argueretur conditionaliter ex opposito antecedentis ad oppositum consequentis . Sequitur nanque . Si hoc est homo,est animal,ergo si non est animal, non est homo: non tamen sequitur . Si hoc est homo , est animal ; ergo si non est homo,non est animal: liceret ergo arguere ex opposito cōsequētis ad oppositum antecedentis ,si hoc est factum , habet principium, ergo si non habet principium non est factum;non tamen ex opposito antecedentis ad oppositum consequentis, si hoc est factum,habet principium. ergo si non est factum, non habet principium. ¶ Secundo ibi [postea] ostenditur quòd Melissus præter malam cōse- E quentiam laborat etiam in æquiuoco de ly, principium . Principium nanque (quātum attinet ad propositum) accipitur tripliciter ; aut pro principio temporis, aut pro principio magnitudinis, & quantitatis finitæ,& tertio pro principio generationis [non quidem inquit simplicis , sed alterationis.] Quod ideo adiecit; quia si accipiatur generatio propriè pro introductione formæ substantialis, non habet propriè principium,quia est momentanea:alteratio uero,quia est per motum,habet principium . F Quando ergo Melissus arguebat: id quod est factum,habere principium, & quod nō est factū, carere principio,uerum habebat de principio tēporis, & de principio generationis; quando uerò postea infert,id quod non habet principium & finem, esse infinitum , solùm est uerum de principio magnitudinis. Stat autem id quod non habet principium tēporis nec generationis, habere nihilominus principium magnitudinis,& sic non esse infinitum, ut patet de cœlo, & de uniuerso secūdum Aristo.Et hoc est quod ait [& hoc inconueniens (.s.reputatum est à Melisso)nempe quod omnis(.i.uniuersi)sit

Generatio non habet prīcipium.

princi-

A principium (puta magnitudinis) non tamen temporis & generationis &c.] Cum de facto non sit inconueniens. s. quòd uniuersi sit principium magnitudinis: licèt non habeat principium temporis nec generationis. Atqui potuisset Aristo. adijcere aliqua, quæ secundum suam opinionem non sunt facta, habere nihilominus etiam principium à quo dependent, ut sunt uniuersum, & intelligentiæ, quæ secundum eum sunt perpetua, depēdent nihilominus à deo 3. de cœl. text. 61. Sicuti perpetuæ ueritates ceu, homo est risibilis, habēt nihilominus principia. ut homo est animal rationale, ut
B habetur 8. huius tex. 68.

Tex. 24. Deinde propter quid est immobile, si unum est? sicut enim & pars una cum sit, hæc aqua, mouetur in seipsa: quare non & totum? Postea alteratio propter quid non erit. At verò nec specie posibile est, unum esse: nisi eo ex quo. Sic autem & Physicorum quidam dicunt unum. illo enim modo non. homo nanque ab equo alterum est specie. & contraria ab inuicem.

¶In text. 24. refutat alia duo. Tertius enim error erat inferre, si ens est
C unum & infinitum, esse subinde immobile. Nam aqua, quæ est una pars uniuersi, mouetur in suo loco naturali sine acquisitione noui loci (mare intelligit, quod in suo loco naturali fluit & refluit) ergo eadem ratione nihil inconueniret quòd licèt uniuersum esset unum, nec posset mutare locum: nihilominus mouetur in suo loco secundum partes. Præterea quando localiter non moueretur, nihil uetaret quominus moueretur motu alterationis secundū suas partes. Quartum denique peccatum Melis. erat, cū inferebat. Si ens est infinitum, esset subinde simpliciter unum. Nam poterat habere partes specie differētes: sicut modo licèt orbis esset infinitus, D essent nihilominus multæ species.

¶Sed ad intelligentiam literæ, quæ nimis est cōcisa, notato quòd uniuersa corpora sunt eiusdem speciei secūdū materiam, ut inferius uidebimus. Quicquid sit de cœlo: cuius materia, ut infra dicemus, est alterius speciei à materia horum inferiorum, secūdum Aristotelem: licèt alij philosophi putauerint esse totā materiam uniuersi eiusdem speciei. Differunt tamen partes orbis specie secundum formas. Et hoc est quod ait [nec specie possibile est vnū esse, nisi eo ex quo]. i. non sunt oīa eiusdē speciei, nisi secundū mate- E riā ex qua fiūt; sic autem quidam philosophorum dicunt unum. s. esse omnia: illo enim modo (s. quo dicit Melissus) non. Homo nanque ab equo alterum quidam est, suntque duæ species abinuicem contrariæ.

Et ad Parmenidem autem idem modus rationum est: & si aliqui alij sunt proprij. Et solutio est: partim quidem quia mendax est, partim autem quia nō concludit: mendax quidem, quia quod est, accipit simpliciter dici, cum multipliciter dicatur. Non concludit autem: quia si sola alba capiantur, significante unum albo, nihilominus multa alba sunt, & non unum. non enim continuatione erit album unum, neque ratione. Aliud enim erit esse albo, & suscipienti. & non erit præter album, aliquid separabile. non enim quatenus separabile est esse alterum est albo, & ei cui inest. Sed hoc Parmenides nondum uidebat. Tex. 25. F

Parmenides. ¶Soluta ratione Meliss. prosequitur Arist. soluere rationem Parmenidis. Hoc tamē præmittendum est hic, quòd Parme. diuersas cēsent nonnulli habuisse opiniones de principijs. Philoponus nanque supra text. 6. dicit,

A cit q in illis quæ scripsit secundú aliorum opiniones tenuit duo esse principia, puta ignem & terram, sed in alijs operib. secundum propriã sententiam tenuit oĩa esse unũ. At uerò aliter expresse refert Arist. 1. meta. c. 5. ubi ait utranq; esse propriã opinionẽ Parm. nẽpe qui opinatus est oĩa esse unum secundũ rationẽ, sed duo esse principia secundũ sensum. s. ignẽ & terrã. Quòd est dicere. Quanquam oĩa quæ sunt in mundo sunt essentialiter eiusdẽ spẽi, tñ quia ad sensum experimur ignẽ inter oĩa esse maximè actiuũ, appellauit cãm efficientem, ignem causam uerò materialem, terram. ¶Quod aũt oĩa essent unum. i. eiusdẽ rõnis specificæ, B licèt alia id ratione probauerit. ut hĩ. 1. de ge. tex. 57. hoc tñ id potissimum sibi persuadebat, ut habet. 1. meta. Quicquid est præter ens, est non ens, sed nõ ens est nihil: ergo quicquid est præter ens, est nihil. Rursus ens & unum conuertuntur: ergo quicquid est præter unum, est nihil, & per consequens omnia sunt unum. Ait ergo Aristo. hic q ad Parmen. idem modus est respondendi, qui ad Melis. quia. s. in materia peccat, falsa assumẽdo, & informa, male inferẽdo. Tametsi alij sunt præterea peculiares modi respondẽdi Parmenidi: sanè quia differebat à Melisso, solũ in rõne, sed in cõclusione, qa nõ pone C bat ens, q est uniuersum, esse infinitũ, ut Melis. Cuius rõnem dñæ explicat Ari. 1. met. c. 5. quia uidelicet Parm. ponebat oĩa esse unũ scd'm formam. s. secundũ rõnẽ entis, in qua conueniunt oĩa quę sunt in mundo, quam tñ ponebat esse finitam. Meliss. uero potius sequebatur rationẽ materiæ: quia uidelicet id q est factum non habet principium & per consequens est infinitum, ut expositum est. ¶Quod ratio Parmeni. primo assumit falsa & mẽdax est, ꝓbat Arist. quia accipit ens simpliciter diei, cum tamẽ multipliciter dicatur. Enimuero ut maior Parmenidis apparentiam habeat, accipiendum est ens,

Parm. finitũ Mel. in finitum.

ut significet omnia entia mundi, acsi significaret eadem ratione. Tunc enim apparentiã haberet dicere quod quicquid non est ens, est non ens: sicuti quicquid non est substantia, est non substantia, & quicquid non est homo, est non homo. Quamquam neq; tunc esset uera in sensu affirmatiuo: quia nõ ens pro nullo supponit. Sed tamen ad suum propositum tantũdem faciebat sensus negatiuus: quia satis illi erat, si quicquid est præter ens nihil est. Attamen cũ ens nõ uniuocè: sed analogicè significet entia (principaliter substantiam, & minus principaliter accidentia) neque illam apparentiam habet. E Nam ens simpliciter dictum supponit pro substantia, & ideo tantum ualet illa maior, acsi dicatur. Quicquid est præter substãtia est non ens. Quæ quidem est falsa: nam licet accidens non sit ens simpliciter, ut habetur 7. meta. text. 2. tamen nec simpliciter est non ens, neque est nihil: quia est entis ens. ¶Præterea Parmen. peccat in forma, (quod appellabat Arist. non concludere) ut enim consequentia formaliter concludat, debet in omnibus terminis eiusdem formæ uniuersaliter concludere, ut 5. libro. Summularum expositum habemus: illa tamen consequentia nõ ualet, si loco de ly, ens, utamur hoc nomine album, quod uniuocè significat alba diuisiue, sicut ens signifi- F cat entia. Tunc enim non sequitur. Quicquid est præter album, est non album; ergo omnia sunt unum album, aut continuatione, idest tanquam vnũ continuum, aut secundum rationem, quia aliud est esse albo inquantum albo, & aliud suscipienti. i. alia est ratio, & diffinitio albedinis, & alia corporis, q est eius subiectum. ¶Ad euidẽtiam huius rationis notandum est, quod cũ Aris. ostendisse primũ peccasse Parmenidem in ęquiuocatione entis, ut ostẽderet peccare ẽt in forma, accipit terminũ uniuocũ, in quo non cõmitteretur primus error. Et hoc est q ait [albo

unum

A vnum significãte].i.uniuocè,& pręterea unũ diuisiuè:ad tollẽdũ aliã ęquiuocationẽ entis.ꝙ accipitur ẽt ꝓ uniuerso: in quo maximè sensu habet apparẽtiã,quod quicquid est præter ens, est non ens.Et præterea ut maior affirmatiua esset uera .s. quicq̃d est pręter albũ,est non albũ: qualis non erat illa, quicquid est præter ens est nõ ens.Accepit aũt nomẽ cõnotatiuũ,ut in uno exẽplo patefaceret quod Parme. nec concludit oĩa esse vnũ connotatiuum, neq; unũ ratione,ut statim uidebitur. Sensus ergo Arist. est facere hãc cõsequentiã. Quicquid est præter albũ, est B non albũ,&quicquid est albũ est vnum albũ: ergo quicquid est præter unũ albũ,est non albũ.Vnde vr̃ cõsequi nõ esse nisi unicũ albũ. In qua maximè apparet insufficiẽtia prioris cõsequẽtiæ. Nã si ly,vnũ accipiatur diuisiuè,vt cõuertitur cũ ente, bona est cõsequẽtia, & cõclusio est uera: quippe cuius sensus est ꝙ illud ꝙ nõ est unũ albũ,nõ est albũ singulariter, sed tñ inde nõ sequitur quòd omnia alba collectiuè, fint unum album. Si tamen ly,unum, accipiatur collectiuè, ut facit sensum exclusiuum gratia pluralitatis, quemadmodũ in exponibilib.dictũ est,tũc cõ C sequẽtia nõ ualet. Est.n acsi argueret, oẽ albũ est unũ albũ:ergo tm̃ vnũ sunt alba.i.unũ albũ & nõ plura. Et eodem mõ peccat consequẽtia Parmenidis. Cõcedimus.n.ꝙ quicq̃d est pręter ens est nõ ens:saltẽ negatiuè.i.nihil est. Et cũ subsumitur oẽ ens est unũ,cõcedit, si accipiat vtrũq; diuisiuè.i. pro singulis entib.sed negat cõsequẽtia qñ infertur:ergo oĩa sunt unũ.Est nãq; acsi argueret.Oẽ ens est unũ: ergo tm̃ unum sunt entia.i.unũ & nõ plura.Et ideo ratio Parme.nõ concludit ꝙ oĩa sunt unũ continuatione .i. unũ continuum. ¶Quod aũt non cõcludat oĩa esse unũ rõne,probat Aris.Et ut euidẽtior sit ratio,cõcedamus Parme.gr̃a disputationis nõ esse in mundo aliud ens, quàm unũ albũ.Tũ c adhuc nõ sequit. Quicquid est pręter unũ albũ,nihil est:ergo D oĩa sunt unũ rõne. Quia aliud inq̃t est esse albo inquantũ albo,& aliud suscipiẽti.i.alia erit rõ albedinis,& alia corporis subiecti:quamuis albedo non sit præter corpus.i. non sit à corpore separabilis (loquitur ĩ lumine naturali) non enim (inquit,) quia separabilis, aliud est, sed quia alia est definitio albedinis & alia corporis. [Hoc aũt Parmenides nõdum uidebat] uidelicet ꝙ id quod est unum subiecto, sit plura secundum rationem & definitionem.

Necesse est igitur accipere ijs qui Tex.26. dicunt quòd est unum esse. non solũ E vnũ significare qđ est de quo utique prædicetur,sed & qđ uerè est, & qđ uerè unum est.Accidens.n.de subiecto quodã dicitur: quare cui accidit quod est, non erit:alterum.n. est ab eo quod est, erit itaq; aliquid: quod non est. non itaq; erit alij inexistens: quod verè est. non enim erit enti ipsi,esse:nisi multa,quod est,significet, sic ut sit aliquid, unumquodque sed supponitur quod est:significare vnũ.

¶Postquã Aris. mõstrauit cõsequentia Parme.non esse formalẽ,prosequi- F tur ostẽdere ꝙ neque in suis terminis materialiter cõcludit. Et in hoc tex.& sequenti ostendit ꝙ nõ concludit oĩa esse unum, tribus rõnib.At quia litera hæc aspera est & cõscissa: notandũ est, quòd istud cõplexũ,qđ est,tantũ ualet apud Aris.quantum ens,generaliter dictũ,ut pręd icatur de substãtia,& quodãmodo de accidentib.Sed cum ait,ꝙ uerè est,intelligit ẽs simpliciter,ut solù dr̃ de substantia,quæ simpliciter est ens:nã simpliciter esse,idẽ est ꝙ subsistere.Intendit ergo Aris. hãc primam rationẽ.Qñ Parme.dicit, quicquid est præter ẽs,est nõ ẽs,aut accipit ẽs à parte subiecti pro solo accidẽte,aut ꝓ sola substantia,aut indifferẽter pro vtroque non põt accipi pro solo accidẽte, nec

A nec pro sola substãtia: ergo accipitur indifferenter pro utroq;, & ꝑ consequens qñ concludit oĩa esse unũ ens, ly ens, includit plura secundũ rationẽ puta substãtiã & accidẽs. ¶In hoc tex. probat primam partẽ minoris. s. ꝙ nõ accipiatur hic ens, pro sola accidenti: duplici ratione. Primo quia cũ substãntia sit id ꝙ verè est. i. propriè ens, accidens uero solùm est id de quo ens quodãmodo prædicatur. s. secũdũ qd, nõ debẽt isti accipere, unũ, ut significet ꝙ est. i. ens, de quo utiq; (i. quodã modo) prædicat̃, puta accidẽs, sed vt significet id ꝙ uerè est. s. substãtiã, & ꝙ uerè unũ est: nã ens & unum conuertuntur.

B ¶Secũdò probatur idẽ. Si ens à parte subiecti accipiatur solũ ꝓ accidenti, cũ accidẽs sit id ꝙ dr̃ de subiecto, sequit̃ ꝙ id cui accidit, quod est. i. subiectũ cui conuenit accidẽs qđ est ens, esset nõ ens: nã si solũ accidens est ens, & quicquid est præter ens, est non ens. sequitur quod substantia nõ erit i. erit nõ ens & nihil: quia substãtia est alterũ ab eo ꝙ est. i. ab accidẽte, quod est ens [erit itaq; aliquid quod nõ est] i. tunc nõ ens, puta substãtia, erit ens, s. album. Albedo. n. quæ tunc solum esset ens, prædicaretur in concreto de substantia, quæ esset nõ ens: & sic unũ cõtradictorium prædicaretur de alio, quod est absurdũ. Et præterea sequeretur,

C quod id quod est. s. accidẽs, nulli inexisteret, & cum esse accidentis nõ sit nisi inexistere, sequeretur quod accidẽs simpliciter non esset. Vnde sequeretur alia contradictio, nempe qđ id quod est. i. ens, non haberet esse. Sequitur ergo (inquit) quod nisi id quod est, i. ens, multa significet, puta & substantiam & accidens, non potest ens, ꝙ est accidens, habere esse. Isti autem dicunt quod ens non significat nisi unum: ergo nullatenus possunt dicere quod illud unum sit accidens.

Tex. 27. Si igitur QVOD verè est, nulli accidit, sed illi aliquid: magis quod verè est, significat ꝙ est, quàm ꝙ non est. Si enim erit, quod uerè est idẽ & album: albo aũt esse non est quod verè est (neq; enim accidere ipsi possibile est ꝙ est: nihil enim ꝙ est, est: ꝙ non uerè sit) non ergo quod est: album est. non sic autẽ, ut aliquid non sit, sed omnino non sit, erit, quod uerè itaque est, non est: uerum enim est dicere, ꝙ verè est album esse. hoc autem: non ꝙ est significabat. quare & si albũ significat & quod verè est: multa ergo significat, quod est.

D — QVOD uerè est &c.

Melius Argiropolus vertit hũc locum.

¶In hoc tex 27. probat secundam partem eiusdem minoris. s. quod ly ens, non significat illic solam substantiam,

E eadem ratione. Et resumit prius conclusionem superioris rationis. Si igitur inquit quod uerè est. i. substantia, quæ simpliciter est ens, nulli accidit, sed alia accidunt illi, sequitur quod cũ dicitur, quicquid est præter ens, est nõ ens, id quod uerè est. i. substantia, magis significetur per ly ens, qđ est subiectum, quã per ly non ens, qđ est prædicatũ. Attñ ꝙ ly ens, nõ solã substantiam, sed ẽt illic accidẽs significet, probatur. Nã si ens solũ accipitur ꝓ substãtia, tunc cũ accidẽs sit aliud præter ens. i. distinguatur à substantia, sequit̃ qđ sit non ens: & cũ accidẽs, puta albedo in concreto, prædicetur de sub-

F stantia, cũ dicimus, ens est albũ, sequitur idẽ quod prius. s. ꝙ id ꝙ nõ est, prędicabitur de eo ꝙ est: & ꝑ consequẽs unũ cõtradictoriũ prędicatur ad alio. Est ãt litera adeo implexa, ut ferè syllabatim sit ordinanda. [Si. n. inquit ꝙ uerè est, idẽ erit ẽt albũ. i. substantia, q̃ propriè est ens, sit etiam alba. albo autem esse non est, quod uerè est. i. albedo tñ non sit uerè ens secundum Parme. siquidem est præter substantiam: [neq; enim acidere. ipsi. s. albedini potest quod est]. i. non põt ei accidere vt sit ens. [Nihil enim quod est, est quod non est]. i. nulli potest accidere ut sit, nisi

A nisi verè sit ens. Sequitur ꝙ albũ non erit quod est.i.non erit ens.[Nõ sic aũt vt aliquid nõ sit,sed oĩno ut non sit].i. non solũ albedo non erit ens simpliciter(nã hoc verũ est)sed neq; oĩno erit ens.i.neq; erit entis ens. Vnde concluditur ꝙ si substantia est ens, & accidẽs non est ens:id quod uerè est,non est.i. ens, est non ens & nihil: nã uerum est dicere id quod uerè est.i.substantiã,album esse:hoc autẽ.s.albedinem,nõ quod est.i.ille terminus nõ ens,significabat. [quare si & albũ significat,& quod verè est] cõcludit ergo ꝙ si quod est.i.ẽs significat albũ.i.accidens, & quod uerè est.i.substantiã (quod quidẽ est necessariũ ad saluandũ ueritatẽ istius ens B est albũ, sequitur ꝙ ly ens in maxima Parmenidis multa significat,& per cõsequẽs cum concludit oĩa esse unum, illic unum comprehẽdit multa secundum rationem.s.substantiã & accidẽs.

Neque igitur magnitudinem ha- Tex.28. bebit quod est: si quidem quod uerè est, est quod est: vtrique enim partium aliud est esse.

¶Hæc est secunda ratio sumpta à rationibus totius & partis.Et est hæc.'Si oĩa essent una substantia in sensu Parme.itaq; nullo modo essent plura, sequeretur quod neq; haberet magnitu- C dinem:& per consequẽs nec esset finitum,ut ipse concedit. Nam si haberet magnitudinẽ, iam essent totũ & pars: & per consequens plura secundum rationem.Omnia.n.tria argumenta Aristo. contendunt probare ꝙ omnia sint plura secundum rationem.Parme.nanque non negabat uniuersum esse plura secundum partes quantas,sed secundum rationem.Et ideo ait Arist. quòd totum & pars non totum sunt plura in potentia secundum diuisionẽ quantitatis, sed plura quodammodo secundum rationẽ. Alia enim quodammodo est ratio essendi totius, & alia partis: nam esse totius est per se subsistere,& esse partis est non per se esse: sed in toto.Et hac de causa postquam pro- D bauit accidens ratione distingui à substantia quia esse illius est inesse, subdit ferè idem de parte,quæ quãquam non sit accidens, habet tamen esse in alio.

Quod autem diuiditur quod ue- Tex.29. rè est, in quod uerè est aliquid aliud: etiam ratione manifestum est. ut homo,si est quod uerè est aliquid: necesse est,& animal,quòd uerè aliquid est esse, & bipes. Si enim non quod uerè est,est: accidentia erunt: aut igitur homini: aut alicui alij subiecto, sed impossibile est: accidens etenim dicitur hoc aut quod contingit esse & non esse, aut in cuius ratione est hoc E cui accidit, ut sedere quidem: uelut separabile. in simo autem est ratio naris cui dicimus accidere simum. Atqui quæcunque in diffinitiua ratione insunt, aut ex quibus sunt: in ratione horum, non inest ratio totius, ut in bipede, ratio hominis: aut in albo, ratio albi hominis. Si igitur hæc hoc se habent modo, & homini accidit bipes, necesse est separabile esse ipsum. quare contingit utique non bipedem esse hominem: aut in ratione bipedis, inerit hominis ratio, sed im- F possibile est. Illud enim in illius ratione inest. Si autem alij accidunt bipes & animal, & non est utrunque quod uerè est aliquid: & homo utique erit accidentium alteri. Sed quod uerè ali- Tex.30. quid est: sit accidens nulli. Et de quo ambo: & utrunque, & quod est ex his,dicatur. Ex indiuisibilibus itaque est omne.

¶In tota hac litera quæ est fragmentum text.28. cum tex.29. & fragmento trigesimi, continetur tertia ratio Aristo.quæ proinde non erat diuidenda,ut diuiditur à Commentatore.Sed ideo aliter eam diuidit,quia aliter eam intelligit,

A intelligit, quàm forsan fuerit mēs Aristo. ut statim dicemus. Ratio est hæc. Concluserat aduersus Parmenidem, quòd licèt omnia essent per impossibile unum album, nihilominus substantia, & albedo essent plura secundum rationem: uult iam modo probare, quòd licèt per impossibile omnia essent una substantia prędicamentalis, essent adhuc plura secundum rationem, quorum quodlibet esset substantia. Et probatur hoc modo. Omnis substantia prædicamentalis (quòd dixerim ad excludendum Deum) diuiditur in genus, & differentiam, qua ratione differunt, & sunt substantiæ: er-
B go quamuis per impossibile omnia essent unus homo sine accidente, adhuc essent plura secundū rōnem, puta aīal & bipes. Quod sint plura scd̄m rōnē, patet, quia sunt partes diffinitionis, ueluti materia, & forma, contractum & contrahens. Quod autem sint substantiæ (quòd Aristo. appellat quòd uerè est aliquid) probatur ibi. [Si enim non quòd uerè est.] si illæ partes diffinitionis non sunt substantiæ, sunt ergo accidentia. Tunc aut sunt accidentia homini, aut accidentia alij cuicunque rei, neutrum istorum: ergo non sunt
C accidentia. Quod non sint accidentia hominis probatur: nam accidēs est duplex, scilicet commune, quòd potest adesse & abesse, ut sedere: & item propriū, quòd est inseparabile, ut simum respectu nasi. Atqui accidens proprium, ut 1. post. tex. 9. uisum est, est illud in cuius ratione & diffinitione ponitur eius subiectum: simitas enim est nasi curuitas, sed illæ partes diffinitionis neutrum horum accidens sunt respectu hominis: ergo sunt substantiæ. ¶In tex. 29. probatur hæc minor. Et probatur prius, quòd non sunt accidentia propria inseparabilia, quia illa (inquit) quæ ponuntur in diffinitione subiecti, non sunt talia, ut in horum diffinitione uicissim subiectum, ut quia bipes ponitur ī diffinitione quidicatiua hominis, homo non ponitur D
in diffinitione quiditatiua bipedis: & quia albedo ponitur in diffinitione hominis albi, non ponitur uicissim homo albus in diffinitione albedinis: aliàs esset circulus in diffinitionib. ut si a. diffiniretur per b. & b. per a. Et sic idē uirtualiter diffiniretur per seipsum. At animal & bipes ponuntur in diffinitione hominis: ergo homo non ponitur in diffinitione illorum: & per consequēs illa non sunt accidētia eius propria. Si igitur sunt accidentia hominis, erunt accidētia communia. Quòd autem nō sunt communia, patet: nam aliàs sequeretur, quòd possent adesse, & abesse subiecto præter subiecti corruptionem, & sic daretur homo, qui E
nec esset animal, nec bipes, quòd est impossibile. ¶Quòd autem illa non sint accidentia alicuius alterius subiecti, probat Aristo. hoc modo. Si tam animal quàm bipes accidunt alij substantię, quàm homini, & ipsa non sunt substantiæ, sequitur quòd homo ipse etiam erit accidens alteri, consequens tamen est falsum: quia [ꝙ uerò est aliquid (id est substantia) fit accidens nulli] i. nulli accidit: ergo nec genus, nec differentia sunt alterius accidētia. Probat sequelā sic. De eo de quo ambo. s. F
animal & rationale & utrūq; seorsum prædicatur, necesse est ut id, ꝙ ex his, puta homo cuius essentia cōstat ex illis, itidem prædicetur (quicquid enim est animal rationale, est homo) ergo si illa sunt accidentia, homo pariter est accidens [ex indiuisibilibus itaque est omne] hoc uerbum legendum est non tanquam cōclusio asserta ab Arist. sed tanquam inconueniens illatū ex opinione Parmenidis. Acsi dicat, quòd ut tueatur opinionem suam, uidelicet omnia quomodocunque esse unum: necesse est, ut ponat illud esse indiuisibile, & secundū quantitatem (ne alia sit ratio partis, alia ratio totius) & secundum essentiā: ne alia sit ratio generis, & alia sit ratio differētiæ. Cōmen-

A tator uerò in illo uerbo [Sed quod verè aliquid eſt] ubi ipſe incipit textum trigeſimũ, exiſtimat incipere nouam rationem Parmenidis, qua uult concludere omnia eſſe vnam ſubſtãtiam, à qua accidens nõ diſtinguitur, & eam eſſe indiuiſibilem, id eſt ex indiuiſibilibus compoſitam, quia putabat diuiſionem continui terminari ad aliqua puncta indiuiſibilia ex quibus componitur. Attamen licèt hãc rationem ſtatim commemoret Ariſt. tanquam diſcipulorum Parmenidis, tamen litera Ariſt. perſpicacior eſt multo in ſenſu ſupra expoſito, quàm in ſenſu Commentatoris.

Quidam autem rationibus vtriſque acquieuerunt: huic quidẽ quòd omnia vnum ſunt, ſi quod eſt, vnum ſignificat, quod eſt etiam id, quod non eſt. Ei autem quæ diſſectione procedit: indiuiduas facientes magnitudines.

¶ Poſt impugnationem Parmenidis recitat Ariſt. opinionem quorundam qui conſequẽs ſuperiorum rationum concedebant, nec illa reputabant eſſe
E inconuenientia. Primùm nanque inconueniens in prima ratione fuit, quòd ſi ly ens accipiatur pro ſubſtantia, & accidente, tunc eſſent plura ratione: ſi autem pro ſola ſubſtantia, aut pro ſolo accidente, tunc ſequeretur quòd ens eſſet non ens. Cui reſpondebant, quòd ens accipitur pro ſola ſubſtantia, atque adeo concedebant, accidens ſimpliciter eſſe nõ ens: & per conſequens admittentes, quòd ſubſtantia eſt alba, admittebant quòd ens eſt non ens. Et hoc eſt, quòd hic ait Ariſto. quòd iſti acquieuerunt, ſi quòd eſt unum ſignificat, ſcilicet ſubſtantiam, illud etiam eſſe, quòd non eſt, id eſt, quòd ſubſtantia eſt alba, vbi prædicatur de ente, accidens quòd eſt non ens. ¶ Secunda ratio erat, quòd ſi omnia eſſent ſimpliciter vnum, illud

non haberet magnitudinem, & per D
conſequens eſſet indiuiſibile. Huic autem reſpondebant cõcedentes, quòd ſunt aliquę magnitudines indiuiſibiles. Et hoc eſt, quòd ait Ariſto. [ei autem] id eſt ei rationi, quæ ex diſſectione & diuiſione procedebat, reſpondent aliquas eſſe magnitudines indiuiſibiles. Hanc reſponſionem non impugnat hic, quia lib. 6. oſtenſurus eſt continuum non componi ex indiuiſibilibus. Priorem reſponſionem redarguit in tex. ſequenti, qui eſt trigeſimus primus, & poſtremus huius capitis.

Manifeſtum autem eſt, quòd non Tex. 31.
E verum eſt, quòd ſi vnum ſignificat quod eſt, & non poſsibile eſt ſimul contradictionem eſſe: nihil erit quod non eſt. nihil enim prohibet: vt id quòd non eſt, non ſimpliciter ſit non ens: ſed ſit non ens aliquid. Dicere quoque quòd niſi præter ipſum, quod eſt, aliquid erit aliud, vnũ omnia fore: inconueniens eſt. Quis enim nouit ipſum, quod eſt, aliquid eſſe: niſi quod verè eſt? Si autem hoc ita eſt nihil ſic prohibet multa, quod eſt eſſe, ſicut dictum eſt. Quòd igi- F
tur ſic vnum eſſe, quòd eſt, impoſsibile ſit: manifeſtum eſt.

¶ Ad intelligentiam huius tex. notandum eſt, quòd Themiſtius & Philoponus cenſent hic Ariſtotelem ſubnotare Platonicos, quæ credebãt ens ſolùm affirmari de formis, & potiſsimum de ideis. per quas compoſita actu ſunt: materiam uerò ſimpliciter appellabant non ens. Et ideo dicebant compoſitum conſtare ex ente, & non ente. S. Tho. conformiter magis literæ credit inſinuari hic eoſdem Platonicos, qui accidens cenſebant ſimpliciter eſſe non ens, ut 6. meta. tex. 4. inſinuat Ariſto. Fateor tamen nullam mihi omnium quas uiderim expoſitionem,

A nem, plenè satisfacere in hoc loco. Sed hoc modò, ni fallor, litera fit lucida. Duas nanque contrarias opiniones uidetur mihi Arist. refellere. Discipuli enim Parmenidis, ut colligere quisque potest ex dialogo Platonis sophista nomine, ubi de ente & non ente disserit, sustinebant oĩa esse unum, supposito quòd non sint contradictoria uera, isto modo. Opinabantur ens esse simpliciter uniuocum, & solum significare substãtiam, quę per se subsistit. Et arguebant quòd accidens esset simpliciter nõ ens: nam si esset ens B (cum ens simpliciter idem sit, quòd substantia) tunc accidens esset substantia, & quia per se manifestum est accidens non esse substantiam, tunc accidens esset substantia, & non esset substantia. Quòd si accidens (aiebant simpliciter est non ens, nihil est. Et sic sustinebant omnia esse vnum, scilicet omnia conuenire in unica ratione entis. Platonici uerò concedebant quidem ens solam substantiam significare (Plato enim ponebat ens uniuocum generalissimum substantiæ, & nullo modo significare accidens.) Attamen ut responderent rationi Parme. dicebant hoc solo modo posse negari omnia esse unum, si con- C cedatur, quòd aliquid sit præter ens, quod sit non ens, & nihilominus sit aliquid: quale est accidens, & materia prima, quæ simpliciter sunt non ens, quia non sunt substantia, & nihilominus sunt aliquid. Aristo. uerò utranque reputat opinionem absurdam, & medio modo incedit, scilicet quòd ens non solam substantiam significat, sed est analogum significãs substantiam principaliter, & accidens per attributionem ab substantiam. Et ideo accidens, nec simpliciter est ens, nec simpliciter non ens, sed medio modo est ens secundum quid, id est entis ens, & ita dicit inferius de materia prima, quòd est ens non simpliciter, sed ens in potentia. Et hoc modo euitando opinionem Parme. & Platonis saluat, quod non omnia sunt unum, id est eiusdem rationis. ¶ Refellens ergo primam opinionem ait [manifestum est, quòd non sequitur, si unum significat quòd est (id est si ens simpliciter dictum significat solùm substantiam) & non est possibile simul contradictionem esse, nihil esse, quòd non est] id est accidens quòd est non ens, puta non substantiam, nihil esse simpliciter. [Quia nihil prohibet, ut quòd non est, (id est accidens) non sit simpliciter non ens: sed sit non ens aliquid,] id est non substantia. Itaque accidens nec simpliciter E est ens, nec simpliciter non ens: sed est non substantia, quæ simpliciter est ens. ¶ Mox ibi [dicere quoque] refellit solutionem Platonis. Et ordinanda est sic litera. Inconueniens quoque est dicere, ꝙ omnia erunt vnum, nisi ponatur aliquid esse simpliciter aliud, pręter ipsum ꝙ est: nam accidens, quòd est præter substantiam, non est simpliciter aliquid, sed secundum quid. Et hoc est, quòd probat dicens. [Quis enim nouit,] id est quis intelligit, ipsum quòd est, id est ipsum ens, aliquid esse, nisi quòd uerè est. Quasi dicat nullus hoc dicit. Cum ergo accidens non simpliciter sit, non est dicendum illud esse aliquid, sed (ut ita dicam) F alicuius aliquid: sicut est, entis ens. Concludit ergo [Si autem hoc, ita est] uidelicet, quòd est ens simpliciter dicatur de substantia, & secundùm quid de accidente, nihil sic prohibet, quod est, id est ens, multa esse: sicut dictum est. Atque adeo id, quòd est, id est uniuersum, sic unum esse, scilicet ratione, ut Parmeni. dicit, impossibile est.

¶ Sequitur hic quæstio tertia super text. 17. utrum totum, &c.

A DE PRINCIPIIS contra naturaliter loquentes.

CAP. IIII.

Tex. 32. T autem physici dicunt duo modi sunt. Hi enim unum facientes, quod est corpus subiectum, aut trium aliquod, aut aliud quod est igne quidem densius, aere uerò subtilius: alia generantur densitate & raritate, multa facientes. hæc autem, quod sunt contraria. Vniuersaliter autem excessus, & defectus: sicut magnum
B dicit Plato, & paruum, nisi quod hic quidem, hæc facit materiam: unum autem, speciem. Alij uerò: unum quidem, subiectum, materiam: contraria autem, differentias & species. Quidam autem ex uno, inexistentes contrarietates segregant, quemadmodum Anaximander dicit. Et quicunque etiam unum, & multa dicunt esse, quæ sunt: sicut Empedocles, & Anaxagoras. Ex commixtione nanque, & hi segregant alia. Differunt autem ab inuicem: eò quòd ille circulationem facit ho-
C rum. hic autem semel, & hic quidem, infinita, & similes partes habentia, & contraria. Ille uerò, uocata elementa solum.

¶Subsequenter post disputationem contra eos qui non naturaliter loquũtur, in hoc capit. quarto, quòd nouem textus complectitur, subsequitur sermo aduersus naturaliter loquentes: nempe qui non negant, uti superiores, sed admittunt motum rerum naturalium, cuius principium est natura. Hos inquit Aristot. bipartitos esse. Priores namque unicum ponentes principium, omnia dicunt inde fieri sola rarefactione, aut condensatio- D
ne. Posteriores uerò negant adhuc motum rarefactionis & condensationis: sed dicunt omnia fieri per segregationem ab uno principio, ubi omnes res sunt permixtæ. ¶Ad istarum differentiam opinionum intelligendam, notandum est, ut supra quæstione prima dicere cœperam, quòd primus omnium philosophorum fuit Thales: primus inquam septem sapientum, quem Aristot. 1. metamorph. capitu. tertio, appellat principem huius philosophiæ. Hic secundum aliquos fuit Olympiade 10. tempore Romuli: secundum alios natus est Olympiade 35. & mortuus Olympiade 58. Olym E
pias una quatuor complectitur annos. Illis annis trecentis ab Olympiade trigesimam, usque ad centesimam quando natus est Aristot. floruerunt omnes isti philosophi. Thales ergo posuit principium omnium rerum esse aquam. Cui (ut quarto lib. Acad. quæstio. ait Cicero) sex reliqui sapientes consenserunt. Quorum nomina sunt Pittacus Mytileneus, Solon Atheniensis, aut Salaminus, Chilon Lacedæmonius, Bias Priæneus, Periander Corinthius, Cleobulus Lydius. Sed tamen Anaximandro (inquit Cicero) id persuadere non potuit. Aristot. primo metamorph. dicit Thaletem hanc opinio F
nem traxisse ab antiquioribus poetis, scilicet Orpheo & aliis, qui theologizabantur Tethym & Oceanum parentes fuisse omnium rerum. Tethis enim authore Beroso, lib. secundo. nomen fuit uxoris Noe, quæ in notitia gentium fuit prima. Et ideo Noe cęlum dictus est, & Tethys terra: quia omnium parentes fuere. Aut fortè isti, quia ab Aegyptiis in confuso audierant illud initium legis, quòd in principio factum est cœlum, & terra, & spiritus Domini ferebatur super aquas, hanc fabulam de terra, & aqua finxerunt. Addit Arist. Thaletem suam opinionem confirmasse: quia uidebat nu-

Thales.

Septem sapiẽtes.

A nutrimentum omnium rerum humidum esse, vt patet de nutrimento plantarum, atque adeo hominum, quorum vita consistit in calido & humido. Vnde semen omnium viuentiũ naturam humiditatis debet participare.

Anaximenes. ¶Anaximenes verò etiam Milesius, eo fortè, ꝙ principium rerum debet esse maximè, insensibile (vt patet de materia & forma, quæ per se non sentiuntur) posuit principium esse aerem, qui est elementum minus sensibile. Et prę sertim, quia animalia anhelitũ viuũt, & viuentia plurimũ in aere creantur.

Heraclitus. ¶Heraclitus autem posuit ignem: aut B quia principium debet esse maximæ durationis, & maximæ actiuitatis, quę præsertim inter elementa competunt igni. Alij verò posuerunt quoddam medium inter aquam, & aerem, aut inter aerem & ignem. Authorem huius opinionis Philoponus & Themi. dicunt fuisse Anaximandrum. Sed certè hoc stare non potest, quia opinio Anaximandri continuo subiungitur ab Arist. longè alia, & ideò forsan mutatum est nomen apud Themi. & Philop. Hi omnes conueniebant, quidem cum Parmenide & Melisso, & in hoc, quòd ponebant vnum esse princi C pium rerum, & in hoc præterea, quòd ponebant illud esse ens actu completum, vt est quodlibet elementum. Vnde pariter concederent oĩa esse aquã, aut aerem, aut ignem. Differebant autem, quòd licèt non ponebant formas substantiales distinctas specie, admittebant tamen formas accidentales, scilicet raritatem & densitatem, videlicet quòd illud principium per raritatem. v.g. fit caro, aut lana, & per

Plato. densitatem fit ossa, aut ferrum. Quas subinde formas, & à substantia, & inter se dicebant ratione differre, atque adeo non omnia esse vnum ratione, vt alij opinabantur. ¶Subdit Arist. inte istos & Platonem, & cõuenire quodammodo & differre. Nam tam isti, quàm Plato ponebant magnum, & paruum principia rerum: isti quidem D formalia, Plato verò materialia. Vbi sciendum est, quòd secundum Platonem principium formale omnium rerum erat idea: agentia verò naturalia nihil agunt quàm disponere materiã per raritatem, vbi sub maiori quantitate minus est de materia, aut per densitatem sub minori quantitate plus est de materia, & tunc prima causa efficiens inducit formam: quæ est participatio ideæ hominis, aut equi &c. Vnde magnum, & paruum aiebat dispositiones esse materiæ ad recipiendum formam. Isti verò econuerso supponentes vnum principium materiale dicebãt, & raritatem & densitatem E esse, sicut formas rerum. Horũ opiniones missas hic facit Aristo. tanquam paruum ad rem pertinentes: de quibus 1. meta amplior est sermo. ¶Alij verò inquit Arist. dicunt formas substantiales rerum esse contrarias & diuersas, in quo iam ad veritatem vtcunque hallucinabantur. Negabant tamen & generationem & alterationem. Ad quorum notitiam, quia horum hactenus opiniones vix vsquam expositas uidi, considerandum est, quòd Anaximander Milesius, & ciuis Anaximãder. & coętaneus ferè Thaletis, fuit primus, qui dixit principium omnium F rerum fuisse unum infinitum chaos, ut Cice. 4. lib. acad. q. innuit. A quo & Anaxagoras & ferè poetæ id suscepere. Sed quia Anaxagoras copiosius Anaxagoras. id exposuit, circunfertur tanquam opinio Anaxagoræ: quàm subinde hic tractat Aristo. Anaxagoras ergo Clazomenus discipulus Anaximenis qui fuit auditor Anaximandri, dixit mundum factum iuisse hoc modo, quòd fuerat ab æterno aceruus quidam, & congeries rerum, in quo ueluti in quodam chaos genera omnia, & species rerum commixta latitabant. Deus autem, quem ipse mentem appellabat, inde segregauit omnia, & suis cuiuscunque locis disposuit.

A Forsan sub nebula audierat illud Ge.1. Spiritus Domini ferebatur su p aquas. Vnde initium philosophiæ suæ (ut lib. 2.refert Laertius) erat hoc. Omnia simul erant: deinde accessit mens, eaq; composuit. Quamobrem & Anaxagoras ipse appellatus est mens. Et inde Ouidius exordium suæ Metamorphosis desumpsit dicens, quòd ante mare & terras &c. unus erat uultus, quem dixere chaos, &c. Disgregatio uerò fuit, quòd infinitæ particulæ. v.g.terræ separatæ fecerunt terram, & infinitæ carnis fecerunt carnem: & ita de omnibus. Has particulas appellabat atomos, idest indiuisibilia corpora. Et dicebat esse homiomeras, idest similares, propterea quòd sunt partes eiusdem rationis cum toto. Itaque atomi ligni erãt eiusdem speciei cum ligno, differentes autem substantiali specie ab atomis lapidis. Facta illa prima disgregatione rerum: agentia deinceps naturalia, quæ uidentur res nouas trãsmutare & generare, nihil aliud faciũt quàm ut atomi, quæ latebant, appareant. Exempli gratia. Cum ignis uertit lignum in cineres, nihil aliud facit quàm ut atomi cinerum, quæ latebant in ligno, appareant, & atomi ligni lateant, & cum semen diciditur ab animali. in semine latent atomi carnis, & ossis & sanguinis &c. quæ postea dum apparent, sunt animal. Enimuero quia uidebat ex re quacunque omnia posse generari, & contraria ex contrariis, scilicet calidum ex frigido, & hominem ex boue quem comedit, & rursus bouem ex homine qui conuersus in terram producit herbam, quam pascitur bos, huius causam dicebat esse, quia nõ potuit illa prima disgregatio rerum ita purè fieri, quin in quocunque indiuiduo manerent adhuc omnium rerum atomi permixtæ: ita q in carne sunt omnium rerum atomi, nisi q est caro, propterea q atomi tantùm carnis apparent. Et ideo si caro comedatur ab homine, fit homo: si à leone fit leo: & si

Atomus.

B

C

cadauer ponatur sub terra, fit herba: & ita in omnibus. ¶Dicebat tamen illas atomos indiuisibiles, non sicuti est pũctum, uel angelus: sed quia non poterant diuidi in partes alterius rationis: nam licet in carne. v.g. sunt permixtæ atomi omnium rerum, tamen in una atomo non sunt plures atomi aliarum rerum. Et ideo ex illa sola nihil potest generari, & propterea erat indiuisibilis in se & inseparabilis ab aliis atomis. Rursus quia generationes rerũ putabat in infinitum duraturas, ne generationes deficerẽt, dicebat & illud chaos fuisse infinitum, & in quacunque re latere infinitas atomos, non solùm infinitarum rerum differẽtium specie, sed cuiuscunq; rei etiam infinitas. ¶Hinc sequitur, quod Anaxagoras nihil ponebat compositum ex materia & forma: quia atomi illæ non sunt compositæ, sed sunt sicut principia materialia. Et hac etiam ratione dicebat esse indiuisibiles. His atomis dicebat mundum esse plenum, nisi q non apparent, ob idque radio solis intrante per fenestram apparent corpuscula, quæ illic antea latebant. Non q illa sint atomi, ut aliqui putant: quia atomi non sunt abinuicem separabiles, sed q sunt corpora atomis simillima, ut per ea quodãmodo cognoscamus atomos. ¶Eadem ferè fuit opinio Anaximandri, hoc solo differens, quòd Anaximander dicebat illud chaos fuisse atomorum causam, & initium. Et propterea dicit hic Aristot. quòd ponebat unum principium, & subiectum omnium rerum. Anaxagoras uerò e conuerso dicebat, quòd atomi fuerant causa, & initium illius chaos. Et propterea dicit quòd Anaxagoras posuit infinita principia. Opinio Anaxagoræ fuit postea Epicuri. Democritus uerò, ut infra tex.41.uidebimus hoc tantummodo differebat ab Anaxagora, quòd dicebat atomos omniũ rerũ eiusdem speciei essentialis esse, sed solùm accidentaliter positione. s.& figura differre, ut illic explicabimus.

D

E

F

Democritus.

¶At

A ¶ At uero Empedocles Agrigentinus, quem aiunt Parmenidis fuisse discipulum (ut lib. 8. refert Laertius) conueniebat quodãmodo cum istis, sed multum dissentiebat. Conueniebat inquam, affirmans itidem fuisse unum chaos, unde mundus est. Differebat tamen, primò quia nõ dicebat in rerum natura esse nisi quatuor species rerũ, quæ sunt quatuor elemẽta, scilicet terra, aqua, aer, & ignis, quæ ab illo chao fuerunt separata. Hæc autem elementa per alterationem in inuicem & commixtionem, faciunt omnia mixta. Itaque homo nihil aliud est quàm aggregatum ex illis elementis. Differebat

Empedocles.

B secundò, ut ait hic Aristo. [Differunt autem] quòd ille, scilicet Empedocles facit horum circulationem, idest opinabatur mundum infinities genitum, & corruptum: hic autem, scilicet Anaxagoras, non, nisi semel. Vt enim Anaxagoras dicebat mentem fecisse disgregationem, Empedocles asserebat duas causas: alteram efficientem, quam appellabat litẽ: & alterã corruptricẽ, quã appellabat amicitiã. Aiebat quòd lite disgregante elementa ex illo chao, mũdus generatur: amicitia uerò rursus illa in aceruum cõgerente, mundus corrumpitur. Et hoc dicebat infinities fa-

C ctum esse, & fore. Itaque ante quancũque generationem fuit chaos, & ante quodcunque chaos fuit etiam generatio. Hæc tot uerbis exposuimus, ne opus esset, ut sæpe repeterentur, quæ tamen necessaria sunt ad subsequentium intelligentiam.

Tex. 33. EX NIhilo nihil fit.

Videtur autem Anaxagoras sic infinita opinari, quoniam putabat communem opinionem physicorum esse ueram, quòd NIHIL fit ex eo, quod non est: propter hoc enim sic dicũt, erant simul omnia, & fieri huiusmodi statuerunt alterari. Alij autem, congregationem & segregationem.

¶ In tex. 33. prosequitur tractare opinionem Anaxagoræ, ostendendo primum radicem errorum istorum. Radix nanq; fuit duplex fundamentum. Primum, illa receptissima sentẽtia omnium physicorum. Ex nihilo nihil fit, quæ in lumine naturali est uerissima, ut quæstione 7. apparebit. Agẽtia enim naturalia uirtutem non habent quicquam producendi, nisi præsupposito subiecto. Sunt nanque agentia finita, & deducere aliquid ex nihilo, arguit potentiam infinitam, quæ soli conuenit Deo. Nam si educere effectum ex aliqua præsupposita materia & potentia, arguit aliquam potentiam: educere ex duplo minori arguit duplam potentiam, & ita calculando educere ex nihilo arguit infinitam. Qua de causa philosophi naturales creationem, nec subodorari quidem fuerunt sufficientes. Ex illo igitur fundamento omnes philosophi naturaliter loquẽtes (nam alij iam sunt foras explosi) sibi persuaserunt quòd omnia entia, quæ sunt, prius fuerunt in aliquo uno subiecto. Vnde Thales & alij dicebant omnia fieri per alterationem, scilicet per rarefactionem & condensationem, alij uerò ut Anaxagoras omnia fieri per segregationem ex una congerie, cui addebat Empedocles, omnia corrumpi per congregationem. D E F

Tex. 34.

Amplius autem, ex eo quòd fiunt ex alterutris contraria, inerant ergo. Si enim omne quòd fit, necesse est fieri aut ex iis quę sunt, aut ex iis quæ nõ sunt, horum autem id quod est, ex iis quæ non sunt fieri, impossibile est, (de hac enim conueniunt opinione, omnes qui de natura) reliquum, iam contingere ex necessitate putauerũt, ex iis quidem quæ sunt & insunt, fieri. sed propter paruitatem magnitudinis: ex insensibilibus nobis: unde dicunt omne in omni misceri: propterea quòd omne ex omni uidebãt fie-

A ri. apparere autem differentia, & appellari altera ab inuicem, ex eo quòd maximè superabundat, propter multitudinem in mixtura infinitorum: syncerè enim: totum album, aut nigrum, aut carnem, aut os non esse: sed cuius plurimum unumquodque hēt, hoc uideri esse naturam rei.

¶Alterum fundamentum sumebant ex experientia, uidelicet quòd contraria fiunt ex alterutris: nam ex calidis uidebant fieri frigida, & ex fructibus terræ animalia, & ex animalibus corruptis terram &c. & inde inferebant, ꝙ B in omnibus insunt omnia. ¶Ex his fundamentis formabant rationem, quę ex supradictis iā est manifesta. Quicquid fit, aut fit ex ente, aut ex non ente, idest ex nihilo, non ex nō ente (in quo oēs unanimiter consentiunt) ergo ex ente: ex ente tamen fieri non potest nisi id quod fit, antea fuerit: ergo omnia sunt in omnibus permixta. Sed tamen appellātur (ait) altera, idest homo, aut equus &c. [Ex eo quòd maximè superabundat] idest propter maiorem multitudinem atomorum, quæ apparēt hominis, iste est homo; & propter multi- C tudinem atomorum, quæ apparent equi, ille est equus. Syncerè enim id est, purè nihil est sola caro, aut solum os: sed propter maiorem multitudinē atomorum dicitur, aut caro, aut os. Enimuero Anaxagoras nō habebat pro incōuenienti, quòd licet atomi essent infinitæ, nihilominus essent plures carnis, quàm ossis. ¶Operæprecium est hic adnotare artificium Aristo. Intendit enim ex ignorantia istorum uiam parare & sternere ad suā opinionem. Vt enim illi non naturaliter loquentes peccabant in hoc, quòd non distinguebant inter unum simpliciter, & plura simpliciter: cum tamen entia sint uno modo unum, & alio modo plura: ita & isti naturaliter loquentes

Artificiū Arist.

errabant, quia non distinguebat inter ens simpliciter & non ens simpliciter, cum tamen materia ut Aristot. docet in fine huius libri, sit mediū quoddam puta ens in potentia. Et ita saluatur rerum generatio quæ fit, nec simpliciter ex ente, nec simpliciter ex non ente, sed ex ente in potentia: puta ex materia. D

Si igitur infinitum secūdum quòd infinitum, ignotum est: secundum multitudinem, aut magnitudinem infinitum, ignotum quantum quoddam est. secundum speciem autem infinitum, ignotum quale quoddam est. Principiis autem existentibus infinitis secundum multitudinem, & secundum speciem impoßibile est ea quæ sunt ex iis, cognoscere: sic enim cognoscere compositum, arbitramur, cum cognoscimus ex quibus, & quot sit. E

Tex. 35. INFINItum non est cognoscibile.

¶In hoc tex. 35. & sequentibus facit Aristot. argumenta septem aduersus quinque asserta ab Anaxagora. Primum asserebat in re quacunque infinitas esse atomos, non solum specie diuersas rerum omnium, sed cuiuscunque rei etiam infinitas. Contra hoc infert, quòd, tunc sequeretur nullam esse de rebus scientiam, & per consequens Anaxagoram ipsum de rebus à se ignotis philosophari. Sequela ostenditur hoc syllogismo. Nihil potest esse cognitum, nisi cognitis principiis ex quibus constat. Hanc probat in calce text. quia tunc compositum cognoscere arbitramur, cum eius principia cognoscimus, ut tex. 1. ostensum est, sed principia compositi, qualia ponit Anaxagoras, non possunt cognosci; ergo nec compositum ipsum. Probatur minor. Infinitum ea ratione qua est infinitum, non est cognoscibile, ut si, fit infinitum secundum multitudinem, aut magnitudinem, F

Primum argumentum.

non

A non erit cognoſcibile ſecundum quãtitatem, & ſi fuerit infinitum ſecũdum ſpeciem, non erit cognoſcibile ſecundum qualitatem, ſed principia ſecundum Anaxagoram ſunt infinita ſecundum multitudinem, quia in carne v.g. cuiuſcunque rei ſunt infinitæ atomi, & ſunt infinita ſecundum ſpeciem, quia infinitarum rerum ſunt atomi differentes ſpecie: ergo talia principia ſunt ignota & ſecundum quantitatẽ, & ſecũdum qualitatem. ¶ Quòd ſi quis reſpondeat primæ propoſitioni, quòd ad cognoſcendum rem non requiritur cognitio omnium principiorum, nam

B ut quæſt. 2. monſtrabimus non requiritur ad ſcientiam rei cognoſcere omnes eius partes quãtitatiuas, quæ ſunt infinitæ, nec omnia accidentia. Reſpondetur, quòd requiritur cognoſcere omnia principia quæ ſunt in actu, & omnes partes quodammodo ſpecie differentes, ut materiam & formam, ſanguinem, choleram, cerebrum, &c. Anaxagoras ponit infinita principia in actu, puta infinitas atomos ſpecie differentes. Quòd ſi quis etiam arguat contra maiorem ſecundi ſyllogiſmi, quòd infinitum in quãtum infinitum, eſt cognoſcibile, ut tempus licet ſit perpetuum ſecundum Ariſtot. & pari

C ter motus cœli, nihilominus de illis eſt ſcientia: immo 3. huius facit Ariſt. tractatum de infinito in quantum eſt infinitum. Reſpondetur quid duplex eſt infinitum, ſcilicet in actu & in potentia: infinitum in actu non eſt cognoſcibile, niſi ab infinita potentia, ut Deus qui eſt infinitus in eſſentia & pfectione, à ſeipſo ſolo cognoſcibilis eſt, (loquimur enim de cognitione perfecta, quæ eſt rei comprehenſio) & ideo infinita multitudo granorum tritici, aut infinitus ignis in magnitudine, poſſent quidem cognoſci ſecundum eſſentiam & ſpeciem, quæ eſt finita, non tamen ſecundum quantitatem, niſi priuatiuè per cognitionem finiti. Et ſi eſſent infinitæ ſpecies animalium, non

Duplex infinitũ.

D poſſet diſtinctè cognoſci tota natura generica animalis. Et iſtis modis ponebat Anaxagoras infinitas atomos. Infinita uerò in potentia nõ repugnat eſſe cognoſcibilia in ſuo toto; perfectè namque cognoſcitur quantitas cõtinui, licet ſingulæ partes proportionales non diſtinctè cognoſcantur. Et hac ratione licet tempus & motus ſint perpetua, nihil obſtat quin cognoſcantur ſecundum ſuam eſſentiam, ſed quãtitas infinita non cognoſcetur niſi priuatiuè per cognitionem finiti. Et ſub hac cognitione tractat Ariſtot. de infinito.

Amplius autem ſi neceſſe eſt cuius partem contingit quantulamcunque eſſe ſecundum magnitudinem & paruitatem & ipſum contingere (dico autem talium aliquam partium: in quam cum inſit diuiditur totum) ſi autẽ impoſſibile eſt animal, aut plantam quantamcunque eſſe ſecundum magnitudinem, & paruitatem: manifeſtum eſt, quòd neque partium quãlibet: erit enim totum ſimiliter. Caro autẽ & os & huiuſmodi, partes ſunt animalis: & fructus plantarum. Manifeſtum eſt igitur, quòd impoſſibile eſt carnem, aut os, aut aliquid aliud, quantumcunque eſſe magnitudine, aut in maius, aut in minus. F

Tex. 36. E QVAEſtionis quartæ locus.

¶ Secundum aſſertum Anaxagoram erat, quòd in qualibet particula cuiuſcunq; rei naturalis latet infinita multitudo omnium rerum, ut nulla ſit tam minima caro, quin illic ſint actu omnia. Contra hoc facit Ariſt. argumentum ſecundum. Si in quacunque portiuncula v.g. carnis quantumcunq; minima laterent actu omnia quæ adhuc inde eſſent ſeparabilia, ſequeretur ꝙ partes cuiuſcunque rei non determinarent ſibi certam quantitatem, nec quo ad multitudinem, cũ ſint infinitæ, nec quo ad paruitatẽ: ſi quidẽ à quacunq; parti-

Secundũ argumẽtum.

A particula est separabile quodlibet. Tunc sic si partes nõ terminãtur quo ad multitudinem aut paruitatem, sequitur quòd nec ipsum totum compositum terminabitur: quia cum partes à natura factę sint propter totum, pars habet naturam totius, sed consequens est falsum, quia quodcunque ens naturale suapte natura determinat sibi certam quãtitatem & quo ad magnitudinem & quo ad paruitatem; (neque enim formica esse potest tanta quãtus est equus, nec rursus equus, quàm parua est formica) ergo & antecedens Anaxago. est falsum. s. in quacunque minima particula. v.g. carnis, D latere, & lignũ, lapidẽ & omnia entia. Immo dabitur tam parua caro, ut illic non lateat alia minor caro separabilis. De quo quartã disputamus quæstionem &c. ¶ Quod si quis arguat cõtra, quòd quantumcunque homo terminatur ad maximum & ad minimũ, nihilominus in illo sunt infinitæ partes proportionales, quę nec terminantur ad maximum nec ad minimum. Si enim totũ diuidas per partes proportionales, tunc uersus illud extremum ad quod procedit diuisio, quacunque E data, dabitur minor, & uersus aliud extremum, quacũque data datur maior, & per consequens non oportet quòd si partes nõ habent terminum magnitudinis & paruitatis, totum non habeat. Respondetur quòd Arist. non loquitur de partibus quæ sunt entia solùm in potentia, sed de illis partibus quæ differunt specie, & de illis q̃ sunt entia in actu. Et hoc est quòd ait [in quam cum insit. &c.] Si enim natura hominis est terminata quo ad magnitudinem, necesse est quòd partes ratione differentes sint numero finitæ, puta caro, os, iecur, caput, manus. &c. Item quòd caput habeat terminatam magnitudinẽ, & pariter aliorũ quodcunque membrum. Anaxagoras uerò ponebat infinitas partes differẽtes specie, & infinitas atomos, quæ erant entia in actu, & propterea procedit argumentum, quod totum nõ haberet terminatam quantitatem. D

Amplius, si omnia insunt quidem huiusmodi in inuicem, & non fiunt, sed segregantur cum insint, dicuntur autem à pluri: fit autem ex quolibet quodlibet, ut ex carne aqua, segregatum, & caro ex aqua. Tex. 37.

¶ Omne autem corpus finitum consumitur corporis ablatione finita: manifestum est quòd non contingit in unoquoque unumquodque esse. Remota enim ex aqua carne, & iterum alia facta ex reliqua, segregatione: quauis semper minor erit segregata, attamen non omnem excedit magnitudinem paruitate. Quare siquidem stabit segregatio: non omne in omni inerit: in reliqua enim aqua, non inerit caro. Si uerò non stabit, sed habebit semper remotionem: in finita magnitudine, æqualia finita inerunt, infinita secundũ multitudinem. hoc autẽ impossibile est. Omne finitũ per ablationem. &c. E

Tertiũ quod asserebat Anaxagoras erat, ꝙ quodlibet est à quolibet separabile. Cõtra quod formantur tria argumẽta. Tertiũ ergo in ordine ẽ hoc. Si quodlibet esset à quolibet separabile, sequeretur quòd in unaquaque re. v.g. in carne finita, essent infinitæ partes æquales secundum magnitudinem, & non communicantes, quod implicat contradictionem. Ait, æquales, quia de proportionalibus non est inconueniens ꝙ sint infinitæ in quocunque continuo. Addamus nos, non communicantes, quia in uno pedali sunt infinitæ pedalitates communicãtes. Ad probationem sequellæ supponit prius quatuor dicta Anaxagoræ, scilicet ꝙ omnia sunt in omnibus, & ꝙ res simpliciter non generantur, sed segregantur, & quòd dicuntur à pluri. i. 3. Argumentum. F Tex. 38.

A ri. i. quòd res denominatur à maiori multitudine atomorum prædominante, & q quodlibet fit ex quolibet, ut ex aqua caro. Et ꝑterea addit quintum suppositum, uidelicet q omne corpus finitum, ablatione corporis finiti, finities facta, tandē cōsumitur. Ex his (inquit) manifestè sequitur q non quodlibet est in quolibet, nec separabile à quolibet. Probat sequella. Data aqua, ex aqua separetur portiuncula carnis, & facta prima segregatione, separetur secunda portiuncula, & deinde tertia, & ita deinceps. Tunc B sic aut segregatio stabit, idest tandem cessabit in ultima segregatione, & tūc ex reliqua aqua non erit separabilis amplius caro. Si uerò segregationes procedūt in infinitum, sequitur quòd infinitæ carnes æquales latebant in aqua finita. ¶ Sed qa offert se statim responsio, quòd illæ particulę quę carnis separantur non sunt æquales, sed semper separatur minor & minor; hāc responsionem excludit Arist. quòd quāuis pars segregata detur minor, & minor, & nihilominus non excedit paruitate omnem magnitudinem. Quod est dicere: non est posibile separare semper minorem, & minorē sine ter- C mino, ita ut quacunque minima separata, adhuc separetur alia minor, sed necesse est uenire ad certam quantitatem partis separatæ, qua non potest separari minor, & per consequens omnes partes separatæ debent esse ad minus illi æquales. Atque adeo si in infinitum procedat segregatio, sequitur quòd in aqua finita erant infinitæ carnes æquales. Vnde sequitur contra quintum suppositum quòd aqua finita per ablationem finitarum partium, finities facta, non consumetur.

Tex. 38. Ad hæc autem, si omne quidem corpus remoto quodam, minus necesse est fieri: carnis autem determinata est quantitas & magnitudine & paruitate. ¶ Manifestum est, q ex minima carne nullum segregabitur corpus. Erit enim minus minima. ¶ Amplius autem in infinitis corporibus inesset utique iam caro infinita, & sanguis, & cerebrum: separata tamen ab inuicem. nihil autem minus entia & infinitum unumquodq;, hoc autem irrationabile est. D Ex minimo nihil separabile.

¶ Quartum argumentum eodē tendit. Omne finitum per remotionem alicuius finiti fit minus: ergo si à carne finita separetur aqua uel quodcunque aliud ens, erit minor: & si rursus separetur, adhuc erit minor, & ita deinceps. Tunc sic: caro & quæcunque res, ut in prima ratione ostēdebatur, determinat sibi certam quantitatem quo ad paruitatem; ergo cum peruentum fuerit ad minimam carnem, nihil erit inde separabile, & per consequens non quodlibet potest à quolibet segregari. ¶ Quintam rationem addit, quòd secundum Anaxagoram non solùm dantur infinita, sed infinities infinita in infinitis, ut tripliciter infinitum reduplicetur. Probatur, nā si in carne. v. g. latitent entia infinita, puta aqua, lapis, lignum, &c. cum quodlibet sit in quolibet, sequitur q in quolibet illorum infinitorum adhuc sunt rursus infinita, & hoc infinities: quia cum à quolibet semper sine termino sit segregabile quodlibet, adhuc in quolibet infinitorum, quę sunt in alijs infinitis, erunt infinita, & in quolibet istornm tertiorum (ut ita dicam) adhuc erunt infinita, & ita infinities. Quod tamen adeo est inopinabile, ut cogitationem ipsam extinguat. 4. Argu. E F

Nūquam autem segregatum iri: non scienter quidem dicitur, rectè autem dicitur. Pasiones enim inseparabiles sunt. Si igitur misti sunt colores & habitus: si segregētur, erit aliquid album uel sanum, non alterum Tex. 39.

A rum aliquid existens, neque de subiecto. Quare inconueniens est, impossibilia quærens intellectus: si uelit quidem segregare, hoc autem facere sit impossibile, & secundũ quantitatem, & secundum qualitatem. Secundum quãtitatem quidem, quia non est minima magnitudo: secundũ qualitatem autem, quia inseparabiles sunt passiones.

¶ Quartum dictũ Anaxagoræ erat, quòd segregatio rerum nunquam poterat finiri, sed quomodocunque unũ separaretur ab alio, adhuc illud separatum erat commixtum ex pluribus B specie differentibus. De hoc format Arist. sextum argumentum profectò ingeniosum: probans quòd hoc dictũ Anaxagoræ non est quidem uerum in sensu quo ipse accipit, & ideo ait Aristo. quòd non scienter dictũ est: est tamen uerum in alio sensu, & ideo [rectè (inquit) autem dicitur.] Hic autem sensus pugnat potius contra ipsum authorem. Enimuero accidentia sunt & inter se permixta, & cum subiecto: omnia enim accidentia quæ sunt in Petro sunt subiecto unum taliter ꝙ nec à subiecto, nec à se inuicẽ C possunt naturaliter separari. Si enim daretur albedo aut sanitas seorsum existens (accipit enim concreta formaliter pro abstractis) tunc sequeretur ꝙ daretur albedo sola sine alio accidẽte, & præterea sine subiecto, quorum utrunque naturaliter est impossibile. Non enim solùm albedo non potest esse sine subiecto, sed nec potest dari ens naturale quod habeat solùm unicum genus accidentium; debet nanque habere quantitatem, & colorem, & grauitatem, aut leuitatẽ; immo quatuor saltem primas qualitates: ergo in hoc sensu uerum est ꝙ non terminabitur segregatio, quin semper incomposito maneãt aliqua, puta accidentia, permixta: sed tamen hic sensus pugnat contra Anaxagorã D dicentem, quòd omnia quæ sunt permixta possunt separati. Vnde sequitur (ait Arist.) quòd ille intellectus, (quem Anaxagoras appellat mentem segregantẽ omnia) fuit inconueniens & absurdus, cum uellet facere impossibile, puta à qualibet quantitate separare quantitatem; cum tamen sit dabilis minima, à qua nihil est separabile, & cum uellet separare qualitatem, idest accidentia à subiecto & ab alijs omnibus qualitatibus, quod tamen naturaliter fieri nequit.

Non rectè autem neque generationem accipit eorum quæ sunt similium partium. Est enim, ut lutum in luto diuiditur: est autem, ut non idem modus est, ut lateres ex domo, & domus ex lateribus: sic autem aqua & aer ex alterutris & sunt & fiunt. Melius autem est: pauciora & finita recipere, quod quidem facit Empedocles. Text. 40. E

¶ Quintum denique quod Anaxagoras insinuabat est, quòd nihil generatur nisi à suo simili. Arguebat enim quòd cum ex nihilo nihil fiat, sequitur ut si ignis gignitur, antea erat ignis in illo unde gignitur. Et ita in reliquis. Contra hoc format Aristo. septimum & postremum argumentum. Ait nanque, quòd nõ rectè accipit generationem semper fieri ex similibus partibus ipsi genito. Aliquando nanque (inquit) ita est, ut puta quãdo fiunt aliqua entia in actu per diuisionem continui, in quo erant in potentia, ut cũ diuiditur in luta, aut cum lignum diuiditur in plura ligna, aut lapis in plures lapides. Sed tamen (inquit) quandoque contraria fiunt ex cõtrarijs mutuo, ut lateres fiunt ex domo quando domus diuiditur, & rursus domus ex lateribus quando ex illis cõponitur. Textus commẽtatoris habet quòd lateres fiunt ex luto, sed tamen græcè Septimũ argum. F

non

A non est nisi ex domo. Neq; litera aliter stare potest. Vult.n.uti hac similitudine, q; sicut lateres fiũt ex destructa domo, & rursus domus cõponit̃ ex lateribus: ita in naturalibus ex aqua p rarefactionẽ generatur aer, & rursus ex aere per condensationẽ generatur aqua. Atque adeo ex semine fit planta, uel animal: rursus ex planta & ex animali fit semen. In quo iam accedit propriã & ueram opinionẽ generationis. Vnde concludit, quòd melius est paucíora & finita principia ponere, ut posuit Empedocles, quàm unum ut alij, aut infinita, ut Anaxagoras. Quamobrẽ
B 1.meta.ca.3.ubi latius horum tractat opiniones, Anaxagoras, inquit, ætate quidem superior fuit quàm Empedocles, operibus uerò inferior. Commẽtator hæc ultima uerba comprehendit sub tex. 41. sed melius est ut relinquantur sub textu. 40. cum sint uelut superiorum conclusio. ¶Sequitur hic statim quæstio 4.super tex.36.& text. 38.utrum entia naturalia.&c.

QVOD PRINCIPIA rerum naturalium sint contraria. CAP. V.

C Tex. 41. OMNES igitur contraria principia faciunt: & qui dicunt q; sit unum omne & immobile (etenim Parmenides calidum & frigidum, principia facit. Hæc autem, appellat ignem & terram) & qui rarum & densum.

QVAESTIONIS 5. fundamẽtum. ET Democritus, solidum & inane: quorum aliud quidem ut quod est, aliud autem, ut quod non est, esse dicit adhuc: positione, figura, & ordine. Hæc autem, genera cõtrariorum sunt. Positione, sursum, & deorsum, ante & retro: figura, angulare, inangulare, rectum, rotundum.

¶Reprobatis opinionibus antiquorũ, aggreditur Ari. propriè opinionẽ de principijs naturalibus: quã trib. capitulis exponit. Atqui ut finis oculis obiectus hanc faciant literã perspicatiorem, notandũ est intentionem Aristo. esse statuere tantum tria principia rerum naturalium. s. materiam & formam, quæ realiter distinguũtur & rei intrant compositionem, & priuationem, quæ sola ratione distinguitur à materia, & est terminus à quo respectu formæ. & quia ueterũ opiniones erãt in duobus extremis, quorum primi dicebant esse tantum unum: alij
E uerò infinita principia (qua de causa mediam opinionem Empedoclis, tenentis plura esse principia & non infinita, magis probauerat) asserit primum aduersus priores, principia esse plura uno, & præterea aduersus alios, non esse plura quàm tria. Vtranque tamen propositionem probat, ut in subsequentibus uidebimus, ex hoc principio quòd principia rerum naturalium sunt contraria. Quod proinde fundamentum præiacit in hoc 5.cap. quòd nouem complectitur texrus. ¶Probat autem principia esse contraria, primò ex communi sententia &
F consensu omnium Philosophorum, etiam eorum qui errabant circa principia naturalia: nam isto modo sunt dignitates probandæ. Est enim dignitas quæ per seipsam est nota apud omnes, etiam apud contraria alias sentiẽtes. Eorum enim qui unum principiũ posuerunt alij non naturaliter loquebantur, ut Parme. Et iste quodammodo posuit principia contraria, puta calidum & frigidum, quæ appellabant ignem & terram. Philop. & Themist. dicunt, quòd in operibus secundum propriam sentẽtiam tenuit omnia esse unum, in alijs uerò secundum opinionem aliorum, tenuit esse duo. Sed melius est dicere, ut ait Commentator quòd utraque fuit eius opinio: nã dixit omnia esse unum, secundum rationem,

A tionem, ideſt ſecundum ſpeciem, ſed differre ſecundum apparentiam ſenſus: quia alia ſunt calida, alia ſunt frigida, quæ ſunt accidentales diſpoſitiones. Ex quibus (ut coniector) putabat dimanare omnes differentias colorum, & ſaporum, & aliarum rerum, uel (ut 3. cœli author eſt Simplicius.) Parm. cognouit unam primam cauſam & unum Deum, quem ſolum dixit eſſe uerum ens ſecundum rationem & rei ueritatem: reliqua uerò omnia eſſe ſecundum apparentiam quaſdam participationes illius. Quorum diuerſitatem ſignificabat nomine ignis, & terræ.
B Alij uerò naturaliter loquẽtes, ut Thales qui poſuit omnia eſſe aquam, & Xenophanes qui poſuit eſſe aerem, & Heraclitus qui poſuit eſſe ignem, dixerũt rarum & denſum eſſe principia diuerſitatis rerum. Democritus autem, qui poſuit principia infinita, poſuit etiam alias contrarietates poſitione & figura & ordine &c. ¶Notanda eſt hic differentia inter Anaxagoram & Democritum, qui fuit etiã Mileſius, ut Thales, diſcipulus Anaxagoræ, & iunior illo 40. annis, ut lib. 9. refert Laertius. Anaxagoras, ut ſupra uiſum eſt ponebat infinitas portiunculas ſimilares eiuſdem ſpeciei cum ipſo compoſito, ut infinitas particulas carnis eiuſdem
C ſpeciei, & infinitas oſſis alterius ſpeciei eſſentialis: & ita in cæteris. Democritus uero ponebat infinitas etiã atomos, ideſt indiuiſibiles particulas: uniuerſas quidem eiuſdem ſpeciei eſſentialis, ſed ſolum quatuor differentiis accidentalibus diſcrepantes. Itaq; atomi carnis & lapidis & ligni, & uniuerſæ: quæ ſunt in mundo, ſunt eiuſdem ſpeciei. Differentes tamen primo figura, quæ erat radix aliarum. Erant enim aliquæ atomi circulares, & aliquæ angulares. Et hinc continuo ſubſequebatur apud Democritum ſecunda differentia penes plenum, & uacuum, quod hic dicitur, ſolidum & inane: nam rotundæ & angulares non

Democritus.

poterant in compoſitione ita cohærere, quin relinquerent aliquas uacuitates, quas uocabat poros. Et plenum appellabat ens: uacuum uerò, appellabat non ens. Et quanto plures eſſent pori, tanto res erat rarior & leuior, ut lana: & quanto pauciores erant, tanto res erat denſior & grauior. Tertia differentia erat ordinis, & poſitionis. Exempli gratia: quia in homine atomi circulares ſunt in parte ſuperiori, caput faciunt rotundum: & quia baſes atomorum angularium ſunt in parte inferiori, faciunt plantas pedum planas. Et in equo, quia ſurſum coeunt, anguli pyramidales faciunt caput ad modũ pyramidis: & quia in pede ſunt circulares, faciunt pedem rotundum. Et pyramides acutæ faciunt dentes, & atomi obtuſæ faciunt molas. Ex eadem prima differentia cenſebat differentias aliarum qualitatum dimanare. Vt quia figura circularis eſt aptiſſima ad motum, & ignis eſt uelociſſimi motus, affirmabat cauſam caloris eſſe, ꝙ in calidis eſt maior multitudo atomorum orbicularium: & quia figura angularis eſt apta ad ſubſiſtendum, & frigiditas facit partes ſubſtantiæ conſiſtere ut patet in aqua gelata, putabat atomos quadratas & cubicas eſſe cauſam frigiditatis. Rurſus atomos triangulares & pyramidales habentes acutiſſimos angulos eſſe cauſam albedinis, (cuius acuties diſgregat uiſum) & ſaporum acutorum. Baſes autem obtuſas eſſe cauſas contrariorum colorum & ſaporum qui ſunt magis obtuſi. Hunc enim in modum attoniti illi deſipiebant. ¶Arbitror eo non eſſe hic mentionem factam Anaxagoræ, quòd non ponebat contraria principia quæ ſucceſſiuè ſeſe expellerent ab eodem ſubiecto, ut cæteri, quippe qui opinabatur omnia actu latere ſimul in quolibet, quod eſt contra naturam contrariorum, de quo Ariſtoteles redarguit eum. 11. meta. cap. 5.

(margin letters: D, E, F)

Quòd

A Tex.42. Quòd igitur contraria quodammodo omnes faciunt principia: manifestum est. Et hoc, rationabiliter. Oportet enim principia neque ex alterutris esse, neque ex alijs, & ex his omnia: contrarijs autem primis insunt hæc: ob id quidem quòd prima sunt, non sunt ex aliis: ob id uerò quòd sunt contraria, non sunt ex alterutris.

¶In tex.42. subiungit rationẽ, qua coacti sunt antiqui ponere principia quodãmodo contraria. Ait quodammodo. B qm̃ plenũ & vacuum, non sunt propriè ꝯria: cũ uacuũ nõ sit quid positiuũ. Neq; figura circularis cõtraria tur propriè angulari: quia figurę nihil est cõtrariũ, ut habetur in prædicamẽtis cap. de qualitate. Immo nec raritas & densitas propriè contrariantur, cum nec sint actiuæ nec constent ex actiuis, sed dicuntur contrariæ, quia sunt formæ quæ non possunt simul esse in eodem subiecto, aut quia unum est priuatio alterius. Ratio igitur est hæc: Quæcunq; nec fiunt ex alijs, nec fiunt ex alterutris, sed alia fiunt ex illis, sunt prima principia, sed prima cõ C traria sic se habent quòd nec fiunt ex alijs, nec ex alterutris, sed omnia fiũt ex illis, ergo prima contraria sunt prima principia. Et per conuersionem, prima principia sunt contraria. Maior est diffinitio primorum principiorũ tam substantiarum quàm accidentiũ: eo enim quòd sunt prima non fiunt ex alijs & eadem ratione, nec fiunt ex alterutris.i. alterũ ex altero: quia si a. fieret ex b. a non esset primum, nec si. b. fieret ex. a. b. esset primum. Præter quã ꝙ si fierẽt ex se inuicem, idem esset causa & effectus suiipsius. Quòd autem omnia alia fiant ex illis habẽt eo quod sunt principia prima. Minorem uerò.s. quod prima contraria ita se habeant, probat quo ad duas priores partes, quia prima contraria, eo quòd sunt prima, non fiunt ex alijs, & D omnia fiũt ex illis, & ex eo quòd sunt contraria, non fiunt ex alterutris. Neque enim frigus uerti potest in calorem, neque in frigus calor. Tertiam probat tex. sequenti. Sed notãdum est, ꝙ inter contraria alia sunt quæ fiunt ex alijs, & dicuntur qualitates secundę. ut colores.s. album & nigrũ: & sapores. ut dulce & amarũ: alię sunt qualitates primæ. ut caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas, ex quarum cõmixtione & temperamento resultant qualitates secundæ. Et ideo istæ quatuor sunt simpliciter prima contraria, primaque principia aliarum qualitatum secundarum. ¶Arguitur au- E tem contra rationem hanc. Principia rei naturalis non sunt qualitates, sed partes substantiæ: contrarietas uerò solum conuenit qualitatibus, vt modò exponebamus: quia substantiæ nihil est contrarium, ut in prædicamento substantiæ expositum est: ergo prima principia non sunt contraria. Et hinc sumitur argumentum alterum, quod parum facit authoritas antiquorum ad probandum principia rei naturalis esse contraria: cum illi solum ponerent accidentia contraria esse rerum principia. ¶Respon F detur quod forma, quamuis sit substantia, contrariatur tamen formæ quæ expellitur: non per se primò, sed ratione qualitatum primarum quas sibi uendicat, ut forma ignis formæ aquæ. Et eadem ratione contrariatur priuationi sui, quæ præfuit in materia aquæ. Vnde non citat hic antiquos Arist. ut in integrum eorum approbet opinionẽ, ut paulo post uidebimus: sed ut eorũ cõfessionẽ in hoc tantum accipiat, quod quomodocunque posuissent principia, omnes tamen ponebant illa esse contraria. Hac rõne uicti ꝙ intelligebant prima principia nõ debere fieri ex alijs. &c. quas conditiones uidebant competere accidentibus contrarijs.

Sed

A Sed oportet hoc & in ratione cõsiderare, qualiter contingat. Accipiendum igitur est primum: quod omnium quæ sunt, nihil neque facere natum est neque pati contingens à contingenti: neque fit quodlibet ex quolibet. nisi quis accipiat secundum accidẽs, qualiter enim fiet albũ ex musico: nisi accidens sit albo aut nigro musicũ? Sed album quidẽ fit ex non albo: & hoc non ex omni: sed ex nigro, aut medijs. Et musi-
B cum ex non musico. sed non ex omni: sed ex immusico, aut si aliquid ipsis est medium.

¶ Igitur in tex. 43. probat tertiam partem minoris suprapositæ. s. omnia fieri ex contrarijs, idest unumquodque fieri ex suo contrario, suppositis tribus fundamentis: nempe quod nõ quodlibet agit in quodlibet contingens. i. indeterminatum: nec quodlibet patitur à quolibet contingenti. i. indifferenter à quocunque: nec quod libet proinde fit ex quolibet, sed solũ contrarium agit in suum contrariũ, & patitur à suo contrario, & quodli-
C bet fit ex suo determinato contrario. Subiungit exempla in accidentibus: quia sunt sensui notiora: per quæ sensim descendit ad substantias. Album enim per se non fit nisi ex nigro aut ex medio colore colorato. Neque fit ex musico, aut ex quocunque alio impertinente accidente, nisi de per accidens: quia accidit ut subiecto, cui inest nigredo, insit etiã musica, aut dulcedo. ¶Et vt uno uerbo literã exponamus, non album, aut non musicum, potest accipi in proposito dupliciter, ut ex Alber. Mag. tract. 3. c. 1. colligitur: uno modo merè infinitanter pro omni illo quod non est album, aut nõ est musicum: alio modo priuatiuè ꝑ illo quod non est album: sed est de ꝑ se terminus à quo incipit generatio

Non albũ priuatiuè.

albi: quale est nigrum aut medio co- D lore coloratum, quod nuncupatur per se priuatio albi. Et ideo ait quòd album fit de per se ex non albo: non tamen ex omni: quia non fit de per se ex musico aut ex dulci, sed ex suo cõtrario, puta ex nigro, aut medio colore colorato. Et musicum fit ex non musico: non tamen ex omni: quia nõ fit de per se ex albo (impertinẽs enim est esse album illum, qui fit musicus) sed de per se fit ex nõ musico. i. ex homine ignorante musicam, apto ut discat illã. Et pariter in substãtijs equus fit ex non equo, non quocunque, sed ex embrione ubi est proxima priuatio formæ equi: de quo latius q. 5. vbi E habes rationem esse, quia fieri est nouum esse acquirere, & per consequẽs quicquid fit, fit ex sui negatione in subiecto apto. ¶Atqui notanda est probatio hæc Arist. Intendit enim à posteriori & à signo. quod experientia compertum est, probare quòd nihil agit nisi in suum contrarium, nec patitur nisi à suo contrario, nec fit nisi à suo contrario. Experimur enim quod simile non agit in simile: ignis enim non calefacit ignem: nec calidum vt quatuor calefacit calidum ut 4. Experimur itẽ quòd de per se ignis nõ cale F facit quodcunque indifferens: non. n. calefaceret cœlum nec de per se calefacit dulce aut album aut musicum: quia impertinens est passo, ut calefiat ab igne, habere talia accidẽtia, sed de per se, ut ignis calefaciat aliquid requiritur illud esse frigidum. Signum ergo est quod ratio de per se actionis est cõtrarietas inter agens & patiens: nullum enim agens ait nisi expellendo suum contrarium. Quo fit ut ratio quare de per accidens ex musico fit calidum, non est (ut quidam dicunt) quòd musica non est in eodem subiecto in quo est albedo, sed est in intellectu: nam tunc saltem ex dulci de per se fieret album, q̄ est falsum: sed ratio est quia calor non contrariatur musicæ.

Tex. 44

Tex. 4[illegible]

A cæ. Hac ingeniosa ratione explicat, quæ principia sunt contraria,& quomodo sunt contraria.Forma enim nõ cõtrariatur materiæ, sed propriæ priuationi, ex qua fit tanquam ex termino à quo: quæ quidem priuatio expellitur ab eodem subiecto, ad modum contrariarum formarum. Contrariatur enim forma ignis priuationi eius quæ erat in materia aquæ: ut amplius quæst.5.quam de hac re mouemus explicabitur. ¶Quod si quis hic arguat esse cõtradictionem: cum superius dixerit Aristot.contraria nõ fieri ex alterutris: hic uerò dicat contrarium fieri ex suo contrario. Re-
B spondetur modo, quòd supra loquebatur de contrariis in abstracto. Albedo enim non fit ex nigredine: hic uerò loquitur in cõcreto:subiectum enim album fit nigrum.Sed exactius: & fortè melius respondetur.q.5.

Tex. 44. Neque igitur corrumpitur in cõtingens primum: ut album, non in musicum, nisi fortè secundum accidens: sed in non album: & non in contingens: sed in nigrum aut medium. Similiter autem & musicum, in non musicum:& hoc,non in contingens, sed in musicum, aut si ipsis aliquid medium est.

C ¶In tex.44 subdit similia exempla secundi fundamenti:uidelicet, quòd nec quodlibet corrumpitur in quod libet contingens, idest indeterminatum:quia album non corrumpitur in musicum (potest enim qui definit esse albus, manere musicus) sed in nigrum,aut in medio colore coloratũ: potest tamen per accidens corrumpi in musicum, si simul efficiatur & niger & musicus. At uerò de per se nihil corrumpitur,nisi in sui propriam priuationem.

Tex. 45. Similiter autẽ his & in aliis. Quoniam, & non simplicia eorum quæ sunt,sed composita, secundum eandem se habent rationem. Sed propterea quòd oppositę dispositiones non denominatæ sunt:latet hoc cõtingens: necesse est enim omne consonans ex inconsonanti fieri, & incõsonans ex consonanti. & corrumpi, consonans in inconsonãtiam & hanc non contingentem, sed in oppositum. ¶ Differt autem nihil, in- Tex.46.
D
consonantia dicere, aut ordine, aut compositione. Manifestum enim est, quòd eadem sit ratio. At uerò, & domus, & statua & quodlibet aliud,fit similiter:domus enim fit,ex eo quòd non composita, sed diuisa sunt hæc sic: & statua & figurarum aliquid,ex infigurato. & unũquodque horum,secundum alia quidem ordo,secundum alia uerò compositio quædam est. E

¶In his duobus textibus 45.& 46. quos non opus erat diuidere,subiungit ꝙ hoc.s.nõ quodlibet fieri ex quo libet,non solum in accidentibus simplicib.uerũ hẽt,sed ẽt in reb compositis.Nisi ꝙ in illis nõ est nomẽ impositũ,significans cõtrariã qualitatẽ aut priuationẽ illã ex qua res fit.Cõpositum.n.fit per quandã consonantiam, & cohærentiã partiũ ex inconsonantia. & in ordinatione præcedenti, ut F
exercitus fit ex incõsonantia.i.ex inordinatis & separatis hominibus,quę inordinatio non habet nomen impositũ:sicuti nigrum & rubeum sunt nomina cõtraria respectu albi. Etenim domus nõ fit ex domibus:sed ex incõsonantia lapidum & lignorum. Et pariter statua. Itaq; domus de per accidens fit ex lapidibus albis,aut nigris, sed fit ex inconsonantia illorum. Neque fit ex quacunque inconsonãtia, quia non fit ex incõsonantia musicæ. Et pariter statua nõ fit per se ex ligno albo, uel nigro. Nec de per se fit statua Mercurij ex statua Martis, sed ex

A priuatione statuæ Mercurij, idest ex ligno carente forma Mercurij. Et pariter homo non fit ex homine, tanquam ex termino à quo: sed ex non homine, idest ex priuatione hominis in subiecto apto.

Tex. 47. Si ergo hoc uerum est omne qđ fit fiat. & corrumpatur quod corrumpitur, aut ex contrariis, aut in cõtraria & horum media: media autem, ex contrariis sunt: ut colores, ex albo & nigro. Quare omnia utique erunt quæ natura fiunt, aut con

B traria, aut ex contrarijs.

In tex. 47. infert conclusionem intentam, uidelicet, quòd non quodlibet fit ex quolibet, sed ex sua propria priuatione, tanquã ex termino à quo. Vt album ex non albo, idest ex priuatione albi in subiecto apto nato: & calidum ex priuatione calidi in subiecto apto nato. Non enim fiunt ex pura negatione, aliàs fierent ex nihilo, sed de potentia materiæ, ut quæst. 7. explicatur. Sed quia dixerat contrarium fieri ex contrario, ne quis contra arguat, eo ꝙ album non solum fit ex nigro, sed ex mediis coloribus coloratis, explicat ꝙ medij colores quo

C dammodo cõtrariantur extremis: nã participant rationem utriusq; extremi: & ideo rubedo quatenus participat rationem nigredinis, contrariatur albedini: & inquantum participat rationem albedinis, contrariatur nigredini. Hinc deniq; cõcludit Ari. ꝙ omnia quæ natura inuicem sese generãt, & corrumpunt, aut sunt cõtraria, aut cõstant ex cõtrariis. Enunciauit conclusionẽ disiunctiuè: quia nõ uult determinare modo an substãtię propriè sint contrarię: satis. n. habet, ꝙ aut formæ substantiales sunt propriè cõtrariæ, aut saltem id habeant rõne cõtrariarum qualitatũ, quas sibi uẽdicant.

Tez. 48. Hucusq; igitur ferè sequuti sunt, & aliorum plurimi, quemadmodũ

D diximus prius. Omnes enim elemẽta, & ab ipsis uocata principia quãuis sine ratione ponentes, tamen cõtraria dicunt, tanquam ab ipsa ueritate coacti. Differunt autem ab inuicem, ex eo quòd alij quidem priora, alij posteriora accipiunt. & quòd hi quidem, notiora secundum rationem, illi autem, secundum sensum. Hi enim, calidum & frigidum, illi autem humidum & siccum. Alij autem, impar & par. Quidam aũt, litẽ & amicitiam causas ponunt generationis. Hæc aũt, ab inuicem differũt E secundum distinctum modum.

In tex. 48. repetendo priscorũ opiniones ostendit Aristo. quomodo de contrarietate principiorum consentiebant, & quomodo dissentiebant. Ait ergo, quòd huc usque plurimi antiquorum ueritatẽ hallucinati sunt, quòd plurimi contraria principia posuerunt. Plurimi, inquit, ad subnotandum Anaxagoram qui, ut paulo superius dicebamus: re uera non ponebat principia contraria: si quidem omnia simul actu eo existere dicebat in eodẽ subiecto. Neq; aliquod proinde subiectũ ponebat mutari à con- F traria in contrariam formam. Ait uerò eos non ratione, sed ueritate coactos fuisse in illam sententiam. Non enim cognouerunt quomodo agens educat formam de potẽtia materiæ, atq; adeo ex priuatione quæ contrariatur ipsi formæ: & ideo nõ sunt moti ex uera ratione contrarietatis principiorum. Sed quemadmodum lapis (ut ait S. Tho.) suapte natura sine cognitione fertur ad suum proprium finem, ita intellectus sæpe suapte natura uictus est ueritatem confiteri. De quibus ait Arist. 1. meta. cap. 4. quòd quemadmodum inexercitati & indocti præliandi plagas egregias quandoque infligunt, ita isti forte & absque ratione aliquas attigerunt ueritates.

Pythagoras.

Nõ ratione, sed ueritate uicti.

¶Sub-

A ¶Subdit deinde eorum differētiam: nam quidam eorum ponebant principia priora: alij uerò posteriora. Parmenides namque ponebat calidum, & frigidum: Thales uerò & alij, qui ponebant raritatem & densitatem esse principia rerum, uirtualiter ponebant illa esse humidum & siccū: nam humiditas causa est rarefactionis: siccitas uerò, condensationis: ut patet in luto & cera. Calidum uerò & frigidum, eo quòd sunt qualitates actiuæ, priores natura sunt, quàm humidum & siccum, quæ sunt qualitates passiuæ: nam agens prius est passo. Rursus alij ponebant contraria secundum rationem: alij uerò secundū sen-
B sum. Etenim istæ modò nominatæ qualitates, obiecta sunt sensus tactus. Pythagorici uerò ponebant principia esse par & impar: quæ sunt nota secū dum rationem: quia par & impar, cū sint passiones mathematicæ, abstrahunt à materia sensibili. Et pariter illa contrarietas Empedoclis inter litē & amicitiam non est sensibilis: sed abstrahit à sensu. Pythagoras quia inter Aegyptios nutritus fuit, qui mathematicas scientias præsertim colebāt, omnes rerum naturas studuit per numerorum proprietates explicare. Vnde sicut unitas est principium numeri, ita par & impar censebat esse rerū
C principia. Hoc modo. Numerus impar, qa est diuisioni ineptus, eo quòd non est diuisibilis in duo æqualia, appellabatur à Pythagora identitas, & finitas: quasi sit res incorruptibilis: numerus uerò par, quia est diuisibilis in semper diuisibilia, ut octo qui est diuisibilis per ęquales numeros usq; ad unitatem, appellabatur infinitas, & diuersitas: quia per diuisionem cō tinui procedit numerus in infinitum. Rursus quia materia de se dicit rem indeterminatam & indefinitā: forma uerò terminat materiam constituendo certam speciem, numerum parem appellabat materiam, & fœminam, numerum uerò imparem nuncupat formam, atque masculū. Et ideo dicebat omnia constare ex pari & impari, tāquam ex materia & forma. Tertio huius tex. 25. de hoc amplius.

Pythagoras.

Quare est eadem dicere quodam modo & altera ab inuicem. Altera quidem: quemadmodum & uidetur plurimis. Eadem autem: secundum analogiam: accipiūt enim ex eadem coordinatione. Hæc enim continent, alia autem continentur, contrariorum. Sic igitur similiter dicūt & aliter, & peius & melius. Et hi quidem notiora secundum rationē, sicut dictum est prius: illi autem, secundum sensum. Vniuersale enim, secundum rationem notum est: singulare autem, secundum sensum, ratio enim uniuersalis est. sensus autē, particularis: ut magnum & paruū, secundum rationem: rarum autem & densum, secundū sensum. Quod igitur contraria oportet esse principia: manifestum est Tex. 49. (D, E)

¶In tex 49. & postremo huius capitis colligit Arist. ꝙ hac præfata ratione antiqui quodammodo dicebāt eadem, & quodammodo altera, scilicet diuersa. Altera quidem & diuersa, quia diuersi, ut dictum est, diuersas pronunciabant contrarietates. Idem uerò sentiebant omnes secundū analogiā, idest proportionabiliter: quia unusquilibet ponebat cōtraria ex eadem coordinatione. Quod est dicere. Parmenides qui ponebat calidum unum principium, non ponebat alterum principiū esse humidū, albūve, sed frigidum, quod dicit qualitatem actiuam contrariam calori: humiditas uerò, cum sit passiua, non est eiusdem coordinationis, & ideo nec est contraria calori. Rursus Pythagoras qui ponebat unum principium esse impar, nō ponebat aliud principium (F)

A esse discordiam, aut esse calidum, quod significat qualitatem alterius coordinationis, sed par, quod est contrariũ coordinationis. Itaque appellat eandem coordinationem duo contraria diuidentes aliquod genus, ut calidum & frigidum, humidum & siccum, par impar &c. Atqui quòd ista contraria sint diuersarum coordinationum, probat dupliciter. Primò quia aliqua sunt cōtinentia & aliqua contenta: nam actiua uirtualiter continent passiua, & superiora continent inferiora, ut calidum & frigidum continent humidũ, & siccum: quia actiua habēt se ut forma, passiua uerò ut materia: forma uerò continet materiam, eo quòd informat & dat illi esse. B Item illa quæ sunt communiora, continent alia, quæ sunt magis particularia, ut par & impar, quæ est passio quantitatis, uniuersalior est contrarietas, quàm calidũ & frigidum: competit enim omnibus quantis, tam substantiis, quàm accidētibus, siue sint qualitates primæ, siue colores, siue sapores &c. [Sic igitur (inquit) similiter dicunt, & aliter] i. aliquo modo concordant, & aliquo modo discordant. [Et peius & melius] i. aliqui melius loquuntur: & alii peius. Alij exponunt. i. omnes ex duobus contrariis dicunt unum esse C melius, & aliud peius. Sed fortè prima expositio melior est. ¶ Secundò probat illa contraria non esse omnia eiusdē coordinationis: quia alia sunt notiora secundum rationem, alia uerò secundum sensum. Nam par & impar concordia & discordia, quæ abstrahuntã sensu, sunt notiora secundũ rationem & simpliciter: calidum verò & frigidum, & humidum & siccũ sunt notiora secūdum sensum. Ratio enim inquit. i. intellectus uniuersalis. s. obiecti est, sensus uerò, particularis obiecti. Hæc auctoritas uulgatissima est ad probandum, quòd intellectus directè non cognoscit nisi uniuersalia: sicuti sensus non cognoscit nisi singularia: tametsi intellectus per reflexionem possit cognoscere singulare, idest per speciem uniuersalem determinatam à phantasmate, ut quæst. 2. dicebamus. D Ponit exemplum, ut magnum & paruum, secundum intellectum: rarũ uerò & densum cognoscitur secundum sensum. Enimuero magnum & paruum accipiuntur respectiuè: dicitur enim formica magna respectu paruę: & elephas paruus respectu magni: relatio uerò non sensu, sed solo intellectu cognoscitur. Sed rarum & densum, sunt qualitates tactu perceptibiles, sicuti humidum & siccum, quæ sunt causæ illarum. Alludit hic fortè ad opinionem Platonis, E cuius supra meminerat tex. 32. tenentis magnum & paruum, esse principia materialia rerum. Quàm quidē illic sumus opinionem interpretati.

Intellectus est uniuersalium.

¶ *Sequitur continuo caput sextum.*

QVO NVMERVS principiorum inquiritur. CAP. VI.

CONSEQVENS autem erit dicere, utrum duo, aut plura sint: unum enim, impossibile est: F quoniam non unum, contraria. Infinita autem non: quoniam neq; scibile, quod est, erit. Et una cōtrarietas, in omni genere uno. Substantia autem, unum quoddam genus est. Et quia contingit ex finitis, melius autē ex finitis quemadmodũ Empedocles, quàm ex infinitis: omnia nanq; assi gnare opinatur: quē-admodum Anaxagoras ex infinitis. Amplius sunt alia alijs priora contraria, & fiunt altera ex aliis, ut dulce & amarum, album & nigrum: principia autem, semper oportet ma-

A manere. Quod igitur neque unum, neque infinita sint: manifestum est ex his.

¶Hoc denique præiacto fundamẽto, quod principia rerum naturalium sunt contraria, hinc uenatur Aristo. eorum numerum. Et in hoc sexto capit. quod octo tex. habet, procedit solum disputatiuè inquirendo, & in sequenti determinat ueritatem. Primum igitur omnium in hoc primo textu, qui est numero quinquagesimus, excludit, & tantum esse unum principium, & esse infinita: tanquam duo extrema manifestè falsa. Pro-
B ponit ergo, quod ex ueritate iam modo asserta inquirendum est, utrũ duo an tria, an plura, scilicet in aliquo finito numero sint principia. Nam unicum (inquit) esse non potest: quia principia debent esse contraria, & nihil sibi ipsi contrarium est. Nec rursus possibile est esse infinita. ¶Qđ
Prima ratio. quatuor rationibus confirmat. Prima: quia aliàs principia non essent cognoscibilia, & per consequens de compositis non esset possibilis scientia. Nam infinitum à finita potentia (qualis est humana) cognosci nequit, ut text. 35. aduersus Anaxago-
Secunda ratio. ram conclusum est. ¶ Secunda ratio est. In unoquoque genere unica est
C prima contrarietas, ad quam omnes contrarietates eiusdem generis reducuntur: sed substantia est unum genus: ergo una est prima contrarietas in genere substantiæ: & prima contrarietas in unoquoque genere pertinet ad principia illius generis, ut probatum est: ergo una est contrarietas principiorum in genere substantiæ: unius autem contrarietatis duo sunt tantum extrema: ergo principia sub
Prima cõtraria. stantiæ non sunt infinita. ¶Sed dubium est hic, quòd in genere substantiæ sunt multæ contrarietates, ut corporeum & incorporeum, rationale & irrationale, & in genere quan-

titatis sunt, par & impar, magnum & D
paruum, in genere qualitatis, calidũ & frigidum, album & nigrum, & multæ aliæ: ergo falsa est maior huius rationis Aristot. ¶ Locum istum uariè exponunt interpretes Arist. quia non est intellectu facilis. Quod tamen mihi uideor intelligere, est, quòd in unoquoque genere est una contrarietas uniuersalis, & generica, sub qua omnes aliæ continentur. Et hæc se habet per modum habitus & priuationis: diuiditur enim substantia per corporeum & incorporeum: & rursus corpus, per sensibile & insensibile: deinde sensibile per rationale & irrationale, ut in arbore Porphyriana ui- E
sum est. Et omnes species animalis se habent uirtualiter hoc modo: nam forma unius continet uirtualiter priuationem alterius. Vnde sequitur, quòd omnes reducuntur ad hãc quæ est, habitus & priuatio. Et hic ingeniosè designat Aristot. contrarietatem principiorum naturalium. Cum enim ex aqua fit ignis, forma ignis educitur de potẽtia materiæ: ubi erat priuatio talis formæ. In quo elicitur opinio Anaxagoræ, qui nihil putabat educi de potentia materiæ: sed uniuersa actu latere in subiecto. Qua de causa ponebat infinita latere in quolibet: & per consequens respondetur ad rationem suæ opinionis. Ratio F
enim quare non opus ponere infinita, est: quia forma geniti non erat actu in materia, sed tantum in potentia. Pari modo in prædicamentis accidentium omnes contrarietates reducuntur ad habitum, & priuationẽ: quæ est suprema contrarietatum. Nã inter omnes species, siue substantiæ, siue accidentium, una excedit aliam, sicut numerus, numerum. Quo circa illa quæ est inferior, est sicut priuatio superioris, ut frigus uirtualiter est priuatio caloris: nigredo priuatio albedinis. Et ita in reliquis. ¶Ter- Tertia ratio.
tia ratio est. Frustra fit per plura,

A quod potest fieri per pauciora, sed p finita principi a possunt fieri oés generationes: ergo superfluè ponuntur infinita. Vnde melius (inquit) posuit Empedocles finita principia, quàm Anaxagoras infinita. Maior est uerissima, propterea quòd natura (quæ ordinatissima est) nihil agit sine necessitate, aliàs ageret frustra: & ideo cum principia ordinentur ad compositum, non multiplicat plura principia, quàm sint necessaria ad generationem rei. Veluti ars, quæ naturæ est imitatrix, non utitur pluribus instrumentis, aut medijs, quàm sint ad finem necessaria. Medicus enim nō

Tertia ratio.

B operaretur ex arte, si plura adhiberet remedia, quàm quę sunt ad sanitatem necessaria. Minorem uerò probat, quia Empedocles principiis finitis designat omnes generationes, melius quàm Anaxagoras infinitis. ¶Quarta & postrema ratio est. Prima principia sunt certa, & determinata: ergo non sunt infinita: quia infinitum idem est, quod indeterminatum. Probatur antecedens. Ex contrariis principiis alia sunt priora, aliaque posteriora, quæ fiunt ex prioribus, & ex alterutris. ut qualitates secundæ, puta, album & nigrum, dulce & amarum, fiunt ex actione & temperamento

Quarta ratio.

C to primarum quatuor qualitatum: & rursus ex albedine & nigredine commixtis fiunt colores medij, & ex amaritudine & dulcedine commixtis, fiūt medij sapores: sed principia debent manere formaliter in composito: ergo ista contraria secunda, cum non maneant formaliter in qualitatibus mediis, non propriè habent rationē primorum principiorum: & per consequens non omnia principia contraria sunt prima principia: sed illa certa & determinata ex quibus alia producuntur, atque adeo non sunt infinita prima principia. ¶Quod si quæras quomodo hic dicit cōtraria principia fieri ex alterutris, cum superius

Ex alterutris.

in diffinitione contrariorum id negauerit, facilis est prima fronte responsio, uti iam semel dictum est, quòd supra loquebatur de cōtrariis in abstracto, & manifestum est, ꝙ albedo non fit ex nigredine: hic uerò loquitur de subiecto, quod successiuè est sub diuersis contrariis qualitatibus. Sed profectò expositio hæc non plenè vr̄ satisfacere textui: nam hic uult ponere differentiam inter qualitates secundas & primas, & in hoc nulla est differentia: quoniam pariter ex calido fit frigidum, & econuerso. Item quia hic loquitur de principiis, & principia formalia in genere qualitatis sunt accidentia ipsa in abstracto. ¶Aliter ergo dicendum est forte hâc, scilicet esse differentiam inter primas & secundas qualitates, ꝙ primæ sunt causa secundarum, taliter ut formaliter maneant in subiecto earum: fit enim albedo ex tēperamento quatuor qualitatum manētium formaliter in mixto: sed tamen quando ex mixtione contrariarum qualitatum secūda rum fit qualitas media, non manent formaliter illæ extremæ. In rubore enim nec est formaliter albedo, nec formaliter nigredo: neque in sapore medio est formaliter amaritudo, aut formaliter dulcedo. Vnde licet ista contraria fiant quodammodo ex alterutris, idest colores medij, qui extremis contrariantur, fiant ex illorū mixtione (quia medij participant rationem extremorum) nihilominus illi extremi non habent rationem principiorum: quia non manent formaliter in subiecto, medio colore colorato: sed quatuor primæ qualitates, eo ꝙ formaliter manent in mixto, dicūtur prima principia secundarum qualitatum. Qua ratione non solum probat, ꝙ prima principia sint determinata, & nō infinita, uerum acutè alludit ad principia substantialia: materia enim & forma, eo sunt principia compositi, quia manent illic formaliter. Est

D E F

danque

A nanque artificium Arist. per accidentia quæ sunt sensui peruia, occultè principia substantiæ patefacere.

Tex. 51. Quoniam autem finita non facere duo tantum, habet quandam rationem, dubitabit enim aliquis, qualiter densitas raritatem facere apta natura sit, aut hæc densitatem. Similiter autem, & alia quæcunque contrarietas: non enim concordia, discordiam congregat, & facit aliquid ex ipsa: neq; discordia, ex illa: sed utraque, alterum quiddam tertium.

B Quidam autem & plura recipiunt: ex quibus concinnant eorum quæ sunt, naturam.

¶In tex. 51. supposito, q principia nec sunt tantum unum, nec rursus infinita: incipit probare, q sunt tantum tria. Idcirco probat primo, quòd nō sunt tantum duo, tribus rationibus: & postea ostendit non esse plura, quā tria. Prima ratio est hæc. Si tantum duo sunt principia, illa sunt contraria, ut probatum est: sed ex duobus principiis contrariis nihil fieri potest: ergo non sunt tantum duo. Probatur minor: quia illa tunc uel generant unum tertium per hoc quod unum transmutat aliud, uel per hoc quod operātur circa idem subiectū, unde unum expellit aliud: primus modus non est possibilis, ergo secundus est uerus: unde sequitur tria esse principia, scilicet duo contraria & unum subiectum. Minorem probat Aristot. quia non est intelligibile qualiter unum contrarium transmutet aliud. i. qualiter densitas nata sit facere raritatem, aut raritas densitatem, aut qualiter discordia faciat concordiā: sed utraq; operabitur circa unum tertiū. Non enim calor potest facere frigus, aut potest ex frigore facere calorem: sed ignis ex aqua frigida faciet calidā expellendo frigus, & introducendo calorem: & pariter forma ignis non faciet formam aquæ, nec ex forma aquæ faciet formā ignis: sed pulsa forma aquę à subiecto, & introducta forma ignis, faciet ex aqua ignem. Colligitur ergo, q in generatione nō sunt tantum duo principia, sed est subiectum manens sub utraq; forma. Vnde concludit, q hac de causa quidam plura recipiunt, ex quibus concinnāt & conficiunt naturam rerum. Alludit ad Thaletē & alios antiquos, qui nō ponebant solum raritatem & densitatem, sed unum tertiū subiectum, puta aquam, uel aliquid aliud, ex quo per succesionem raritatis, & densitatis fierent omnia.

Prima ratio.

C D E

Tex. 52. Ad hæc autem, adhuc & hoc aliquis dubitauerit: nisi quis aliam supposuerit contrariis naturam. Nullius enim uidemus eorum quæ sunt substantiæ contraria. Principium autē non de subiecto oportet dici aliquo. Erit enim principiū principii. subiectum enim principiū, & prius uidetur esse, prædicato. ¶ Amplius non esse dicimus substantiam contrariam substantiæ. Quomodo igitur ex non substantiis substantia utique erit? aut quomodo prius, non substantia, quā substantia erit? Quo circa si quis & priorem ueram putabit esse rationē, & hanc: necessarium est, si debet saluare utrasq; rationes subiicere quoddam tertiū quemadmodū dicunt, unā quandam naturā dicentes esse. uniuersum ut aquam, aut ignem, aut medium horum.

F Tex. 53.

¶ Subsequūtur in his duobus textibus secunda & tertia ratio, quæ adeo sunt trūcatæ & pressæ, ut apud neminem eas interpretum planè quiuerim intelligere. Narrabo prius literā ut iacet, moxq́ueeam sub forma redigam. Ait ergo, q nisi tertium principium præter du o cōtraria adhibeatur, dubitabit aliqs hoc modo. [Nul-

A lius substantiæ, eorum quæ sunt, aliquid est contrarium] i.substantiæ nihil est contrarium; sed contrarietas: propriè est in qualitatibus. [Principium autem nō de subiecto oportet dici aliquo] i.principium non potest esse accidēs, quod subiecto inest, aliàs principij esset prius principium: [nā subiectum prius est prædicato] i.substantia prior est accidente, & principium eius (supple) Quomodo ergo principia substantiæ erunt contraria, quod superiori cap. determinatū est.

Ratio secunda.

¶Amplius (est enim ratio secunda q̄ ferè est eadem) substantiæ non contrariatur substātia: at uerò ex nō substantiis.i.accidentib. quomodo substātia erit. i. nullo modo (aut qūo non substantia.i.accidens erit prius, quàm substantia) quod tamen esset necessarium, si accidens esset principiū substantiæ. Quasi dicat nullo modo. Si ergo substantiæ nihil est propriè cōtrarium: & accidens non potest esse principiū, qūo uerum habet, ꝗ principia substantiæ debēt esse cōtraria? ¶Subiungit in tex. 35. solutionem dicens. [Quocirca si quis & priorem uerā putabit rationē illam] s. qua probatum est principia esse contraria, & hāc itē: qua probatur oppositum. s. principia non esse contraria, necessarium est subiicere, tertium esse aliquod principium. Qūo autem hoc sequatur apparere non pōt, nisi alia conclusio suppleatur. Disponatur ergo totus syllogismus sub hac forma. Principia rerū naturalium sunt aliquo modo cōtraria, ut superiori cap. dictū est, & non sunt propriè & per se contraria: quia talia principia non possunt esse accidentia, in quibus propriè est cōtrarietas, sed sunt partes substantiæ, quibus nihil propriè est contrarium: ergo necesse est, ut sint contraria eo mō quo habitus & priuatio dicuntur contraria (& ita est in rei ueritate) priuatio autem & habitus sunt circa aliqđ determinatum subiectū, sicuti uisus

Ratio tertia.

B

C

& cæcitas circa oculū: ergo propter principia contraria, quæ sunt forma, & priuatio, necesse est ponere tertiū principium: puta subiectum vtriusq;, qđ est materia. Vnde ingeniosè Aris. cum hactenus probabiliter disputauerit de principiis: inde iam nunc concludit ueritatem. Vnde non citat antiquos, ut in integrum eos approbet, (ponebant enim principia rerum naturalium esse accidentia) sed in hoc tantum eos laudat, ꝗ posuerunt unū subiectum cōtrarietatis: puta aquam aut aliud huiusmodi. Quapropter in textu statim 54.

D

Videtur autem medium magis. ignis enim, & terra, & aer, & aqua contrarietatibus connexa sunt. Ideo non irrationabiliter faciunt: subiectum, alterum ex his, facientes: aliorum aūt: quidam, aerem. Aer enim; minimè aliorum, habet differentias sensibiles. consequens aūt est aqua.

Tex. 54.

E

¶Magis commendat eorum sentētiam, qui ponebant illud subiectum esse quoddam medium inter elementa, scilicet inter ignem & aerem, aut inter aerem & aquam, quàm opinionem aliorum, qui ponebant aliquod purum elementum esse subiectum. Enimuero subiectum contrariorum debet esse nudū ab utroq; contrario, ut ambo vicissim possit recipere: ignis uerò & aqua suapte natura habēt qualitates contrarias, & pariter aer, & terra. Est enim ignis calidus & siccus, aqua uerò frigida & humida: sed aer est calidus & humidus, & terra frigida & sicca: unde nullum eorum est subiectum aptum, ut maneat sub vtroq; extremo contrarietatis: quia aqua cōseruatur frigore, & corrumpitur calore: ignis uerò econuerso. Quare melius ponetur unum subiectum medium. Quemadmodum materia est unum mediū, quod potest esse & sub quacunq; forma, & sub cōtraria pri-

F

ua-

A uatione illius. Inter eos tamen, qui posuerunt purum elementum esse subiectū, melius dixerunt, qui posuerūt aerem, quàm illi qui posuerunt aquam: nā principium habet ratione insensibilis, & aer est inter elementa magis insensibilis. Vnde insinuat, ꝙ qui dixerunt esse ignem, pessimè omnium opinari sunt: hac saltem de causa, ꝙ ignis habet contrarietatem maximè sensibilem ad omnia alia: licet propter eius subtilitatem, & actiuitatem, melius forsan senserunt.

Tex. 55. Sed omnes: unū hoc contrarijs figurant, ut dēsitate & raritate, & eo ꝙ B magis & minus. Hæc aūt oīnò sunt superabundantia videlicet & defectus, sicut dictum est prius. Et uidetur antiqua esse ēt hæc opinio, ꝙ unū, & superabundātia, & defectus, principia entium sint verū non eodem modo. sed antiqui, duo quidē, agere: vnum autem, pati. Posteriorum autem quidam, è contrario: vnum quidem agere, duo autem pati, dicunt magis.

¶In tex. 55. repetit antiquorum opiniones, uidelicet, quòd omnes saltem posuerūt vnum subiectum & duo contraria: in hoc omnes concordes, quòd principia rerum se haberent per modum defectus & excessus. Nam dice- C bant densitatem & raritatem esse rerum principia, & raritas dicit excessum & magnitudinem quantitatis, defectum verò materiæ: densitas verò econuerso dicit excessum materiæ, & defectum quātitatis. Cum enim aqua rare fit, eandem materiam cōtinet sub maiori quantitate, & cum condensatur, eandem continet sub minori.

¶Subdit autem ꝙ hęc opinio antiqua fuit: differens tamen à posteriorū opinione. Antiquam uocat opinionem Thaletis & aliorum: posteriorem verò, opinionem Platonis. Inter quos ut tex. 32. dictum est, hoc modo differebat, quòd antiqui ponebant unū principium materiale, & duo contraria D quodammodo actiua. Platonici uerò econuerso dicebant magnum, & paruum esse conditiones materiales, ut patet in indiuiduis eiusdem speciei, quæ differunt magno, & paruo solùm ex parte materiæ. Principium autem actiuum esse unam primam causam: & formale ideam cuiusque speciei.

Tria igitur dicere elementa esse: Tex. 56. & ex his, & ex huiusmodi alijs, considerantibus uidebitur vtique habere quandam rationem, sicut prædiximus. plura autem tribus: nō amplius. ad patiendum enim: sufficiens est E unum. Si autem quatuor existentib. duæ erunt contrarietates: oportebit seorsum ab utraque, esse alterā quandam naturam mediam. Si autem ex se inuicem possint generare: ociosa utique altera contrarietatum erit.

¶Simul autem & impossibile est, plures esse cōtrarietates primas. Substantia enim: unum quoddam genus est entis. quare eo quòd prius & posterius differūt solùm ab inuicem principia: sed non genere. semper .n. in vno genere: contrarietas una est. omnes autem contrarietates: reduci uidentur ad vnam. ¶Quòd igitur ne F que vnum sit elementum, neq; plura duobus vel tribus: manifestum est. Horum aūt, vtrum: quemadmodū diximus, dubitationē habent multam.

¶Prima cōclusione probabiliter disputata, uidelicet, principia esse plura quàm duo: probat secundā, nempe ꝙ non sunt plura quàm tria. Id autē probat duabus rationibus. Resumit uerò prius conclusionem superiorem, scilicet ex dictis patet tria ad minus esse principia rerū naturalium (quæ est prima exponens illius exclusiuæ, tantùm sunt tria.) Quòd uerò non sunt plura quàm tria (quę est secunda exponens) probatur

A Ratio Prima. probatur primò ratione. Si essent plura quàm tria, necesse esset, ut essent duæ contrarietates, & duo paria contrariorum: nam pro vna contrarietate sufficit unum subiectum. Si autem essent duo paria contrariorum: ad minus deberent esse sex principia: quoniam pro vtralibet cõtrarietate oporteret ponere suum subiectũ. Sed non est necesse ponere duas contrarietates: quia vna sufficit circa vnum subiectum, & frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora: ergo non opus est ponere plura quàm tria. Quòd autem duo contraria cum suo subiecto

B Ratio Secunda. sufficiant, amplius. q 6. manifestum fecimus. ¶ Secunda ratio qua prima euidentius elucidatur, est hæc. Prima principia sunt prima contraria, sed prima contraria in vno genere non possunt esse nisi duo: ergo in genere substantiæ (quod est vnum genus) tantùm est vnum par contrariorum cum suo subiecto. Probatur minor. Contrarietates eiusdem generis non differunt genere, sed solùm tanquàm prius, & posterius, sed ea quæ differunt tanquã prius & posterius in eodem genere, omnia reducũtur ad vnum primum,

C ergo. Hanc rationem expositam suprà fecimus tex. 50. omnes enim contrarietates substantiæ, & cuiusque alterius reducuntur ad hanc primam, quæ

Quæstiũcula. est habitus & dispositio. ¶ Attamen dubium nihilominus restat, quòd quamuís in genere substantiæ sit vna prima contrarietas, & per consequens duo prima principia contraria, nondũ probatum est, esse simpliciter unam primam contrarietatem, ad quam reducũtur omnes, tam substantiarũ quàm accidentium. Quod tamen probare oportuisset: nam prima principia rerum naturalium debent in vniuersum esse principia rerum omnium generabilium, tam substantiarum, quàm acci

Resolutio dentium. ¶ Respondetur, ut ait Commentator, quòd cùm substantia sit primum prædicamẽtum ad quod alia reducuntur, quia accidentia non sunt nisi substantiæ entia, manifestũ est, quòd prima contrarietas substantiæ est simpliciter prima ad quam omnes aliæ re-

D ducuntur. Quò demùm fit, vt omnia principia substantiæ sint omnium accidentium principia: vt enim agens generans substantiam simul congenerat omnia accidentia: ita principia intrinseca substantiæ sunt principia, à quibus omnia accidentia pendent, à quibusque omnia esse recipiunt. Vnde in

Cõclusio. tex. 57. infert Arist. conclusionem intentam, quòd uidelicet principia, nec sunt tantùm vnum, nec plura duobus,

E vel tribus. Infert sub disiunctione, eò quòd hucusq; solùm disputatiuè processerit, & in sequẽti capit. sit exactam veritatem ostensurus. Idcirco subiunxit [vtrùm autem eorũ sit verum] duo nec sint uidelicet, an tria [dubitationis habet multum] id est, etiam nunc restat speculandum.

¶ Sequitur statim caput septimum.

QVOD PRINCIPIA, RE duo, ratione verò sint tria. CAP. VII.

F Tex. 57.



SIC igitur nos dicamus primùm: de omni generatione aggredientes. Est enim secundùm naturam, communia primùm dicentes: sic circa vnumquodque propria speculari.

¶ Postquàm superiori capite ex probabilibus disputauit tria esse tantùm principia, in hoc septimo, quod in tredecim textus secatur, definit ex proprijs veritatem. Diuiditur tamen capitulum in duo. In septem namque prioribus textibus ostendit in omni transmutatione tria inueniri: duo videlicet contraria, & unum subiectum, & in sex posterioribus exponit conclusionem intentam principaliter in hoc libro,

A bro, uidelicet, principia esse re duo, ratione verò tria. Sed in hoc tamen primo fragmento superioris textus proponit modum procedendi, dicens, quòd primùm in genere, dicendum est de omni factione, siue sit generatio, qua fit noua substantia, siue sit alteratio, qua aliquid fit alterū, putà album aut musicum, &c. Nam priùs (inquit) ordine naturæ dicenda sunt communia, puta illa quæ cōueniunt omni generi motus: deinde descendendum est ad ea quę sunt generationi propria. Est enim ingenium Arist. (quod nūquam tibi mente decidat) per alterationem accidentalem, & præsertim per artifi-

Nota.

B cialia, quæ sunt sensui manifesta, occultam generationis naturam propalare. Vsque ad tex. *69.* vbi materiā primam generationis substātię docet per analogiam ad materiam artificialium esse cognoscēdam. Caput hoc totum aureum est quippe, quòd & veram philosophiam, & physicum loquendi modum aperit.

Tex. 58. Dicimus enim fieri ex alio aliud, & ex altero alterum, aut simplicia dicentes, aut composita. dico autem hoc sic. est enim fieri hominem musicum, est autem & non musicum

C quippiam, fieri musicum: aut nō musicum hominem, hominē musicum. Simplex igitur dico, quod factum est: hominem & non musicum, & quod fit simplex musicum. compositum autem, & quod fit, & quod factum est: cum non musicum hominem dicimus fieri musicum hominem. ¶ Horum autem: hoc quidem non solùm dicitur hoc aliquid fieri, sed etiam ex hoc, vt ex non musico, musicus. Hoc autem non dicitur in omnibus, non enim ex homine factus est musicus: sed homo factus est musicus.

¶ Proponit ergo primò in hoc tex. 58. quòd tam aliud fieri ex alio (quod est substantiam fieri ex substantia, vt aquam ex aere) quàm alterum fieri ex altero (quod est tale fieri ex nō tali, ut album ex nigro) utrunque contingit duobus modis, scilicet & in simplicibus & in compositis. Simplex fieri ex simplici, est quando utrunque extremum est simplex, scilicet id quod fit & id ex quo fit. Vt si dicas, homo fit musicus, aut ex nō musico fit musicus. Compositum autem fit ex cōposito, quando utrunque extremum continet simul subiectum & formam, aut priua- E
tionem. Vt si dicas, non musicus homo fit musicus homo, aut ex homine non musico fit homo musicus. Et hoc est quod ait (simplex igitur dico quod factum est) id est terminum simplicem à quo, ut homo, in prima locutione, & non musicum, in secunda: item terminum simplicem ad quem, ut musicum in utrunque. Similiter compositum dicitur utrūque, scilicet & quod fit, puta terminus compositus ad quē, vt homo musicus in tertia locutione: & quod factū est, id est terminus compositus à quo, ut non musicus homo. ¶ Subiungit differentiam quantum ad modum loquendi, q in simplicibus quando terminus à quo exprimitur F
per terminum infinitum, aut priuatiuum, possumus illū explicare & per casum nominatiui & per casum ablatiui. Dicimus enim & non musicum fit musicum, & ex non musico fit musicum. Quando uerò talis terminus à quo exprimitur per subiectum formæ enunciamus illum per nominatiuum, non autem per ablatiuum. Non enim dicimus, ex homine fit musicum, sed homo fit musicus.

Tex. 59. Eorum autem, quæ vt simplicia dicimus fieri, aliud quidem permanens fit, aliud verò, non permanens. Homo enim, permanet factus musicus homo: non musicum

autem

A autem & immusicum, neq; simplex, neque compositum permanet.

¶Secundam differentiã ponit quantum ad rem, inter terminos à quibus, tàm in simplicibus, quàm in compositis, quòd quando subiectum ponitur pro termino à quo, illud quidem manet sub termino ad quem, cum enim dicimus, homo fit musicus, homo quidem manet factus musicus. Sed quando pro termino à quo ponitur contrarium termini ad quẽ, vt cum dicimus non musicum fit musicum, aut ex immusico fit musicum: immusicum non manet factum musicum. Et pariter in
B compositis, cum dicimus, ex non musico homine fit musicus homo, homo quidem manet, sed non musicum, non manet.

Text. 60. Determinatis autem his, ex omnibus quæ fiunt, hoc licet accipere si aliquis inspexerit sicut dicimus: ꝙ oportet semper aliquid subijci quod fit, & hoc, & si numero est vnum: at specie quidem non vnũ. specie enim dico & ratione: idem. nõ enim idem est homini & immusico, esse. ¶ Et illud quidẽ, permanet, hoc verò, non
C permanet. Etenim non oppositum permanet homo enim, permanet. musicum autem & immusicum: non permanet, neque ex ambobus compositum, vt immusicus homo.

¶Subsequenter in hoc tex. sexagesimo supponit duo, quæ quisque (inquit) ex dictis colligere põt. Primum suppositum est, quòd in omnibus, quę fiunt, siue fiat simpliciter substantia, siue secundùm quid, ut album, supponitur unum subiectum, quod successiuè est sub utroque extremo contrarietatis. Alterum suppositum est, quòd illud subiectum, licet realiter sit unum numero, est tamen duo specie. Et exponit se, quòd duo specie intelligit ea, quæ sola ratione sunt duo. ut cum homo fit musicus, terminum ad quem, D
puta musicum, præcessit homo qui est subiectum, & immusicum qui est priuatio subsequentis formæ, & terminus à quo. Homo ergo & immusicũ, vnum sunt: sed ratione differunt: alia nanque est ratio hominis, scilicet animal rationale, & alia rõ immusici: quę est priuatio musici in subiecto apto.

¶Probat autem primò secundũ suppositum, scilicet quòd differant ratione, duabus rationibus. Prima est hæc. Ratio prima.
Illa differunt ratione, quorum vnum manet altero non manente, sed quando homo immusicus fit musicus, permanet homo, & non permanet immu- E
sicum: ergo homo & immusicum, differunt ratione. Secunda ratio est in textu sequenti.

Sed ex aliquo fieri aliquid, & non Tex. 61.
hoc fieri: magis quidem dicitur in non permanentibus. vt immusico: musicum fieri: ex homine autẽ non. At verò: & in permanentib. aliquando dicitur similiter. ex ære enim, statim dicimus fieri: non æs, statuam. Hoc tamen: ex opposito & non permanente: utroque modo dicitur. & ex hoc, hoc: & hoc hoc: nanque ex F
immusico, & immusicus: fit musicus. Quocirca, & in composito similiter. etenim ex immusico homine, & immusicus hõ, fieri dicitur musicus.

¶Probat secundò subiectum, & priuationem ratione differre hoc syllogismo. Illa de quibus diuersimodè in Ratio secunda.
generatione loquendum est, ratione differunt (nam cum uoces sint signa conceptuum, signum est quòd habent diuersos conceptus) sed aliter in generatione loquimur de subiecto, & aliter de priuatione: ergo. Probatur minor, quia priuatio exprimitur per casum ablatiui: subiectũ verò, non item: dicimus enim ex immusico fit musicum, non tamen dicimus, ex homine

fit

A fit musicũ, sed homo fit musicus. Addit uerò quòd nonnunquam in artificialibus id dicimus, vt ex ære fit statua, melius dicim⁹, quàm æs fit statua. Hoc tamen non est vt nomine æris designemus subiectum, sed priuationem formæ statuæ: ac si diceremus, ex ære informi fit statua. Attamen in non permanentib. scilicet in priuatione, vtroque modo loquimur, uidelicet ex immusico fit musicum, & immusicum fit musicum. Quapropter & in compositis utraque etiam admittitur oratio ratione priuationis adiunctæ, scilicet ex non musico homine fit musicus homo: & non musicus homo fit musi- B cus homo.

Tex. 62. Quicq. d fit ex supposito fit subiecto.

Multipliciter autem cum dicatur fieri & horum quidẽ non simpliciter fieri, sed hoc aliquid fieri, simpliciter autem fieri substantiarum solum sit: MANIFESTVM est, quòd secundùm alia quidẽ necesse est subiici aliquid quod fit. Etenim quãtum, & quale, & ad alterum, & quãdo, & vbi fiũt subiecto aliquo, propterea quòd sola substantia de nullo alio dicitur subiecto, sed alia omnia de substãtia. Quòd autem substantia, & quæcun- C que alia simpliciter entia ex subiecto quodam fiant, consideranti fiet utique manifestum. semper enim est aliquid, qđ subiicitur: ex quo fit, quod fit, ut plantæ, & animalia: ex semine.

¶Reuertitur Aristo. in hoc tex. 62. ad probandum primum suppositum, videlicet in omni factione supponi unum subiectum. Hoc autem ratione probare nõ pertinet ad physicum⁹, sed 7. meta. tex. 22. id probat ea ratione quam nos q. 6. adducimus: hic autem sola id inductione manifestat. Ait ergo quòd cum fieri multipliciter dicatur id solùm simpliciter dicitur fieri, quod fit hoc aliquid. i. prima substãtia in recta linea, vt homo ignis. Cætera D uerò non fiunt simpliciter, sed secũdũ quid, cum .n. aqua calefit nihil fit simpliciter, sed fit calidum. Hinc iam notare incipe, ꝙ id quod fit simpliciter non est forma nec substãtialis, nec accidentalis, sed compositum quod in subsequentibus palam fiet. Quod autem in factione secundum quid, puta accidentale præsupponatur subiectũ, probat: nã sola substantia est, quæ non est in subiecto, reliqua verò omnia prędicamenta dicuntur de substantia, & ideo cum aliquid fit maius per augmentationem, aut album per alteratio- E nem, aut simile per relationem, aut mutat tempus, aut locum, aut situm, aut habitum præsupponitur subiectũ, puta substantia quæ has patitur mutationes. Quòd autem substantia, aut quęcunque alia artificialia, cum fiunt, præsupponat subiectum, manifestum est: quia plantæ & animalia ex semine fiunt. Non intelligas semen: sed materiam seminis fieri materiam animalis.

Nota.

Tex. 63. Fiunt autem, quæ fiunt simpliciter: alia quidem transfiguratione ut statua, ex ære. Alia verò, appositione, vt quæ augmentantur. Alia uerò, subtractione, ut ex lapide, Mercurius. Compositione autem alia: ut do- F mus. Alia uerò alteratione, ut quæ uertuntur secundum materiam, omnia autem quæ sic fiunt: manifestum est quòd ex subiectis fiunt.

¶Prosequitur Aristo. inductionem in artificialibus, quæ appellat simpliciter entia, non quòd simpliciter fiãt, vt substantia (siquidem eorum formæ accidentia sunt) sed quia formæ artificialium sunt quædã dispositiones, quę non ueniunt ab extrinseco, sicut calor & aliæ qualitates: sed aliter sint quodãmodo dispositiones circa eorũ substantiã, & ideo secundũ antiquos dicebantur simpliciter entia, lignũ. n. sic figuratum,

A guratum, est Mercurius, & aliter formatũ, est Iupiter. Redigit autem artificialia ad quinque genera. Alia enim fiunt transfiguratione substantię, ut fusilia, ut cum æs fusum fit aut campana, aut statua, aut cum uirgula aurea fit annulus. Alia uerò fiunt appositione, ut cum planta, aut animal augetur per appositionem noui alimẽti. Tametsi hoc exemplum ad naturalia pertineat. Fortassis Arist. allusit ad conglutinationẽ plurium metallorum, quæ latinè dicitur ferruminatio, uel sicut appositione aquæ ad farinã fit massa per artem. Vnde non legendum est, augmẽtatur, sed augmentantur, id est agglutinantur. B Alia fiunt subtractione, ut arte sculptoria ex lapide, aut ligno subtractione fit imago. Alia fiunt simplici compositione sine aliqua alteratione, ut domus fit ex lapidib. & lignis. Alia denique fiunt per alterationem, ut ex massa per decoctionem fit panis & ex luto lateres & urcei. Hæc omnia inquit manifestum est ex præsuppositis subiectis fieri.

Tex. 64. Quare manifestum est ex dictis, quòd omne quod fit, semper compositum est, & est quidem aliquid quod fit: est autem aliquid, quod hoc fit. & hoc: duplex est. aut enim subiectum, C aut oppositum. Dico autem oppositum esse, immusicum: esse autẽ subiectum, hominẽ: & infigurationem quidem, & informitatem uel inordinationem, oppositum æs autem, uel lapidem, uel aurum subiectum.

¶Concludit demum in hoc tex. 64. ex his, quæ dicta sunt, manifestum esse, quòd id quod fit semper est compositum: non enim ut iam modo dicebamus fit forma substantialis, aut accidentalis. sed fit homo, aut fit homo albus, in quo quidem composito est aliquid quod fit tanquam terminus quo, ipsius factionis quæ est forma & aliqd quod. Et hoc est duplex. s. & subiectũ, & oppositum formæ, cum enim fit mu D sicum, dicere possumus, quòd homo fit musicus, & quòd immusicũ fit musicum. Et proportionabiliter in alijs factionibus, infigur atũ ęs fit figuratum, & informe fit formatum, & inordinati lapides fiunt domus. ¶Vnde colligitur illa prima propositio quã in principio capituli diximus esse intentam in his septem textibus, uidelicet quòd in quacunque factione sunt tria principia: puta duo contraria, & unum subiectum.

Manifestũ igitur, quòd siquidem Tex. 65. sunt causæ & principia eorum quæ natura sunt, ex quibus primis sunt, & E facta sunt non secundum accidens, sed vnumquodque, quod dicitur secundum substantiã, omne & ex subiecto & forma fit, componitur enim musicus homo, ex homine & musico quodammodo, resoluẽs enim rationes in rationes eorum. manifestum igitur est, quòd quę fiunt, fient ex his.

¶Constituta iam prius hac conclusione, quòd in omni factione sunt illa tria: pergit Aristo. propriam exponere sententiam de principijs rerum naturaliũ, & in hoc textu probat esse duo tantum principia per se, & in sequenti F unum præterea esse per accidens. Primũ probat hoc syllogismo. Ea ex quibus per se compositum fit, & factum est, sunt eius per se principia: sed duo tantum, vtpotè materia & forma, sunt ex quibus per se compositum fit & factum est: ergo hæc duo tantum sunt per se principia. Maior relinquitur tanquã manifesta ex significatione huius nominis per se principium. Minorem uerò probat hoc modo. Ea, in qua primo resoluitur compositum, sunt pariter ex quibus per se componitur (nam unumquodque resoluitur in ea ex quib. componitur,) sed homo musicus

A ficus (qui fit per alterationem) resolui tur quodammodo in hominem & mu ficum: qui enim diffiniret hominem musicum, deberet dicere quòd est ani mal rationale musicæ peritum, & eadem ratione qui hominem physice dif finiret, diceret esse animal ex materia, & anima rationali compositum. Est ta men adnotãdum quòd materia & for ma non solùm sunt per se principia compositi in facto esse, sed etiam in fieri: etenim ut illa sola manēt in com posito, ita & illa sola per se concurrũt ad generationem. Idcirco enim dixit, ex quib. sunt & facta sunt. Priuatio autem non est principium compositi in B facto esse. An verò sit principium de per se adgenerationē. q. 5. examinatur. Nota.

Tex. 66. Est autē subiectum: numero quidem vnum, specie verò duo. homo enim & aurum & omninò materia: numerabilis: nam hoc aliquid magis: & quod fit non secundum accidens, ex ipso fit. Priuatio autem & contrarietas, accidens. Vnum autem, species: vt ordinatio, aut musica aut aliorum aliquid sic prædicantium.

¶Tertiũ addit præterea principium C per accidens, dicens quòd subiectum & materia, licèt sit unum numero, tamen specie (.i. ratione vt se supra exposuit) est duo. Persistit in exẽplis acci dentalium & artificialium factionum. Homo enim (inquit) cum fit musicus, aut aurum cum fit annulus, & eadem ratione prima materia numerabilis est idest ponens in numero cum forma, utpotè, à qua realiter distinguitur. Immusicũ verò, aut priuatio formæ annuli, quæ contrariatur formæ, quæ gignitur, & est terminus, à quo illius, est accidens ipsius subiecti: accidit nanq; homini esse priuatum musica & auro esse informe. Et pariter priuatio est accidens materiæ non numerabile: qa non distinguitur ab illa numero, sed so la ratione. ¶Verba illa, Materia est hoc aliquid magis, nonnihil habet momen D ti ad probãdum materiam principium esse indiuiduationis. Enimuerò vt con Nota. ditio singularis huius seminis est causa, vt hæc forma numero educatur de eius potentia, ita conditiones singulares materiæ sunt causa indiuiduatio nis formæ. Sed de hoc aliàs. Et hoc mo do subiectum est ratione duo. Et cum species quę generatur, vt ordinatio lapidum, cũ fit domus, aut musica, cum fit homo musicus, sit præterea unum principium, colligitur esse tria principia. Et eadem ratione in generatione substantiali ignis ex aqua, concurrunt duo principia per se, puta materia, & forma ignis, & vnum per accidens. vt E priuatio formæ ignis quæ in materia præcesserat aquæ. Hinc sequitur quòd priuatio non est principium in facto esse, sed solum in fieri, puta in generatione. Dubium hic restat, quod videtur Aristo. sibi ipse aduersus: quippe qui tex. 43. visus est sentire vnũquodque per se fieri ex suo contrario. vt album de per accidens fit ex musico: de per se autē ex nigro, aut medio colore colorato: hic aũt ait priuationem esse principium per accidens. Huic tamen obiectioni quæstio. 6. respondimus.

F Tex. 67. Quo circa est quidem, vt duo dicēda sint principia: est autem, vt tria. & est quidem, ut contraria. vt si aliquis dicat musicum & immusicum, aut calidum & frigidũ, aut congruēs & incongruens. Est autem: ut non. A se inuicem enim contraria pati, impossibile. Soluitur autem & hoc: propterea quòd aliud est subiectũ. hoc enim non est contrarium. Quare, neque plura contrarijs principia quodammodo: sed duo (ut si dicam) numero. Neque iterum penitus duo, propterea quòd alterum est esse ipsis: sed tria. Alterum. n. est homini: & nõ musico esse, & infigurato, & æri.

¶Infert

A ¶Infert tandem Arist. cõclusionem principaliter intentam in hoc lib. de qua sextam nos conclusionem mouimus. Et quia duo de principijs hactenus disputauerat: primum de qualitate, an essent contraria, & secundum de numero, utriusque conclusio est hæc. Principia rerum naturalium sunt quodammodo duo, & quodammodo tria, quodammodo contraria, quodammodo verò non. Probat primò secũdam partem exemplo. Ait enim quòd ex trib. principiis duo sunt quodammodo inuicem contraria, eò quòd non sunt simul in eodem subiecto, sed ad productionem vnius expellitur aliud, ad modum contrariorũ. Quod autem

Cõclusio principalis de numero prĩcipiorũ.

B quodammodo non sunt contraria, aliqui exponunt hoc modo, quòd forma ipsa & priuatio non sunt simpliciter contrariæ, cum sint priuatiuè opposita, sed arbitror nõ hoc sentire hic Aristo. nam textui sequenti id reseruat. Alij exponunt, quòd non sunt simpliciter contraria, si consideretur seorsum sine subiecto, quia non possunt se inuicẽ expellere nisi circa subiectum. Hoc autẽ omnibus contrarijs est commune. Et ideo aliud speciale uoluit hic dicere Arist. uidelicet quòd ex tribus principijs non omnia inter se sunt

C contraria, sed tantùm duo: tertium uerò, puta materia, neutri illorum cõtrariatur, quia simul est cum priuatione prius. & postmodum cum forma. Et ideo infert quòd quodammodo principia non sunt plura contrarijs. Alius textus habet contrariorum. Sed mendosus est, nisi legatur, numero contrariorum. Est enim sensus quòd principia quodãmodo non sunt plura quàm contraria quæ sunt duo numero, putà forma & priuatio: nã priuatio est idem realiter cum materia. Sed nihilominus (inquit) penitus non sunt duo: sed quodammodo tria: propterea quòd materia & priuatio, ut dictum est, ratione differunt. Alia enim est ratio hominis & alia musici.

D Quot igitur principia sint, rerum naturalium, quæ circa generationẽ, & quomodo tot dictum est. Et manifestum est, & quòd oportet subiici aliquid contrariis, & contraria duo esse, quodam autem modo alio: non necessarium est. Sufficiens enim erit, alterum contrariorum: absentia & præsentia facere mutationem. Tex. 68.

¶Repetit quæ dixerat, ut perspicaciora faciat. Ait nanque quot principia sunt rerum naturalium, quæ circa generationem sunt, & quomodo sint tot, satis esse dictum. Addit uerò, naturalium, quæ sunt circa generationem,

E ut excludat cœlestes orbes, qui cum sint entia naturalia, non tamen habent tria principia. Nam uel nõ habent materiam & formam distinctam, sed sunt simplex ens. vt aliqui credunt esse opinionem Arist. uel (quod verius est) materia cœli, ita est formę coęua, ut non habeat priuationẽ adiunctã, q̃a non est in potentia ad aliã formã. Quare cœli non fuerunt geniti ex priuatione præcedente in materia. ¶Subdit uerò Phi. quòd licèt quodãmodo, ut dictum & principia contraria concurrant ad generationem: quodam tamen alio modo non est necessariũ. Quod adiecit ad maiorẽ expositionem illius, quod di-

F xerat priuationẽ esse principium per accidens: nam priuatio non dr̃ principium, quia sit quid positiuum, aut concurrens ad generationem, aut intrans compositionẽ rei: sed ad hunc sensum quòd forma quæ fit præsens per generationem requiritur, ut antea fuerit absens: nam fieri est esse acquirere post non esse, & illa absentia dicitur priuatio. Quocirca quinto lib. tex. 7. ait q̃ motus est ab aliquo affirmato ad aliud affirmatum. ut ab albo in nigrum, quia motus dicit successionem à priori ad posterius: generatio uerò est mutatio à negato ad affirmatum, scilicet à non esse ad esse: sed cor- Priuatio.

ruptio

A ruptio econuerſo ab affirmato ad negatum : puta ab eſſe ad non eſſe.

Tex. 69. Materia cog. per analogiã.

Subiecta autem natura ſcibilis eſt ſecundum analogiam. vt enim ad ſtatuam æs, aut ad lectum lignum, aut ad aliud aliquid habentium formam, materia & informe ſe habet priuſquàm accipiat formam, ſic hæc ad ſubſtantiam, & hoc aliquid, & quod eſt, ſe habet. Vnum igitur principium hæc: non ſic vnum exiſtens, neque ſic ens, ut hoc aliquid. Vnum autem: ſecundum quòd ratio. amplius autem B contrarium huic, priuatio. Hæc autem quomodo duo, & quomodo plura: dictum eſt in præcedentibus.

¶Hactenus de principijs ſubſtantiæ diſſerens Ariſt. exemplis potiſſimum vſus eſt artificialiũ: quæ nota ſunt ſenſui: ſuſpenſumque ſubinde habuit lectoris animum. Iam verò nunc myſterium aperit, dicens quòd ſubiecta natura, id eſt materia prima, quæ ſubijcitur generationi ſubſtantiæ, per analogiam cognoſcibilis eſt. Vbi hoc eſt animaduertendum, quàm ſiniſtrè diſtorſerint C hanc authoritatem ex neotericis quidam. Citant enim hunc locum ſub his verbis. Materia cognoſcibilis eſt per analogiam ad formam. Cum tamen nec nomen, formam, ſit apud Ariſto. nec analogia eſſe poſſit inter materiam & formam: neque vllo modo præcedentibus, aut ſubſequentibus uerbis Ariſt. ſenſus iſte cohæreat. Eſt ergo ſenſus planus, quòd materia prima ſubſtantiæ quæ nobis eſt occulta, cognoſcibilis eſt per analogiam, id eſt per ſimilitudinem proportionis (hoc enim pollet analogia) ad materiam artificialium, quæ nobis eſt manifeſta. vt enim cum ex ære ſit ſtatua, aut lectus ex ligno, experimur æs, aut lignum, quod prius erat D informę, fieri ſub noua forma: ita coniectari licèt, cum lignum tranſmutatur in cineres, aliquam ſubijci materiam, quæ prius erat ſub forma ligni, permanere ſub forma cinerum. Niſi quòd in artificialibus illud ens eſt in actu completum, ſed materia prima eſt ens in potentia, quod ſimpliciter habet eſſe per formã. Et hoc eſt quod ſubiungit, quòd hoc vnum ſcilicet principium, ſcilicet materia nõ eſt ſic unum exiſtens & unum ens, vt hoc aliquid, id eſt ut prima ſubſtantia in recta linea, quemadmodum lignum autem æs: ſed eſt pars ſubſtantiæ. E Secundum autem principium (inquit) eſt unum, vt ratio, puta forma quæ eſt terminus quo, ſcilicet qua ignis eſt ignis. Et tertium eſt eius contrarium, puta priuatio. Hæc autem puta materia & priuatio quomodo ſit unum, & quomodo plura, vt iam ſupra dictum eſt.

Tex. 70.

Primùm igitur dictum eſt, quòd contraria ſolùm principia ſunt: poſterius autem quòd neceſſe eſt, & aliud quippiam ſubijci, & eſſe tria. Ex ijs autem quæ nunc, manifeſtum eſt, quæ ſit differentia contrariorum, & quomodo ſe habent principia ad inuicem, & quid ſub- F iectum. Vtrùm autem ſubſtantia ſpecies, aut ſubiectum ſit: nondum manifeſtum eſt: ſed quod principia tria ſint, & quomodo tria, & quis modus eorum manifeſtum eſt. Quot igitur & quæ ſint principia: ex his conſideretur.

¶Colligit tandẽ in textu hoc ſeptuageſimo & poſtremò huius capitis, eorũ epilogum quæ hactenus dicta ſunt. Ait nanq; primò dictũ eſſe, ꝙ contraria ſolùm principia ſunt. i. unũ tãtum

A modo par contrariorum, quibus tertium principium subijcitur. atq; adeo omnia sunt quodammodo tria. Item dictum est quænam sit differentia inter illa contraria: nam alterum, puta forma, est ens positiuũ, ac subinde principium per se: alterum verò est priuatio, & idcirco principiũ per accidens. Itẽ dictũ est (inquit) quomodo eorum subiectum nõ est ens in actu, sed in potentia ad esse per formam. Attamen vtrum species .i. forma potius habeat rationem substantiæ quàm subiectũ .i. materia, nondum (inquit) manifestum est, usque ad initium lib. 2. ubi uidebitur, tam formam quàm materiam esse
B naturam, formam tamen potius habere rõnem substantiæ, quàm materiam.

¶ *Sequitur hic quæstio 5. super tex. 67. Vtrum principia. &c. q. 6. super textu 69. Vtrum materia. &c.*

QVO OPINIONIBVS antiquorum respondetur, ratioq; materiæ aperitur.

CAP. VIII.

Tex. 71. C VOD autem vnico modo sic soluitur, & antiquorũ dubitatio: dicamus post hæc. quærentes enim Philosophi primi veritatem, & naturam entium: conuersi sunt ueluti in uiam quandam aliã depulsi ob inexperientiam, dicuntque, neque fieri eorum quæ sunt vllum, neque corrumpit: proptera quòd necessarium est fieri, quod fit, aut ex eo qđ est, aut ex eo quod non est. Ex his autem utrisque, impossibile esse, neque enim quod est fieri: esse enim iam. & ex eo quòd non est: nihil utique fieri. subijci enim quippiam oportet.

¶ Postquã in superiorib. tribus cap. D determinauit Arist. veritatem de contrarietate & numero principiorum, in his duobus sequentibus respondet ueterum argumentis, ostendens peccata ex quibus eorum errores manabant. Et quoniam omnes procedebant ex duplici ignorantia, scilicet & quia ignorabant naturam materiæ, & quia ignorabant naturam priuationis, in hoc cap. 8. prodit ignorantiã primam; & in postremo patefacit secundã. Atqui caput hoc amplectitur textus octo: in quorum duobus primis proponit paralogismum falsamq; conclusionem antiquorum: & in quinque proximis respondet ad illum uno modo, E & in textu postremo respondet altero modo. ¶ Ait ergo in hoc tex. 71. quòd antiqui ferè omnes, quærentes veritatem & entium naturam, conuersi sunt in uiam aliam, scilicet falsam: ob inexperientiam, quia nesciebant distinguere inter ens simpliciter, & non ens simpliciter. Paralogizabant nanq; sic. Quicquid fit, aut fit ex eo quod est, aut ex eo quod non est (intellige tanquàm ex termino à quo) neutrum istorum: ergo. Probatur minor, quia quod fit ex eo quod est, iam antea erat (supponebant enim quod nihil fiebat ex eo quod est, nisi id quod fit, latebat in termino, à quo) ex eo autem quod F non est nihil fieri potest, quia cum ex nihilo nihil fiat, necesse est supponi subiectum: ergo nihil simpliciter fit: sed quicquid est, fuit semper. Argyropilus uertit quicquid fit, fit ex ente, aut non ente. Idem tamen ubique pollet apud Aristo. ens, & quod est, & pariter non ens, & quod non est, sicut idẽ est, legens & qui legit, est enim ens participium ab esse.

Obiect. antiquorum.

Tex. 72. Et sic itaque quod consequenter accidit augentes, neque esse multa dicunt, sed tantùm ipsum quod est. Illi ergo talem acceperunt opi-

A opinionem, propter ea quæ dicta sunt.

¶Addit in tex. 72. quòd inde antiqui consequenter inferebāt omnia esse unum. Alludit ad Parmenidem & Melissum, & alios qui dicebant aut omnia esse aut aquam aut aerem. &c. Enimuero cum secundum illos nulla simpliciter substantia de nouo producebatur: consequens erat ut omnes quas experimur rerum transmutationes essent accidentales: atque adeo omnia essent una substantia, scilicet eiusdem speciei. Tametsi Anaxagoras, & Democritus aliter asserebant
B nihil fieri de nouo, ponentes omnia actu latitare in quolibet, & gigni, nihil aliud esse, quàm quod latebat apparere.

Tex. 73. Nos autem dicimus, quòd ex eo quod est, aut ex eo quod non non est, fieri, aut quod non est, aut quod est facere aliquid, aut pati, aut quodcunque hoc fieri, uno quidem modo nihil differt, aut medicum facere aliquid, aut pati, aut ex medico esse, aut fieri.

C ¶In text. 73. & quatuor sequentibus respondet uno modo. Ad cuius euidentiam supponit priùs ꝙ quando dicimus, ex eo quod est, idest ex ente, aut ex eo quod non est aliquid fieri, nihil differt, si illud claritatis causa exprimamus in ijs terminis, scilicet ex medico & non medico fieri aliquid, & cum dicimus, quod est, & quod non est, facere aut pati aliquid, exprimere id possumus per hos terminos, non medicus aut medicus, facit aut patitur aliquid. Hoc supposito.

Tex. 74. Quare cum hoc dupliciter dicatur: manifestum est quòd & ex eo quod est, & id quod est aut facere aliquid, aut pati. Aedificat igitur medicus: non secundum quòd medicus, sed secundum quòd ædificator. & albus fit: non quatenus medicus, sed quatenus niger. Medicatur autem, & non medicus fit quatenus est medicus. Cum autem maximè propriè dicamus medicum facere aliquid, aut pati, aut fieri ex medico, si secundum quòd medicus hæc patiatur aut faciat: manifestum quòd non ex non ente fieri & hoc significat, quatenus non est. Quòd illi quidem non parientes: aberrauerunt. & propter hanc ignorantiam tantum insuper ignorauerunt: quòd nihil aliorum opinati sunt fieri aut esse, sed auferebant omnem generationem.

¶Subdit in text. 74. quòd si hoc quod dicimus ex medico fit aliquid, aut ex non medico fit aliquid, aut medicus aut non medicus facit, aut patitur aliquid, si hoc (inquit) dicitur dupliciter, consequens est, ut etiam dicatur dupliciter ex eo quod est aut ex eo quod nō est fieri aliquid. F
Atuero medicum dupliciter contingit facere aut pati aliquid, scilicet & per se & per accidens. Cum enim dicimus medicus ædificat, intelligitur id per accidens, quatenus accidit perito ædificandi peritia simul medicinæ: nam per se non ædificat, nisi inquantum ædificator: & pariter medicus non fit albus inquantum medicus, sed inquantum niger: album enim per se fit ex eo quod non est album, quòd autem illud est medicus, est per accidens: cum autem dicimus quòd medicus medicatur, aut quòd ex non medico fit

A medicus, illud est per se: quia medico inquantum medicus est conuenit medicari, & non medico inquantum est non medicus conuenit fieri medicum. Ex ijs concludit manifestum esse, quòd cū dicitur ex eo quod est, aut ex non ente, fieri aliquid, intelligendum est per se: in quo sensu talis propositio est uera, quia id quod fit non fit per se ex eo quod non est: nam quod non est, non intrat compositionem rei. At verò id quod fit, fit per accidens ex non ente, puta ex eo quod non est: nam fit per se ex subiecto, scilicet ex materia, cui accidebat esse sub priuatione huius formæ quæ

B gignitur. Et quia illi non sunt partiti hos duos sensus, aberrauerunt, dicentes nihil fieri simpliciter: & per consequens auferentes omnem generationem.

Tex. 75. ¶ Nos autem & ipsi dicimus fieri quidem nihil simpliciter ex eo quod non est, sed tamen fieri ex eo quod non est, ut secundum accidens: ex priuatione enim, quæ est per se non ens, non ex eo quod est, fit. Mirabile autem est hoc & impossibile sic uidetur: fieri aliquid ex eo

C quod non est.

¶ In tex. ergo. 75. applicat solutionem ad formam paralogismi antiquorum. Cum enim arguunt. Id quod fit, aut fit ex eo quod est, aut ex eo quod

Dilucidatio prima non est: respondetur quòd neque fit per se ex eo quod non est, nec per se ex eo quod non est: sed fit per accidens ex eo quod est, & per accidens ex eo quod est. Quod fit per accidens ex eo quod non est, patet: nam fit ex priuatione quæ est per se non ens, & est accidens materiæ, ex qua fit generatio. Intendit ergo dicere quòd quando ignis generatur ex stupa, per se quidem fit ex materia & forma, fit tamen per accidens ex non igne, puta ex priuatione formæ ignis, quæ erat in materia. Vbi attentè considerandum est, quòd non sequitur ignis fit ex priuatione formæ, & priuatio est per se non ens: ergo ignis per se fit ex non ente: nam vtranque partem antecedentis concedit Arist. & negat consequens. Enimuero, ut cap. sequenti dicemus, priuatio per se est non ens: nam per se dicit priuationem entis. Concedimus ergo quòd ignis fit ex per se non ente, vt per se determinet non: est infinitum: negamus tamen quòd per se fiat ex non ente: ut per se, determinet uerbum fit. Sed mirabile, inquit, fuit hoc antiquis, & ideo impossibile uidebatur eis aliquid fieri hoc modo ex non ente. D Nota. E

¶ Similiter autem, neque ex eo quod est, neque id quod est fieri: nisi secundum accidens: sic autem & hoc fieri eodem modo, ut si ex animali, animal utique fiat, & ex quodam animali quoddam animal. vt si canis. ex quo fiat. Fiet enim non solum ex quodam animali canis, sed etiam ex animali, at non quatenus est animal. est enim iam hoc. Tex. 76. F

¶ In textu 76. probat pari forma, quòd id quod fit, fiat per accidens ex ente. Quod hoc exemplo declarat. Si quoddam animal in specie fieret ex alio quodam animali, ut canis ex equo, tunc canis non fieret ex animali, in genere dicto: nam animal in communi iam est, cum sit equus, & id quod fit tale debet fieri ex non esse illius (quod enim erat non fit.) Fit tamen canis per accidens ex animali, id est non inquantum est animal, sed inquantum hoc animal: puta inquantum canis fit ex equo.

¶ Si

A Tex. 77. Si autem aliquid debet fieri animal, non secundum accidens, non ex animali erit. & si aliquid sit: non ex eo quòd est, neque ex eo quòd non est, quod enim ex eo quòd non est dictum est nobis, quid significet, quòd quatenus non est. Amplius autem & esse omne, aut non esse: non remouemus: unus igitur modus hic est.

¶In tex. 77. applicando hoc ad propositum, ait quòd eodem modo homo non fit per se ex eo quòd est, id est
B ex ente: nam antequàm homo sit, iam est aliquod ens, scilicet illud ex quo fit, fit tamen per accidens ex ente: non quidem inquantum est ens, inquãtum hoc ens in potentia ad hominem puta ex semine, vel ex embrione, cui accidit priuatio formæ hominis. vt q. 5. exposuimus. Et ita concludit Aristo. quòd simpliciter, nec remouemus omne esse, aut omne non esse, id est nec negamus simpliciter rem quodammodo esse antequàm fit, quia concedimus esse in potentia: nec rogamus simpliciter non fuisse: quia concedimus quodammodo nõ fuisse in actu. Et hic, in-
C quit, est vnus modus respondendi.

Text. 78. Alius autem quòd contingit eadem dicere secundum potentiam & actum, hoc autem: in alijs determinatum est cum diligentia magis. Quare, quod quidem dicebamus, dubitationes soluuntur: propterquas coacti, remouent dictorum quædam: propter hoc enim: tantum auersi sunt priores a uia in generationem, & corruptionem, & omninò mutationem. Hæc enim uisa natura, omnem soluit hanc ipsorum ignorantiam.

In tex. 78. subiungit alium modum respondendi, qui quodammodo est superioris expositio: plenius verumtamen satisfacit intẽtioni præsenti: nam modus superior solum respondet quo modo id quod fit, fit per accidens ex ente, & per accidens ex non ente. Idcirco restabat docere ex quo fiat generatio per se. Et hoc est quod iam nunc edocet. Ait enim ꝙ materia est quodammodo medium inter ens & non ens: non est enim per se ens actu, sed hoc habet per se formã: per se autem est ens in potentia. Hoc autem, inquit, in alijs determinatũ est maiori diligentia nẽpe 9. meta. tex. 21. quod nos ẽt. q. 6. copiosius tractauimus, & ideo quicquid fit, fit per se ex materia: quæ nec simpliciter est ens, nec simpliciter est nõ ens, sed ens sc̃dm quid, puta ens in potentia. ¶Concludit ergo ꝙ isto modo soluũtur dubitationes propter quas coacti sunt antiqui negare simpliciter generationem & corruptionem, eo quòd videbant nihil fieri simpliciter ex ente nec simpliciter ex non ente inter quæ ignorauerunt medium. D Dilucidatio secunda. E

¶*Sequitur hæc quæstio septima super tex. 78. Vtrum forma, &c.*

F

QVOD MATERIA ET priuatio ratione differant. CAP. IX.



TANGENTES igitur & alij quidam fuerunt ipsam, sed non sufficienter. primum enim confitentur simpliciter fieri aliquid ex eo quòd nõ est, quatenus Parmenidem rectè dicere. Posteà videtur ipsis si quidem est numero vna, & potentia tantum esse. Hoc autem differt plurimum. Nos enim materiam, & priuationem alterum esse dicimus. & horum, ma- Tex. 79.

A teriam quidem non ens esse secundum accidens. priuationem autem, per se. & materiam quidem prope & quo dammodo substantiam, priuationem autem nequaquàm.

¶Cum cap. superiori monstrauerit Arist. naturam materiæ, quam antiqui non nouerant, quæ cõsistit in medio inter ens & non ens, in hoc supremo. c. quod quinque habet text. pergit docere naturam priuationis ratione differentis à materia, quæ fuit altera antiquorum ignorantia. In hoc
B ergo tex. qui est in ordine 79. proponit ueterum errorem, dicens ꝙ antiqui utcunque tetigerunt naturam materiæ, cognoscentes materiam non esse simpliciter ens (quod uerè coniectabant) sed tamen affirmabant subinde simpliciter est non ens, in quo errabant. Et mouebantur ratione Parmenidis, quam super text. 25. expositam reliquimus. s. Quicquid est præter ens, est non ens: scilicet materia non est simpliciter ens: ergo est simpliciter non ens & nihil. Quæ tamen illatio nihil ualet, ut per ea quæ iam
C modo dicta sunt constat, cum materia sit medium inter simpliciter ens & simpliciter non ens. Rursus isti credentes materiam simpliciter esse non ens, atque adeo nullam esse differentiam inter materiam & priuationem, inferebant eo modo aliquid fieri ex materia, quo fit ex priuatione: cuius contrarium ostensum est. Nam ex priuatione fit res per accidens: ex materia uerò, fit per se. Ob idque Arist. ostendit differentiam esse rationis inter materiam & priuationem duplicem, non obstante quòd idem sint numero. Prima ꝙ materia per accidens est non ens, priuatio uerò est per se non ens. Cuius ratio est: quia materia de se nec dicit esse, quia per se non existit, sed per formam: nec rursus ꝑ se dicit non esse, quia non dicit meram negationem, sed potentiam ut sit per formam, & cum ens significet esse; fit ut nec ꝑ se sit ens, sed per aliud puta per formam: nec per se sit non ens, sed per accidens. i. quatenus caret hac uel illa forma. Quod alta mente philosophis reponendum est, ut intelligatur natura materiæ, quod fuit Arist. subtilissimum inuẽtum ad prodendam ueterum ignorãtiam, ut q. 6. per amplius diximus. Priuatio uerò ex natura sua dicit carentiam formæ: & quia esse est à forma, priuatio est ꝑ se nõ ens, ut cæcitas: quia per se dicit carentiam uisus per se est nõ ens, nisi quòd non dicit puram negationem, sed negationẽ in subiecto apto. Secunda differentia nascitur ex prima: uidelicet ꝙ materia est prope substantia: quia est proxima & per se potentia ad esse per formam. Ob idque per se intrat compositionem rei naturalis: priuatio uerò nequaquã. Vnde fit ut res naturalis per se fiat ex materia: per accidẽs uerò ex priuatione: quippe quę positiuè non concurrit ad generationem, sed est solum terminus à quo incipit generatio.

Duplex diffe. inter materiam. | D | Nota. | E

¶Quidam autem quod non est, magnum & paruum similiter: aut simul utrunque aut seorsum vtrunq;. Quare penitùs alter est modus hic trinitatis: & ille. hucusque enim processerunt: quòd oportet quandam supponi naturam. hanc tamen unam faciunt etenim si aliquis duali tatem facit dicens magnum & paruum ipsam: non minus idẽ facit. alterã enim despexit, priuationem. permanens enim cũ forma causa est eorum quæ fiunt sicut mater: altera uerò pars contrarietatis, sæpe per imaginationem uidebitur ad maleficium ipsius intendenti intellectum, neque esse penitùs.

Tex. 80. F

¶In

A ¶In tex.hoc 80.arguit philosophus opinionem Platonis, quæ uidetur esse cōtraria superiori. Quapropter non apparet uera sententia quorundam dicētium opinionem non improbatā fuisse Platonicorum, cum potius appareat fuisse aliquorum discipulorum Parmenidis. Nam illa opinio uidetur huic contraria. Illi nanque uidentur negare materiam & solū ponere priuationem, puta non ens ex qua omnia credebant fieri. Enimuero ut non negarent generationem, & simul sustinerent magistri sententiam.s. quicquid est præter ens, est non ens, conce-
B debant materiam esse simpliciter nō ens. Platonici verò ponunt materiam & non priuationem. Tametsi Plato in dialogo illo, quem nuncupauit Parmenides, laudat illam sententiam, ꝙ quicquid est præter ens nō est ens. Et ideo forsan quanquam materiā appellet magnum & paruum, intelligit simpliciter esse non ens. At cuiuscunque præfata illa fuerit opinio, Plato ponebat materiam & formam. Et quia forma est causa conuenientiæ & unitatis specificæ plurium indiuiduorū eiusdem speciei, materia uerò est causa diuersitatis (quia propter accidentia quæ se tenent ex parte materiæ differunt indiuidua) formam appella-
C bat unitatem: materiam verò dualitatem. Et illam explicabat his nominibus magnum & paruum, densum enim appellabat magnum, propter multitudinem materiæ, & rarum appellabat paruum, propter paucitatē materiæ. Qua diuersitate reliquas omnes designabat. Posset ergo quis iudicare Platonem ponere tria principia perinde atque Arist. ut paruum intelligatur esse priuatio: magnum uerò materia. Hoc ait Aristo. esse falsum: nam trinitas inquit Platonis alia est quàm nostra. Quoniam magnum & paruum, siue eandem (inquit) nunumero materiam significarent propter aptitudinem quam habet ut mo

Platonis sentētia.

do sit magna, modo parua: siue seorsum magnum significaret materiam D quæ actu est magna, & paruum eam quæ actu est parua: tamen utroq; modo significabat unam naturam.s. materiam inquantum est materia & subiectum. Et ideo despiciebat priuationem: cum tamen longè differat inter materiam & priuationem. Quam quidem differentiam perspicuo exemplo explicat, dicens, quòd materia permanet in composito: atque adeo habet se in generatione sicut mater, quę secundum Aris. se habet passiuè in generatione respectu uiri. 1. meta. tex. 9. Priuatio uerò, quæ est altera pars con E trarietatis (quippe quæ formæ contrariatur) mentis imaginatione uidetur similis intendenti ad maleficium, idest quemadmodum adultera maleficium molitur marito, si alium uirum admittat, ita priuatio formæ generandæ, quæ accidit materiæ, est causa corruptionis præcedentis formæ, vt alia recipiatur. Sunt tamē Philoponus: & alij, qui existimant Platonem non negasse priuationem: tametsi illam non palam, ut Aristo. expresserit.

Existente enim quodam diuino, Tex. 81. & bono, & appetibili: aliud quidem, contrariū ipsi dicimus esse, aliud autem: quod natura aptum est appete F re, & desiderare ipsum secundum suam ipsius naturam. Quibusdam autem accidit: contrarium appetere suam ipsius corruptionem. Attamen neque ipsum suam ipsius possibile est appetere speciem (propterea ꝙ non est indigens) neque contrarium, corruptiua enim sunt sui inuicem, contraria: sed hoc est materia, sicut si fœmina masculum, &. turpe pulchrum, uerum non per se, turpe: sed secundum accidens: neque fœmina: sed secundum accidens.

A ¶Subsequenter tex. 81. Incidam facit & notatu dignam comparationē inter hæc tria principia, ut euidentius singulorum natura splendeat. Ait enim formam esse quid diuinū, & bonum. Diuinum quidem, quia Deus est actus purus nihil materiæ habens ad mixtum, forma autem omnis suopte nomine dicit actum, sicut materia dicit potentiam. Et ideo omnis forma & omne esse (quod est à forma) est quidem participatio diuina. Item forma est bonum & perfectio materiæ: quia materia non habet esse, nisi per formam, sicut corpus nō habet esse album, nisi per albe-

Comparatio inter tria principia naturalia.

B dinem. Et ideo inter formam, & alia duo principia manifesta est differentia. ¶Materia uerò differt à priuatione, quòd materia appetit formā: sicut informe suam perfectionē: priuatio uerò, cum sit contraria formæ, non appetit illam. Ob idque ratione differunt. Sed illis (inquit) qui non credunt materiam, & priuationem differre ratione, sed esse prorsus idem, hoc subinde accidit inconueniens, ut concedant contrarium appetere suam propriā corruptionem. Quod sic probat. Materia appetit formam, ut dictum est, sed non appetit illam speciem, idest formam quam

C habet, quia nihil appetit, nisi illam rem qua caret, & indiget: ergo appetit formam qua caret. Tunc, uel materia appetit formam, quatenus materia est priuatio illius, & tunc contrarium appeteret suum contrarium, & per consequens suam corruptionem: nam forma non potest aduenire materiæ, nisi eiecta inde priuatione. Si uerò materia appetit formam, non inquantum est priuatio, tunc materia, & priuatio differunt ratione. ¶Animaduertat lector artem probandi aliqua duo, quæ sunt idem numero, differre ratione ex diuersis modis loquendi de illis. Si enim materia appetit formam, quam non appe-

Nota.

tit priuatio, materia & priuatio differunt ratione. Concludit ingeniosè Aristot. quòd materia appetit formam, sicut fœmina masculum & turpe pulchrum. Hoc aliqui exponunt de appetitu fœminæ, quo appetit opera uiri ad generationem. Sed hæc tamen expositio textui non consonat. Inducitur enim simile ad declarandum qnomodo materia appetat formam: priuatio uerò non. Quapropter simile est huiusmodi, sicut omne imperfectum appetit esse perfectum, non quòd ipsamet ratio, & forma imperfectior appetat esse forma perfectior: quia non potest mutari in illam: sed quòd illud subiectum cui accidit perfectio, appetit ad perfectionem ascendere. Exempli gratia. Fœmina est quid imperfectum respectu masculi: & ideo appetit esse masculus. Sed tamen ipsa ratio fœminæ, quæ est carentia masculi, non appetit perfectionem uiri: sicuti nigredo non appetit esse albedo, aliàs appeteret suam corruptionem. At suppositum, cui accidit illa imperfectio, appetit esse masculus. Et pariter turpitudo appetit pulchritudinem. Simili modo priuatio formæ non appetit formam: sed materia, cui accidit, priuatio appetit formam. Ponit exemplum in perfectionibus accidentalibus, qualis est fœminæ & masculi, quæ accidentaliter differunt: quia in essentialibus eadem est ratio de natura, & supposito. Sicut enim natura hominis non potest appetere esse natura Angeli, ita neque homo esse Angelus: quia natura hominis est de eius essentia.

D

Quomodo intelligatur materiam appetere formam ad instar melioris uirum appetentis.

E

F

Corrumpitur autem: & fit. Est quidem ut sic: est autem non. Quatenus enim est, id in quo: secūdum se corrumpitur, quod enim corrumpitur in hoc: est priuatio, quatenus Tex. 82.

A nus autem ſecundum potentiam: non per ſe, ſed incorruptibilem, & ingenitam, neceſſe eſt ipſam eſſe. Si enim fiat: ſubijci aliquid oportet primùm, ex quo in exiſtente fiat. hoc autem: eſt ipſius natura, quare erit antequàm fiat. Dico enim materiam, primum ſubiectum uniuſcuiuſque, ex quo fit aliquid, cùm inſit non ſecundùm accidens, & ſi corrumpitur aliquid, in hoc abibit ultimum, quare: corrupta erit, antequam corrumpatur.

B

¶Cum dixerit toties Ariſtot. materiam, quæ autea fuit ſub priuatione eandem manere ſub forma, unde uidetur conſequi materiam eſſe perpetuam, priuationem uerò & formam tanquam principia contraria eſſe corruptibilia, in hoc text. 28. exponit quemadmodum materia ſit ingenerabilis & incorruptibilis, dicens, quòd quodammodo eſt corruptibilis, quodammodo uerò non. Eſt enim corruptibilis per accidens, quatenus eſt id in quo (inquit) ſecundum ſe aliquid corrumpitur, ideſt quatenus eſt ſubiectum cui accidit priuatio, quæ ſe C cundum ſe corrumpitur. Attamen ſecundum quòd materia eſt potentia ad formam: non per ſe corrumpitur: ſed eſt ingenerabilis & incorruptibilis. Quod eſt dicere: cum materia aquę ſit idéticè priuatio formę ignis, & pariter potentia ad ipſam, quando generatur ignis deſinit habere rationem priuationis, ſed manet ſub ratione ſubiecti. Quòd autem materia ſit ſecundum ſe ingenerabilis, probat Philoſophus ſic. Si materia eſſet generabilis, ſupponeret aliud ſubiectum prius ex quo fieret: ſed nullum eſt prius ſubiectum: quia hæc eſt ipſius materiæ natura, ut ſit primum ſubiectum: ergo non eſt generabilis. D Et pari ratione probat non eſſe corruptibilem: quia in rei corruptione reſolutio fit tantùm uſque ad materiam primam: quæ permanet ſuccedentis formæ ſubiectum. Ad euidentiam minoris ſubiungit diffinitionem materiæ dicens. Materia eſt primum ſubiectum uniuſcuiuſque, ex quo fit aliquid cum inſit, per ſe & non ſecundum accidens. Ordina ſic literam, ex quo cum inſit, id eſt ex quo exiſtente in compoſito fit res, non ſecundum accidens. Et utraque particula ponitur ad excludendam priuationem: quæ nec manet in compoſito: nec per ſe eſt principium rei, ut quæſtio. 5. amplius patebit. E

Materię primæ definitio.

¶De principio autem ſecundum ſpeciem, utrùm unum an plura, & quot, aut quæ ſunt: cum diligentia, & primæ Philoſophiæ opus eſt determinare: quapropter: in illud tempus reponatur. De Phyſicis autem & corruptibilibus ſpeciebus: in poſterius demonſtrandis dicemus. Quòd igitur ſint principia, & quæ & quot numero: determinatum ſic à nobis ſit. F Rurſus autem: aliud principium capientes, dicamus. Tex. 83.

¶In textu denique 83. & poſtremo huius libri excuſat ſe cur hic, ubi tam longum ſermonem de materia fecerit, & priuatione: non meminerit formæ, quæ nobilius eſt principium. Et reſpondet inſinuans duplicem eſſe formam: aliam quæ dicitur forma totius, ut natura hominis, natura equi, &c. quæ dicitur forma metaphyſica. Et quia de huiuſmodi forma contentio eſt cum Pla-

A Platone, hanc disputationem propriè innuit pertinere ad libros metaphysicorum, qui in consideratione altissimarum causarum positi sunt. Aliter accipitur forma physicè pro ea quæ est altera pars compositi: de qua dicit in subsequentibus futurum esse sermonem: libro nanque proximo copiosior erit formæ speculatio. ¶Concludit denique propositum huius libri satis esse discussum: nempe, quæ, & quot sint principia rei naturalis. Atque adeo rursus aliud initium sumendum est (inquit) libri subsequentis: sanè in quo de natura & alijs causis rei naturalis est differendum.

¶*Sequitur quæstio octaua. Vtrum priuatio. &c.*

FINIS PRIMI LIBRI.





DOMINICI SOTO SEGOBIENSIS,

Theologi, ordinis Prædicatorum, ſuper ſecundum Phyſicorum Commentaria.

CAPVT I.

A Tex. 1. ORVM quæ ſunt: alia quidem ſunt natura, alia uerò propter alias cauſas. Natura quidem ſunt: & animalia, & partes ipſorum, & plantæ, & ſimplicia corpora, ut terra, ignis, & aer, & aqua. hæc enim, & huiuſmodi, natura eſſe dicimus. Omnia autem, quæ dicta
B ſunt, uidentur differentia ab ijs, quæ non natura exiſtunt, quæ enim natura ſunt omnia videntur habere in ſe ipſis principium motus, & ſtatus, hæc quidem, ſecundum locum: illa verò, ſecundum augmentum & decrementum, quædam autem, ſecun-
Tex. 2. dum alterationem. ¶ Lectus autem, & indumentum, & ſi quid huiuſmodi aliud genus eſt: ſecundum quòd quidem ſortitum eſt prædicationem vnamquamque, & quatenus eſt ab arte, ne vnum quidem habet impetum mutationis innatum quatenus C autē accidit ipſis, lapidea, aut terrea eſſe, aut mixta ex his, eatenus habēt.

¶ Cum ſecundùm ordinem procedenti in prologo huius libri ab Ariſt. ſtatutum ſit, quòd ſcientia rei alicuius à principiorum omnium & cauſarum cognitione habeat proficiſci: & rei naturalis alia ſunt principia intrinſeca, quæ propriè appellantur principia, alia verò extrinſeca, quæ propriè nominantur cauſæ, ut efficiens & fina- D lis, & libro primo tractatum ſit de principijs primi generis (eo ꝙ principium, ut primo capit. primi libri dictum eſt, communius eſt quàm cauſa) ſubſequitur in hoc ſecundo de principijs ſecundi generis, dicere: nempe de cauſis efficienti & finali. At quia cauſæ rei ſunt etiam principia ſcientiæ eiuſdē, quoniam ſcire eſt rem per cauſas cognoſcere, optimè ait S.Tho. materiam huius libri eſſe de principijs ſcientiæ. Non quòd ſcientia hæc non demonſtret etiam per materiam, & formam, de quibus in ſuperiori libro

Materia huius libri.

A bro dictũ est [nam ut hic uidebimus] physicus quia tractat de rebus, ut fiunt in materia, per omnes eius causas naturales demonstrat, sed quia in hoc libro explicat, & subiectum de quo est hæc scientia, quod est ens naturale, & primum medium in quod omnes demonstrationes resoluuntur, quod est naturæ definitio, & passiones quas hic appellat secundùm naturam. Et pręterea applicando causas rei ad demonstrationes manifestat quemadmodum hæc scientia per omnes causas naturalès demonstrat. Philoponus & alij aiunt intentionem præcipuam Philosophi in his duobus libris esse tractare de materia & forma: sed in prima B principalius de materia quàm de forma: hic verò principalius de forma & eius causis efficienti & finali, quàm de materia. neq; hoc certè displicet: nam & in calce primi libri dixit se statim dicturum de forma physica, & in huius initio statim proponit de natura: cuius ratio principalius conuenit formę quàm materiæ. ¶Sunt ergo in hoc secũdo libro, ut in superiori, capita nouem. Quæ in tria membra secari congruè possumus. Etenim in duobus primis explicat tria modò dicta, scilicet quidnam sit natura, quid ens naturale, quid ens secundum naturam. Quę sunt, medium subiectum, & passiones C totius physicæ. In quatuor sequentibus docet, quatuor esse causarum genera. Et in tribus demũ ultimis ostendit quomodo hęc scientia demonstret per omnes causas. ¶Sunt autem in toto libro secundum diuisionem Commentatoris textus. 92. Atqui primùm hoc caput continet textus 15. In primo & secundo, qui sub eodem aptius sunt cõtextu, præmittit statim Arist. diuisionem rerum naturalium à rebus non naturalibus, scilicet quæ à causis non naturalibus proficiscuntur. Hæc sunt tria genera, scilicet artificialia quæ sunt ab arte, moralia quæ sunt ex electione secundùm prudentiam, fortuita quæ sunt à casu uel fortuna: quãuis moralis, & quia non sunt res factę, sed operationes, non attinent ad rem præsentem. Intendens enim naturam diffinire, quæ nobis est occulta, exorditur ex entibus naturalibus eam manifestare, quæ nostris sunt oculis obiecta. ¶Connumerat fermè gradus omnes entium naturalium: nempè animalia & eorum partes. In quo innuit differentiam ab artificialibus. Enimuerò licet domus sit quid artificiale, non tamen omnes eius partes sunt artificiales, sed naturales: ut lapides & ligna: animalium uerò & partes organicæ, & ossa, & carnes, omnes sunt naturales. Materia verò & forma non dicuntur etiam naturalia, sed sunt naturæ. Item numerat plantas, quę viuunt sola vita vegetatiua, & simplicia corpora quæ non viuunt, ut sunt quatuor elementa. Non meminit mixtorum non viuentium, ut sunt lapides, quia vt habetur 1. cęli. tex. 7. mixta non habent alium motum, quàm secundùm elementum prædominans. Et ideo nomine elemẽtorum intelliguntur. Subticuit item cœlos, non eo quòd sint animalia, ut ait Commentator in de substantia orbis: sed propterea, ut arbitror, quia hic non tractat nisi de generabilibus & corruptibilibus. Aut fortè, ut ait hic Themistius, quia cœlum non uidetur habere naturam, quę sit principium motus & quietis: sicut ista inferiora, quia naturaliter quiescere non potest. Sed de hoc quæst. 1. sermonem fecimus. ¶Subiungit differentiam inter hæc naturalia & alia non naturalia: potissimum artificialia, nempè quòd naturalia videntur habere in se principium sui motus. Nõ ait, videntur, eo ꝙ dubitet, sed quia ita apparet ad sensum. Et ponit tres differentias motus. Alia enim videmus moueri localiter: quæ ut ait Commentator, sunt tria, scilicet cœlum, elementa, & animalia. Cœlum enim mouetur circulariter: & elementa, motu

Margin (left): Diuisio libri.

Margin (right): D; E; F

motu

A motu recto, aut sursum, aut deorsũ: & pariter mixta secundùm prædominationẽ elemẽti. Animalia uerò mouentur transuersaliter in superficie terræ. Sed plantæ non mutant propriè locum: licet augeantur ad maiorem locum. Alia mouentur motu augmentationis: qualia sunt omnia uiuentia. Nam augmentatio ignis per appositionem combustibilium non est propria, ut lib. 1. quæst. 4. dictum est. Motus autem alterationis comprehendit, ut ait Commẽtator, etiam generationem, quæ finis est alterationis. Qui quidem motus con B uenit omnibus elementis & mixtis, quæ continentur sub sole. Vtrum autem hæc omnia habeant principium actiuum sui motus, an uerò tantum passiuum, q. 1. elucidatur. ¶ In text. 2. subiungit contrarium de artificialibus, dicens, quòd lectus & indumentum, & alia artificialia secundũ quòd habent huiusmodi prædicationes .i. rationem & nomen artificij, non habẽt principium motus: sed inquantũ sunt lignea aut lapidea. Quod est dicere statuæ Mercurij propter formã artificialem nullus competit motus localis, aut alterationis &c. sed quia est lapis, si dimittatur cadit deorsum. Et ideo statuæ de per accidens conue C nit ille motus: quia accidit lapidi qui sua natura cadit, ut sit Mercurius, aut Iupiter &c.

Tex. 3. Primæ q̃stionis sedes.

¶ Tanquam natura sit principium aliquod & causa mouendi, & quiescendi: ei in quo est primum, per se, & non secundum accidens. Dico autem non secundum accidens. quoniam fiet utique sibi ipsi aliquis causa sanitatis, cùm sit medicus. attamen non quatenus sanatur, medicinam habet: sed accidit eundem, medicum esse & sanari, quapropter, & separantur aliquando abinuicem. Similiter autem: & aliorum quę fiunt, unumquodque, D nullum enim ipsorum habet in seipso actionis principium: sed alia quidem in aliis & ab exteriori, ut domus, & aliorum manu factorum unumquodque, alia autem in seipsis quidem, sed non secundum seipsa: quęcunque secundùm accidens causæ sunt ipsis. Est igitur natura: quod dictum est.

Diffinitio naturæ.

¶ In textu tertio ex dictis elicit Aristot. diffinitionem naturæ. Vbi loco generis ponitur, principium & causa, quod Burleus secundùm Auicennam putat disiunctiuè intelli- E gi, ut principium dicatur de principio actiuo, qualis est forma, & causa de principio passiuo, qualis est materia. Sed profectò hoc non consonat dictis in principio primi libri. Principium enim proprijssimè dicitur de materia. Et ideo arbitror legendum esse copulatiuè, ut iacet. Sed quia principium communis est, ponitur prius: ad explicandum totam materiam, quàm formam utraque tamen est principium, & causa. Est enim utraq; principium, propter ordinem, quia sunt priora toto, & causa quia ex illis efficitur totum. Licet materia minus habet de ratione F causæ, quàm forma, & ideo forma perfectiori modo est natura, ut statim patebit. ¶ Mouendi & quiescendi. Itidem censet legendum esse disiunctiuè, propter cœlum, quod habet quidem principium mouendi, sed non quiescendi: & terram, quæ secundum sed totam habet è conuerso principium quiescendi, sed non mouendi. Attamen derogat sensui textus, nisi hoc copulatiuè legatur. Mens enim Aristot. est, quòd natura quę est principium quiescendi, propterea quòd est principium quiescendi, sit etiam principium mouendi. Natura enim grauis commouet lapidem,

A dem, quia appetit quiescere in centro: & natura leuis ideo mouet leue sursum, quia appetit illic quiescere, & aqua ideo reducitur ad frigiditatem, quia illa est sua perfectio, & plãta, & animal ideo augetur, ut sit in sua perfectione. An uerò in cœlo quodammodo possit asseri principiũ quiescendi, & in terra principiũ mouendi uidebitur quæst. 1. ¶Ei in quo est, idest natura est principium motus quo suppositum ipsum in quo est moueatur. Forma ergo ignis non dicitur natura, eo quòd est principium actiuum calefaciendi aquam: sed materia aquæ est natura, eo ꝙ est principium ipsi aquę, ut moueatur ab alio. B Et forma uiuentis dicitur natura: q̃a est principium augmenti ipsius suppositi in quo est. ¶Primum, Ad differentiam accidentis, quod est principium secundum, & instrumentale, ut calor naturalis est principium nutritionis eius & augmenti: & grauitas est principium descensus grauis: non tamen est natura, nisi sola forma substantialis, quæ est primum & principale principium, aut materia quæ est principium passiuum. ¶Per se, & non secundum accidens, ponitur ad differentiam artis medici infirmi, qui seipsum sanat, est enim principium ipsi C medico suæ sanitatis: sed hoc est per accidens. Vt enim lib. 1. tex. 74. dictũ est, medicus non fit albus quatenus medicus est, sed quatenus niger: fit enim album per se ex nigro cui accidit, ut sit medicus. Eodem modo medicus non sanatur per se eo quòd sit medicus, sed eo quòd sit infirmus: cui accidit ꝙ sit medicus. Quapropter ait Arist. (separantur aliquando) stat enim, ꝙ ille qui sanatur non sit medicus: sed tamen infirmus, & qui sanatur non separantur. Necessarium enim est, ut qui sanatur, sit infirmus: sicut id quod mouetur ad calorem necesse est, ut non sit perfectè calidũ. ¶Similiter (inquit) est in aliis artificiis, quòd scilicet nõ habet in se principium sui motus: sed alia quidem ita habent in se principium extrinsecũ, ut nec per se, nec per accidens possint illud habere in seipsis: ut domus est ab arte, quæ nullatenus esse potest in domo. Alia uerò possunt habere in se principia, sed per accidens, ut de sanitate medici modò dictum est. De maioribus dubiis quæstionem primam consulito. D

¶Naturam autem habent, quæcunque huiusmodi habent principium: & sunt hæc omnia, substantia. Subiectum enim quoddam, & in subiecto est: natura semper. Tex. 4. E

¶In tex. 4. subdit ens habens naturam esse, quodcunque ens habens in se principium sui motus. Quapropter ut in principio primi libri adnotauimus, idem est ens naturale, & ens mobile. Et rationem subnectit, ꝙ cum natura semper sit in aliquo subiecto, idest in aliquo supposito (est enim, aut materia, aut forma) illud suppositum in quo est natura dicitur habẽs naturam, idest ens naturale: ueluti subiectum illud in quo est albedo, est res habens albedinem, atque adeo album. Ens naturale.

¶Secundùm autem naturam sunt, & hæc, & quæcunque his insunt secundum se, ut igni, ferri sursum, hoc enim: natura quidem non est, neque habet naturam, sed à natura, & secundùm naturam est. Quid igitur est natura, dictum est, & quid, quod à natura, & secũdùm naturam. F Tex. 5.

¶In tex. 5. explicat tertium nomen eorum. quæ proposita sunt, dicens, ꝙ secundùm naturam dicuntur & hæc omnia, scilicet substantia, & supposita quæ habent esse à natura, & præterea motus & accidentia, quæ illis à tali

A tali natura competunt, ut efferri sursum est secundùm naturam ignis, & cadere deorsum est secundùm naturam grauis, quæ sunt passiones huius scientiæ, de quibus lib.3. incipit philosophari. Habetur ergo hæc tria ex posita, scilicet quid sit natura, quid habens naturã.i.ens naturale,& quid ens secundùm naturam.

Tex. 6. ¶Quòd autem sit natura, tentare demonstrare ridiculum. Manifestum est enim, quòd huiusmodi entia sunt multa. Demonstrare autem manifesta per immanifesta: non potentis iudicare est quod per seipsum, B & non per seipsum notum est. Quòd autem contingat hoc pati: non immanifestum est. SYLLogizare enim quid posset de coloribus: cùm à natiuitate sit cæcus? Quare necesse est talibus de nominibus esse sermonem, nihil autem intelligere.

Cæcus nõ iudicat de coloribus

¶Subsequenter in tex.6. docet Arist.& naturam esse, & quid sit natura, supponendum esse in philosophia naturali tanquam primum principiũ indemonstrabile. Auicenna, ut refert Commentator tex.3. ait non esse per C se notum in physica natura esse, nec illud hic Aristotelem docere: sed id solum quòd ad physicum non pertinet hoc demonstrare, sed ad metaphysicum, cuius est aliarũ principia scientiarum demonstrare. Hoc sibi persuadet, quia 7.& 8. huius probat Aristot. omne quod mouetur habere principium sui motus:& 3.cœli probat grauia, & leuia habere principiũ sui motus, puta grauitatem & leuitatem, quod est probare naturam esse. ¶Falsa tamen est opinio Auicennæ. Enimuero cum 1.poste.tex.2.dictum sit de subiecto scientiæ supponẽdum esse,& quòd sit,& quid sit, mens hic Aristot. est docere utrunque esse per

Opinio Auicẽnæ.

Confutatio antedictæ opinionis.

se notum de natura, quæ est princi- D pium motus, à qua dicitur ens naturale & mobile, quod est physicæ primum subiectum. Obi dque uolentes (inquit) demonstrare naturam esse, utuntur hoc tanquam ignoto, & indemonstrabili: cum tamen sit per se notum ad sensum & demonstrabile. Et id quidem patefacit exemplo à cõtrario. Etenim ut cæcus natus, qui nullam de coloribus habere põt sciẽtiam[nam deficiẽte sensu deficit eius obiecti scientia 2.poste.tex.32.]cum de coloribus syllogizat, sola nomina format sine eorum conceptibus: & ideo utitur ignotis, ac si essent sibi nota. Contrario modo contendens de- E monstrare naturam esse utitur tanquã ignoto & dubio, illo quod est per se notum. ¶Quòd uerò ad sensum sit per se notum naturam esse, patet. Nomine enim naturæ uniuersi intelligant id, quo res naturales differunt à non naturalibus, quod est habere intra se principium sui motus. Dicitur enim natura, ut q.1.explicabimus, quasi nascitura, quod est principium nascentium coniunctum ipsi semini quo ab intrinseco disponitur ad generationem. Et inde uniuersaliter principiũ intrinsecum, quo res mouetur appellatur natura: sed est ad sensum per se notum multa entia à se ipsis moueri, F ut manifestum est de motu progressiuo animalium, & de motu grauium, quæ cum permittuntur, sua sponte cadunt: ergo. Dicitur quædam, quia de omnibus nõ est adeo manifestum. Vt de Cœlo non habemus experientiam utrũ à se, an ab alio moueatur. Nec de motu alterationis elementorum id constat ad sensum: cum uideamus non alterari: nisi ab extrinseco. ¶Vnde ad Auicennam respondetur, quòd nec est dubium id naturam esse, quod est principium motus: nec rursus quòd natura sit: sed est de qua libet re dubitabile: quæ nam sit eius natura. Primum utrum utiliter natu-

Solutionis cõclusio.

ra

A ra sit res distincta ab eo cuius est natura. Hoc enim negabat Plato esse necessarium, dicens, quòd aliquid potest à seipso moueri, ita ut nullo modo distinguatur pars, quæ mouet à parte quæ mouetur: cuius contrarium docet Aristot. locis citatis, scilicet quòd omne quod mouetur ab alio mouetur: qui nam sint huic & illi rei, naturales motus, hoc est unicuique scientiæ proprium perscrutari circa suum subiectum.

Tex. 7. ¶ Videtur autem nonnullis, natura & substantia eorum quæ natura sunt: esse quod primum substantiam est unicuique non formatum B per seipsum, ut lecti natura, lignũ: statuæ autem, æs, signum autem dicit Antiphon: quoniam si aliquis defoderit lectum, & accipiat potentiam putredo ut sit germen, nõ utique fieri lectum, sed lignum, tanquã quod secundùm accidens est, esse dispositionem secundùm legem, & artem: substãtiam autem esse illam, quæ etiam permanet, hæc patiens continuè.

¶ Ex diffinitione signata naturæ dubium restat quomodo illic accipian-C tur principium & causa: sit ne natura principium actiuum tantùm, an passiuum, an utrumque. Quam ambiguitatem dirimit in hoc tex. 7. & sequẽ-Tres conclusiones. tibus. Vbi intendit tres statuere conclusiones. Prima est materia, quæ est principalium passiuum est natura. Secunda. Forma nihilominus est natura. Tertia. Forma est magis & perfectiori modo natura, quàm materia. Vbi ex 1. lib. meminisse opus est illius differentię inter ueteres illos philosophos & Aristotelem, quòd illi non attingentes ueram naturam principij materialis, ponebant illud esse ens in actu completum, puta aquam uel aerem, &c. atque adeo formas omnes substantiarum putabant esse acciden- D tia. Illi ergo tantummodo appellabant naturam rei principiũ illud materiale, hoc modo syllogizantes. Natura uniuscuiusque rei (ut nomen ipsum sonat) nihil aliud est, quàm eius substantia, substanria uerò (ut nomen itidem præfert) est illud quod perpetuò manet quocunque accidente corrupto: sed solùm principium materiale est huiusmodi: ergo. Maiorem manifestabat Antiphon exemplo artificialium. Experimur enim in artificialibus, quòd si statuam ligneam Mercurij subtus terram defodiamus, tũc cum putrida germinauerit non pullulabit inde statuam, sed lignum. Signũ E ergo est naturam statuæ, non esse figuram illam, quæ repullulat, sed tantùm lignum.

¶ Si autem & horũ unumquodque ad aliud aliquid idem hoc patitur (ut æs quidem, & aurum, ad aquam: ossa autem & ligna ad terrã, C similiter autem & aliorum quodlibet) illa, est naturam esse substantiam ipsorum. Tex. 8.

¶ Applicat in tex. 8. hoc ad naturalia, hoc modo. Sicut se habet lignum ad lectum, aut statuam, ita in naturalibus aqua se habet ad æs & aurum, & terra se habet ad ossa & ligna: sed lignum est natura statuæ, ergo & aqua F est natura æris & auri: & terra est natura ossis & ligni. Ponit duorum exẽplum: quia metalla & omnia fusilia, dum igne liquescunt resoluuntur in liquorem, quem appellabant aquam: ossa uerò & ligna & lapides non liquescunt: sed igne uertuntur in cineres, & pariter si conterantur. Et ideo substantiam & naturam illorum appellabant aquam: horum uerò terrã.

¶ Quocirca sanè, hi quidem terram, alij uerò ignem, alij autem dicunt: quidam autem aquam, quidam uerò quædam horum, quidam Tex. 9.

au-

A autem omnia hæc, naturam esse eorum, quæ sunt. Quòd enim aliquis ipsorum existimauit huiusmodi, siue unum, siue plura: hoc & tot dicit esse omnem substantiam: alia autem omnia: passiones istorum, habitus, & dispositiones.

¶Infert tex. 9. quòd ex illis aliqui dicebant naturam & principium rerum esse ignem, alij uerò aquam, aut aerem: quidam uerò quædam horũ, idest duo, puta aquam respectu metallorum fusilium, & ceræ, & aliorũ liquorum: terram uerò respectu siccorum. Sed reliqua puta formas auri, ossis, ligni, equi: putabant esse passiones quasdam accidentales illius substantiæ, & naturæ. ¶Contrarium huius quod hic ait Aristot. uidelicet aliquos antiquos posuisse terrã principium, uidetur asseruisse 1. metaph. tex. 14. ubi dixit neminem posuisse terram ut principium. Nulla est tamen contradictio: quia illic solũ dicit, quòd nemo eorum qui ponebant tãtùm unum principium dicebat illud esse terram: sed tamen qui ponebant plura principia, unum quidem eorũ ponebãt terram, ut Empedocles qui ponebat omnia elementa, & Parmenides, qui ponebat ignem & terram, ut habetur eodem lib. cap. 3.

B

Contrarietas in dictis philo. 1. meta. tex. 14. soluitur.

C

Tex. 10.

¶Et horum quidem quodlibet esse perpetuum. Nõ enim esse mutationem ipsis ex seipsis, alia autem fieri & corrumpi infinities. Vno igitur modo: natura sic dicitur: prima unicuique subiecta materia habentium in seipsis motus principiũ & mutationis.

¶Rursus aiebant illam substãtiam & naturam rerum, perpetuam esse, nec fieri transmutationes secundum ipsam, sed solum secundum formas, quæ infinities generantur & corrumpuntur in eadem natura. Vt enim si statua obruatur sub terra, corrumpetur quidem & germinabit lignũ: ex quo iterũ potest fieri similis statua; quæ iterato corrumpi potest manente ligno: & ita infinities, pariter in naturalibus lignum uersum in pulueres rursus germinabit: & ita infinities, manente terra, quæ est natura ligni generabitur, & corrumpetur lignum. Et simili modo manẽte aqua, quæ natura & substantia est metallorum, infinities corrumpetur, & inde rursus generabũtur metalla. Philosophis igitur illis antiquis cõcedit Aristo. hanc conclusionem, quæ apud ipsum est prima. Materia est natura. Vnde natura inquit uno quidem modo dr̃ prima unicuiq; subiecta materia habenti in seipso motũ, & principiũ motus. ¶Vbi adnotãdum est, quòd licèt concedat illis materiam esse naturã, non tamen concedit materiam esse aliquod suppositum completum, ut cẽsebant illi: & ideo ait, quòd natura est prima materia, ad differentiam ligni & aliorum subiectorum artificialiũ: Et rursus (quæ subiecta est unicuiq; habenti in se principium) ad differentiam itidem artificialium, quæ nõ habent in se principium motus, ut dictũ est. Ait principium motus & mutationis, propter generationem, quæ non est motus, sed mutatio. Quibus uerbis argutè insinuat aduersus illos quòd lignum quod est subiectum formæ artificialis, non est natura, sed habens naturam: natura uerò est prima materia ligni, in quam resoluitur putrefactum lignum, de cuius potẽtia per uirtutem seminalem educitur forma arboris, quæ inde pullulat.

D

Prima cõclusio.

E

F

¶Alio autem modo: forma & species, quæ secundùm rationem. Vt enim ars dicitur, quod secundùm artem, & artificiale: sic & natura, qđ secũdùm naturam dicitur, & quod naturale. Neque autem illud adhuc dicimus habere secundùm artem

Tex. 11.

A aliquid: si potentia tantùm est lectus, nondum autem habet speciem lecti, neque esse arte: neque in iis quæ natura subsistunt. Potentia enim caro aut os: neque habet adhuc sui ipsius naturā priusquàm accipiat speciem, quæ secundùm rationem, quàm diffinientes dicimus quod est caro, aut os, neque natura est.

Secunda cōclusio. ¶ Addit aduersus priscos in textu hoc undecimo conclusionem secundam. Alio modo natura est forma, B & species, quæ est secundum rationem, idest forma, unde res sumit speciem, quæ exprimitur per diffinitionem. Nomine enim rationis, intelligit quidditatiuam diffinitionem. Ob idque ait, alio modo, quia alia ratione materia dicitur natura, alia uerò forma. Probat conclusionem Prima ratio. tribus rationibus. Prima est. Quemadmodum in artificialibus illud est ars, a quo res dicitur artificialis, & secundùm artem, ita in naturalibus illud est natura, à quo res dicitur naturalis, & secundùm naturam, [nam sicut ars ad artificialia, ita natura ad naturalia] sed in artificialibus non dicitur aliquid lectus, aut statua, eo quòd sit in potentia lectus C aut statua: nam lignum informe non dicitur res artificialis, aut secundùm artem: sed tunc dicitur talis, quando est sub forma artificiali: ergo neque in iis, quæ natura subsistunt, dicitur res naturalis: puta os aut caro, propterea quod sit in potentia talis: nam tunc semen animalis diceretur animal: sed dicitur naturale os, quando actu habet formam ossis: & naturalis equus, quando actu habet formam equi: ergo sicut in artificialibus forma est ars, ita & in naturalibus forma est propriè natura. Non accepit artem pro habitu, qui est in artifice, sed pro forma: quia effectus sortitur nomen causæ: dicimus enim D imaginem, optimam esse artem. Erue medullam huius rationis, qua certè ingeniosè Arist. redarguit antiquos, Nota. intendens quòd non deberent arguere ex analogia materiæ artificialium ad rimandum naturalium naturam: sed potius ex analogia formæ ad formam, ut sicut artificialium est id, à quo res artificialis sortitur speciem, & per consequens à quo dicitur artificialis, ita id à quo res dicitur naturalis est forma, & per consequens illa est perfectius natura.

¶ Quare: alio modò naturæ uti Tex. 12. que erit habentium in seipsis mo- E tus principium, forma & species non separabilis existens, nisi secundùm rationem. Quod autem est ex his: natura quidem non est, sed à natura, ut homo. Et magis natura hæc est, quàm materia. Vnumquodque enim tunc dicitur: cùm entelechia sit, magis quàm cum potentia.

¶ Concludit ergo in textu duodecimo propositam conclusionem, scilicet quòd forma, & species [idem enim est] alio modo est utique natura, quàm materia. Non negat quin materia suo modo sit natura: sed dicit quòd forma est alio modo. Subdit autem, quòd forma non est à materia separabilis existens secundùm rem: quia forma naturaliter sine materia esse non potest: est tamen separabilis secundùm rationem, idest secundùm essentiam & diffinitionem quidditatiuam. Materia enim dicitur natura, eo quòd est in potētia ad formam rei naturalis: forma uerò est natura, eo quòd est actus quo res naturalis sortitur speciem & diffinitionem quidditatiuam. Homo autem & quodcunque compositum non dicitur natura, sed à natura, idest ens naturale.

Aliter forma, quā materia est natura. F

turale.

A turale. An uerò natura æquiuocè significet materiam, & formam quæstio.1.disputatur.

Cõclusio. ¶Hinc infert tertiam conclusionem, scilicet quòd forma est magis natura quàm materia, idest perfectiùs: non solùm quod forma est perfectior quàm materia in genere entis, sed quòd ratio naturæ & principij est præstantius in forma quàm in materia. Materia enim est natura eo quod est principium passiuum motus eius in quo est: forma uerò eo quòd est actus & perfectio à quo res sortitur speciem. Et hoc est quod ait formam esse entelechiam.i.actum per-
B ficientem rationem speciei.

Tex.13. ¶Ampliùs, fit ex homine homo: sed non lectus ex lecto. Quapropter etiam dicunt figuram non esse naturam, sed lignum: quoniam fiet utique si germinabit.non lectus, sed lignum, si ergo hoc est ars: & forma est natura: fit enim ex homine homo.

Ratio secunda. ¶In textu 13. probat eandem conclusionem secundam secunda ra-
B tione: qua sane antiquos suo ipsorum pugione confodit. Illud est rei cuiuscunque natura, quod suapte natura reddit & permanet quacunque alia forma corrupta: quod Antiphon cõfitetur, dicens, lignum esse naturam lecti, formam uerò minimè, eo quòd lectus cum sub terra obruitur, germinat lignum sine forma lecti: at uerò tunc non solùm materia ligni reddit, sed forma ligni: ergo qua ratione dicũt lignum esse naturam: concedere subinde habẽt formam ligni esse naturam. Imo potius formam quàm lignum: nam si ex lecto nasceretur lectus, sicut ex homine homo, & ex ligno lignum, formam lecti meritò appellassent naturam: quia natura est id secundùm quod simile generat sibi C
simile, & forma est ratio similitudinis geniti ad generans. Itaque qua ratione negãt formã artificialem lecti esse naturam, affirmare tenentur formam ligni esse naturam.

¶Ampliùs autem: natura dicta Tex.14.
ut generatio, uia est ad naturam. Non enim vt medicatio dicitur nõ ad medicinam uia, sed ad sanitatem (necesse enim est: an medicina nõ ad medicinam esse medicationem) sic natura se habet ad naturam, sed quod nascitur: ex quodam in quidam uenit, quatenus nascitur. Ad quod igitur nascitur? non ad id ex D
quo, sed ad quod.

¶In text. 14. subditur tertia ea- Ratio tertia.
dem que arguta ratio. Ad cuius euidentiam notato, quòd motus quando significatur per modum actionis, denominatur à principio à quo: cũ uerò significatur ut passio, denominatur à termino ad quẽ. Cuius ratio est, quod motus eo quod est ut uia in fieri denominatur à suo actu: actus uerò actionis est forma, unde procedit actio, sed terminus passionis est forma ad quam terminatur passio. Exẽpli gratia. Medicatio significat motum per modum actionis, & ideo de- E
nominatur à medicina, quæ est principium eius actiuum, sed sanatio est nomen passionis, quæ recipitur in animali, & ideo denominatur à sanitate. Vnde medicatio non est uia ad medicinam, sed à medicina: neque sanatio est uia à sanitate, sed ad sanitatem. ad propositum natura, ut hic insinuat Arist. est æquiuocum, significãs & uiam.s.generationem, quæ dr̃ nascitura & natiuitas: & pterea terminũ generationis, à quo generatio dicitur natiuitas. Et hoc est quod ait. [Eodem modo (.i.sicut sanatio à sanitate) natura dicitur à natura] i.natura denominatur à nascitura. Tunc ra

A tiocinatur hoc modo quod nascitur à quodam in quoddã nascitur. i. de potentia materiæ prodit in actũ formæ [ut equum nasci est de potentia seminis in actum formæ prodire] A quo ergo illud denominabitur nasci & motus denominabitur natiuitas: ab illo ne à quo nascitur, puta à materia, an ab illo ad quod nascitur, scilicet à forma? Quasi dicat denominabitur certè ab illo termino ad quem nascitur: quia nasci significatur per modum passionis. Probè B ergo colligit quòd forma sit magis natura quàm materia, vt potè cùm à forma motus generationis dicatur natiuitas, & suppositum dicatur nasci. ¶Hinc elicitur quòd generatio est motus ad naturam: coruptio uerò motus à natura quæ corrũpitur.

Tex. 15. Forma itaque, natura est: sed forma & natura dupliciter dicitur. Etenim priuatio: species quodam modo est. si autem est priuatio & contrarium aliquod circa simplicem generationem, aut nõ est: posterius considerandum est.

¶Tandem tex. 15. & postremo huius capitis ait quòd forma & natura C dupliciter dicitur. s. de specie, puta de forma, & de priuatione formę. Hoc bifariam potest quis fortè sentire. uno modo ut priuatio quæ est tertium principiũ rei naturalis [nempè negatio formæ in subiecto apto, quæ est terminus à quo generationis] sit quodammodo forma & natura. Hic tamen sensus stare non potest: tùm quia ut quæstione ultima libri primi dicebamus, priuatio nihil positiuum dicit, sed negationem & absentiam formæ: quare neutiquã censeri potest esse forma: tum etiã quia intentio Aristote. est ex tribus principijs generationis solam materiam & formam appellare naturam. Et ideo Commentator & ferè omnes dicunt quòd priuatio accipitur D hic pro forma duarum contrariarum minùs perfecta: quam quæstio. 5. explicuimus uirtualiter includere priuationem suæ contrariæ. Est enim nigredo quodam modo priuatio albedinis: & frigiditas, caloris, & forma plantę, formę animalis &c. ¶Sed restat dubitatio, quamobrem Arist. induxerit hunc, distinctionem hanc, arbitror id causæ fuisse, ꝙ cum proxime dixerat generationem dici natiuitatem à forma genita, quæ est terminus ad quem & natura: poterat quis ambigere, dum res perfecta corrumpitur in imperfectam, ut cum lignũ putrefit, exsiccatur ar- E bor, aut moritur animal, corruptionem huiusmodi non esse generationem seu natiuitatem: atque adeo formam cadaueris, aut quancunque aliam corruptionis non esse naturam. Ait ergo huiusmodi formas, licèt, sint quodammodo priuationes perfectiorum, nihilominus esse naturas. Vnde illam elicit maximam Physicam. 3. huius textu. 73. & 1. de genera. textu 16. quòd semper corruptio unius est generatio alterius. Ad quæ quidem loca forsan annuit hic dicẽs, quòd posteriùs est considerandũ, an in simplici. i. substantiali generatione semper corru- F ptio unius qđ se hẽt ut priuatio, sit generatio alterius, qđ se hẽt ut forma. Vel forte alludit ad 5. huius tex. 10. & 2. de gene. tex. 24. ubi disputat, an sicut in generatione secundum quid, puta alteratione, cõtrariũ fiat ex corruptione sui contrarij, ita in generatione simplici, idest substantiali, forma quæ corrumpitur sit contraria formæ, quæ gignitur.

¶ *Sequitur quæstio 1. super tex. 3.* Tex. 17

Vtrum diffinitio naturæ, &c.

A QVID INTER PHYSICAM differat, & Mathematicam.
CAP. II.

Tex. 16. VONIAM autem determinatum est quot modis natura dicitur: post hoc speculandum est, quo differt Mathematicus à Physico. Etenim plana, & solida, habent physica corpora, & longitudines, & puncta, de quibus considerat Mathematicus.

¶ Postquam superiori capit. praie-B cit Aristot. ceu fundamentum huius libri, quid est natura, quæ est uelut medium primum demonstrationum huius scientiæ: quid ens naturale, qđ est subiectum: & quid secundùm naturam, quæ sunt propriæ passiones: in hoc cap. quod. 11. habet textus (constituit differentiam inter scientiam hanc physicam, & mathematicam: ea de causa quia cum tractent de eisdem ferè rebus, posset quis suspicari esse eandem scientiam. Facit ergo duo argumenta ad quæstionem. Primum in hoc tex. 16. Illæ scientiæ quæ communicant in subiecto, sunt eædem, aut saltem una est pars scientiæ phy-C sicæ: sed physicus, & mathematicus communicant in subiecto: philosophatur enim uterque de solidis, scilicet de corporibus, & de longitudine, puta de linea, & de punctis: nam physicus tractat de ente mobili: quod nō potest esse, nisi materiale, & per consequens trinam habens dimensionem: & tractat de lineis, nam tractat de terminis quantitatis augmenti, & decrementi.

Tex. 17. Amplius autem si Astrologia, alia est: an pars Physicæ, si enim Physici est quid sit Sol aut Luna scire, accidentium autem per se nullum: inconueniens est. & præsertim cùm uideantur dicere, qui circa naturā uersantur: & de figura Solis & Lunæ; & utrum spherica sit terra, & mundus, an non. D

¶ Secundum est in tex. 17. Illæ scientiæ sunt eadem, quibus eadem est pars specifica: sed astrologia est pars mathematicæ, ut notum est: quippe quæ tractat de quantitatibus orbium & siderum & motuum eorum: & est itidem pars physicæ: nam una pars physicæ est de Sole & Luna, ut potè quæ sunt entia naturalia: & qui tractat de rei cuiuspiam substantia, habet & de eorum omnibus accidentibus differe- E re: ergo physica, & mathematica in idem concidunt. ¶ Quod adhuc confirmat auctoritate ueterum physicorum qui de figura Solis, ac Lunæ terræque & totius orbis in quantum physici pertractarunt.

De his igitur negociatur, & Mathematicus: sed non quatenus Phy- E sici corporis terminus est unūquodque, neque accidentia speculatur: quatenus talibus existentibus accidunt. QVA propter: & abstrahit. abstracta enim sunt intellectu à motu & nihil refert. Neque fit mendacium: cum abstrahunt.

Tex. 18. Abstrahētium non est mēdacium.

¶ Quæstionem diluit in textu decimooctauo, dicens physicam diuersam esse à mathematicis scientiam: nam quamuis idem habent obiectum materiale, non tamen habent idem formale. Considerant enim quidem de rebus eisdem, rationibus longè diuersis. Hoc iam quæstione prima notum fecimus: mathematicus enim tractat de quantitate, abstrahendo à materia sensibili: puta de triangulo, aut circulo, abstrahendo à ligneo, ęneo, albo, nigro &c. Physicus uerò tractat de figuris, ut sunt

A termini rerum naturalium. Atqui hæsitare quis posset: quodammodo intellectus possit abstrahere quantitatem à substantia, cum in rei ueritate absque substantia naturaliter esse non possit: addit abstractionem huiusmodi non esse mendacium. Vbi uulgata est illa distinctio abstractionis duplicis. Alia enim est negatiua: qua scilicet, negatur hoc esse hoc. Et hæc falsa esset, qua negaretur quantitatem, & eius figuras esse in substantia. Sed alia est abstractio præcisiua, quæ non est negatio, sed contemplatio alicuius rei, aut alicuius rationis præscindendo ab aliis cum quibus in re coniungitur. Sicut posset quis albedinẽ lactis considerare sine dulcedine: non tamen iudicando album non esse dulce. Ex hac præcisiua abstractione potest, id quod est prius natura abstrahi ab eo, quod est posterius natura. Possumus enim rationem specificam hominis abstrahere à Petro: & rationem genericam animalis, ab homine: esto Petrus formaliter sit homo, & animal. Et pari ratione, cum quantitas sit uelut subiectum omnium aliorum accidentium sensibilium, atque adeo prius: immo realiter distinctum ab illis: possumus considerare quantitatem abstrahendo ab albedine, & nigredine: quin etiam abstrahendo à substantia, etiam secundùm opinionem tenentium, quòd non distinguitur realiter ab illa.

Abstractio duplex.

B

C

Tex.29. Latent autem qui hoc faciunt: & qui ideas dicunt. Physica enim abstrahunt, cùm minus sint abstracta à mathematicis. ¶ Fiet autem hoc manifestum: si aliquis utrorumque tentauerit dicere terminos, & ipsorum, & accidentium. impar enim erit & par, & rectum & curuum, adhuc autem & numerus, & linea, & figura: sine motu caro autem, & os, & homo: non amplius. sed hæc, sicut naris sima, sed non sicut curuum dicuntur. D

¶Vnde tex. 19. subnotat Platonem, quòd ex ignorantia huiusmodi abstractionis lapsus est in idearum errorem. Et hoc est quod ait (latent autem qui hoc faciunt, & qui ideas dicunt) idest hoc modo abstrahentes latent eos qui ponunt ideas. Ac si dicat ponentes ideas ignorat hunc modum abstrahendi per intellectum id quod in re non est separatum. Et hac de causa ponunt species realiter separatas ab indiuiduis: quæ tamen sola sunt ratione separabiles. Et hoc est quod ait, illos abstrahere physica, quæ minus abstracta sunt, quam mathematica. Nam secundùm Aristot. quantitates, de quibus considerat mathematicus, licet non possunt esse naturaliter sine substantia, ab ea tamen realiter distinguuntur: species uerò, de quibus considerat physicus, non solùm nõ possunt esse sine indiuiduis, uerùm nullo modo distinguuntur ab illis, nisi sola ratione. Petrus namque, & realiter, & formaliter est homo. ¶Fiet autem manifesta (ait Aristot.) differentia mathematicæ à physica, quòd mathematicus considerat par & impar, curuum & rectum, non considerando in qua materia sint: physicus autem considerat curuitatem: non quidem abstractam, sed eam quæ est in naso. Diffinit enim ꝙ finitas, aut aquilitas est nasi curuitas: illa quidem caua, hæc uerò, prominens. Et pariter tractat de figura ossis, de figura hominis &c. E F

Tex.20. Demonstrant autem: & quæ ex mathematicis magis physica sunt, ut Perspectiua, & Harmonica, & Astrologia: è contrario enim quodammodo se habent ad Geometriam. Geometria enim, de physica

fica

A fica linea considerat, sed non quatenus est physica. Perspectiua autem: mathematicam quidem lineam, sed non quatenus mathematica: sed quatenus physica est.

Sientiæ mediæ.

¶In textu uigesimo perspicacius ad huc differentiam hanc manifestat argumento à maiori. Perspectiua, & musica, quæ sunt mediæ inter merè mathematicas & merè physicas, proprius tamen physicæ, quamuis connumerentur inter mathematicas: istæ (inquit) scientiæ differunt à Geometria, & Arithmetica, quæ sunt purè B mathematicæ: ergo à fortiori scientia purè physica differt à mathematica. Probat antecedens, qui geometria considerat quidem lineam abstrahendo ab omni materia sensibili: perspectiua uerò considerat lineam physicam, scilicet usualem, quæ non procedit ab obiecto ad potentiam. Et pariter Arithmetica tractat de pari, & impari, abstrahendo à materia sensibili: musica uerò de numero proportionali in somno, qui armoniam contemperat. Dicuntur hæ scientiæ magis physicæ, ut probè ait S.Thom. quia habitus sortitur speciem à fine: & finis istarum est speculari proportionem in re sensibili. C

Tex.21.

Cùm autem natura duplex sit, & species & materia, ut si de simitate quid sit consideremus, sic contemplandum est. Quare neque sine materia, neque secundùm materiam: quæ huiusmodi sunt. Etenim iam & de hoc dupliciter dubitabit quis: cum duæ naturæ sint, de utra est Physici, an de eo quod est ex utriusque? sed si de eo quod est ex utriusque: & utraque: Vtrum igitur: eiusdem aut alius, utramque cognoscere.

¶In textu uigesimoprimo, & in parte reliqua huius capitis, constituta differentia inter physicam, & mathematicam, manifestare prosequitur Ph. quousque protendatur intentio physicæ scientiæ. Vnaquęque enim scientia, ut habet propria principia à quibus proficiscatur, ita habet, & proprios terminos ad quos usque pertingat. Et ideo, cum duplex sit natura, scilicet species (idest forma) & materia: quæstionem mouet, utrum physicus habeat de utraque considerare. At qui duobus uerbis insinuat argumenta duo ad partem affirmatiuam. Primum quia cum physicus naturalis habeat considerare de natura: & tam materia, quàm forma sit natura, sequitur ut utriusque sit eius consideratio. Secundò quia cum physicus, ut modò dicebamus, differat à mathematico: & ille tractet de formis accidentalibus, ut abstrahuntur a materia, physicus uerò de substantialibus, ut sunt in materia, consequens est ut physicus tractat de utraque natura. ¶Duplicem ergo proponit dubitationem. Prima utrum physici sit considerare de utraque natura. Sed hanc, tanquam ex proximis uerbis satis solutam, relinquit. Secunda dubitatio est utrum physicæ scientiæ sit tractare de composito ex utraq; natura, & per consequens de utraque natura, utrum eiusdem partis physicæ sit utraque cõsideratio, an alterius sit tractare de materia, & alterius de forma. Quod est quærere, utrum sit de diuersis partibus subiectiuis, idest speciebus entis mobilis, puta de cœlis & de animalibus, sint diuersæ partiales scientiæ physicæ, ita & de materia, & forma, quæ sunt partes essentiales, sint diuersæ scientiæ.

D

E Physicus debet considerare de materia, & forma propter duas rationes.

Prima dubitatio soluta.

Secunda dubitatio F

Tex.22.

Ad antiquos enim aspicienti: uidebitur utique esse materiæ ad exiguam enim partem quandam Empedocles & Democritus speciem, &

A quod quid erat esse: tetigerunt. si autem ars imitatur naturam, eiusdem autem est scientiæ cognoscere speciem & materiam usque ad aliquid, (ut medici sanitatem, & choleram, & phlegma: in quibus est sanitas. similiter autem & ædificatoris: speciē domus, & materiam, lateres scilicet & ligna. similiter autem, & in aliis) & physice utique erit cognoscere utrasque naturas.

¶In textu uigesimo secundo respondet ad quæstionem, quòd scilicet ad eandem prorsus partem physicæ pertinet tractare de materia & forma. Ait ueruntamen, quòd antiquos aspicienti uidebitur, quòd speculatio physica solùm sit circa materiam: & nihil circa formam: propterea quòd consideratio physica solùm est de natura, & illi materiale dumtaxat substantiuum censebant esse naturam. Præter Empedoclem, & Democritum: qui parum exiliterque insinuarunt de ratione formæ. Quippe quorum primus ponebat res fieri per commixtionem diuersorum elementorum, ex quibus resultaret mixtum, quodammodo differens ab illis: alter uerò dicebat compositum fieri per concursum atomorum diuersarum figurarum. ¶Probat autem conclusionem positam tribus rationibus. Prima. Ars imitatur naturam: ergo ex artibus possumus naturam indagare. Nam sicut natura educit formam de potentia materiæ, disponendo prius illam, & tamen gignendo ens naturale, ita & artifex ex præparatis & dolatis lapidibus, & lignis facit domum: & ex mollificato ferro facit ensem: & ex præparato ligno statuam: sed ad artificem, cuius est inducere formam, pertinet etiam considerare materiam, in qua & ex qua operatur: ergo, & ad philosophum naturalem pertinet, nō solum formam, sed materiam considerare. Ait uerò, usque ad aliquid, quia ad medicum, cuius est sanitatem facere in corpore humano, pertinet phlegma, & sanguinem aliosque humores cognoscere, quæ sunt materia sanitatis (nam sanitas est humorum proportio) & ideo debet cognoscere an phlegma superabundet, an sanguis sit putridus &c. sed tamen inquantum medicus non tenetur scire an sanguis sit generosus, an complexio sit apta ad scientias, uel uirtutes: quia hæc nihil pertinent ad sanitatem. Et similiter artifex debet considerare an lateres sint bene cocti, sint ex terra bona, an ex sabulo, an uerò sint albi, uel nigri, non pertinet ad ipsum. Et statuarius, considerat an lapis habeat neuos & maculas, habeat grana grossa: & lignum sit ne durum, an molle: quatenus requiritur ad artem. An uerò sit calidum an salubre: an germinans dulces fructus necnè: non pertinet ad ipsum. Eodem modo ad physicum pertinet cognoscere materiam quatenus est potentia, & principium passionum formæ: quem uerò gradum entis habeat in rebus, hoc pertinet ad metaphysicum.

B Secundæ dubitationis solutio.

C Prima ratio.

D

E

Insuper eiusdem est: id cuius gratia & finem, & quæcunque sunt horum gratia. natura autem: finis est, & id cuius causa. quorum enim continuo motu existente, est aliquis finis ipsius motus hic ultimum est, & id cuius causa. Quo circa, & poeta: derisoriè adductus est, ut diceret. Habet finem, cuius quidem causa factus est. VVLT enim: non omne ultimum esse finem, sed optimum.

Tex. 23.

F

FINIS qui nam cēsendus sit.

¶In textu uigesimotertio subditrationem secundam. Ad eandem scientiam pertinet cognoscere & finem, &

Secunda ratio.

A ea quæ ſunt ad finem: ſed natura, ideſt ſpecies quæ conſtituitur per formam, eſt finis ad quem materia ordinatur: ergo ad eandem ſcientiam pertinet cognoſcere & materiam & formam. Minorem probat ſic philoſophus. Illud quod eſt finis, ideſt terminus alicuius motus continui, eſt ultimum (id eſt optimum) & id cuius gratia fit motus: ſed id ad quod terminatur generatio, eſt forma per quam ſuppoſitum conſtituitur in certa ſpecie: ergo forma eſt ultimum, & id cuius gratia eſt generatio, & per conſequens cuius gratia eſt materia, quæ eſt ſubſtantiuum generationis.

B ¶Ad euidentiam huius textus notandum eſt quòd nomen finis æquiuocum eſt. Accipitur enim uno modo, aut pro extremo alicuius rei, ut dicimus finis terræ, aut pro termino alicuius durationis, ut erit finis mundi, & mors hominis dicitur finis eius. Alio modo accipitur pro cauſa finali: quæ eſt id cuius gratia res fit. Ad cuius rationem non ſufficit quòd ſit ultimum rei: ſed cum hoc requiritur quòd ſit optimum, & id quod intenditur in motu, aut generatione.

¶Quòd ſi quis quærat modum cognoſcendi quando aliquid quod eſt ultimum, eſt etiam finis cuius gratia. Reſpondet hic latenter, ſed ingenioſè

C Ariſtot. quòd finis, id eſt terminus motus, quando motus eſt continuus, eſt finis optimus & cuius gratia. Motum continuum appellat illum qui nõ interpollatur. Exempli gratia. In generatione animalis eſt emiſsio ſeminis, & alteratio eius in matrice: quæ terminatur ad generationem & vitam animalis geniti. Vita ergo eſt finis, id eſt id cuius gratia, quod eſt cauſa finalis. Sed cum animal peruenit ad perfectum ſtatum, incipit poſtea alius motus contrarius tendens ad corruptionem animalis: qui proinde non eſt continuus cum præcedenti. Eſt enim ſicut graue proiectum ſurſum, quod

Modus cognoſcẽdi quãdo id quod eſt ulti. eſt & finis.

D in puncto reflectionis quo incipit cadere quieſcit. Mors igitur animalis eſt quidem finis, ideſt terminus uitæ illius: non tamen eſt cauſa finalis, quia non eſt optimum, & id cuius cauſa genitum eſt animal. Ideoque dicere (ut eſt in ſermone uulgi) mortem eſſe finem ad quem homo natus eſt (ita enim loquitur vulgus, ut natus ſum ad moriendum, ita hoc eſt uerum) hæc inquam falſa locutio eſt, laborans æquiuocatione finis. ¶Secundo notãdum eſt quòd iſte innominatus poeta (quem Philoponus ait fuiſſe Euripidem) inducitur quaſi loquens de aliquo nuper defuncto. Vt ſi dicas Priamo, cum animam exalauit. (Habet finem cuius cauſa factus eſt.) Di- E

cunt aliqui interpretes hoc dixiſſe irriſoriè, eo quòd uidetur nugatio, cum dicitur, finis, & id cuius cauſa, ac ſi diceretur homo animal. Attamen irriſio certe non conſiſtit in hoc, quia nulla eſt negatio, ſed potius diffinitio, cum dicitur, finis eſt id cuius gratia. Sed irriſio conſiſtit in æquiuocatione finis: quia mortem quæ eſt finis, id eſt terminus, appellauit finem, id eſt cauſam finalem. Ac ſi homo propter hanc cauſam natus ſit, ut moriatur. Et poteſt aduerbium, irriſoriè, accipi paſsiuè: nam ſi ille aſ- F

ſertiuè hoc dicebat irridendus eſt. Et hunc ſenſum inſinuat traductio Argiropoli. Si tamen illud proferebat iocosè, tunc irriſoriè accipitur actiuè: quaſi quod ipſe irridebat ſophiſma. Et hunc ſenſum exprimit uerſio Boetij, & hæc Varabli, ut patet in uerbis ſequentibus [vult enim] & ita habetur Græcè, βούλεται, id eſt: bene enim poeta intelligebat non omne ultimum eſſe finem: ſed illud quod eſt optimum. Inducit ergo Ariſ. poetam ad explicãdum illam particulam: [Cõtinuo motu exiſtẽte] i. finis cuius gratia, non eſt terminus cuiuſcunque motus, ſed vltimum, quod continuo

motu

A motu intéditur ab agente. Vnde. 5. meta. tex. 21. mors (inquit) non est finis, nisi metaphoricè: quia est perfecta corruptio, & vltimum malorum.

Tex. 24. NOS sumus finis omnium.

Quoniam & faciunt artes materiam: aliæ quidem simpliciter, aliæ verò operi accommodam, & vtimur, tanquam propter nos, omnibus quæ sunt. SVMVS enim quodam modo & nos, finis. dupliciter enim est, id cuius causa. dictum est autem, in eo qui de Philosophia.

Tex. 25.

¶ Duæ igitur sunt artes quæ dominantur ipsi materiæ, & quæ sunt cognoscentes, ea B quæ vtitur, & factiuæ quæ architectonica est. quapropter & quæ vtitur architectonica quodá modo est. differt autem quatenus hæc quidem quæ speciem cognoscit, architectonica est, alia autem, vt effectrix materiæ. Gubernator enim qualis sit species aliqua temonis cognoscit, & pręcipit. Alius autem, ex quo ligno, & quibus ex motibus est. In ijs igitur quæ sunt secundum artem, nos facimus materiam propter opus. sed in physicis est.

C ¶ In tex. 24. & 25. subsequitur vel noua ratio, vel explicatio eiusdem minoris, quomodo videlicet materia naturalis est propter formam, & forma est finis materiæ. Pro cuius intellectu notandum est quatuor hic adnotari ab Aristotele artiū genera: duas quæ versantur circa materiam: tertiam, circa formam: quartam circa vsum.

Artium quatuor genera.

Est enim ars omnium infima, quæ solùm facit materiam simpliciter. vt ars faciendi lateres domibus extruendis. Alia est paulò altior, quæ præparat materiam. vt ars fabri lignarij: qui dolat & præparat ligna ad construendam nauem. Interserit tamen parenthesim, dicens, quòd finis omnium quæ arte fiunt nos D sumus. Duplex enim est finis alicuius rei aut actionis. vt habetur 5. metaph. quem locum hic citat. Quamuis expressior sit hæc distinctio 2. de anima tex. 37. Alter enim est qui dicitur finis cuius, & alter finis quò: vt finis cuius respectu domus, est homo: finis verò quò, est habitatio.

Finis duplex.

Et ideo dicit quòd finis quodam modo omnium artium, idest finis cuius, est homo: fines verò quibus, sunt diuersi vsus diuersorum artificiorum. vt finis nauis nauigatio: finis equi equitatio. Quare non solum finis rerum artificialium, verùm omnium naturaliū est homo: quippe qui omnibus utitur tanquam ijs, quæ eius E causa facta sunt. ¶ Alię duæ (inquit tex. 25.) sunt artes architectonicæ, idest, principantes & dominantes artib. uersantibus circa materiam, scilicet ars inductiua formæ, ut ars construendi nauem, & ars quæ utitur naui, scilicet ars nauigandi. Artem aliquam dominari alteri inferiori, est præcipere artifici quomodo debeat operari. ut ars equestris præcipit frænefactiuæ, dirigendo quale debet esse frænum: tale enim debet facere frænum faber ferrarius, quale sit ad equitationem accommodatius secundum iudicium equitis. Ait ergo quòd tàm ars inductiua formæ, quàm ars usualis est architectonica. Nam ars usualis est maximè om- F nium suprema: nempe quæ habet iudicare de specie & forma nauiū. Secundum.n. iudicium nautæ debet ars con struẽdarum nauiū facere formā nauis, & formam temonis, & aliorum instrumentorum nauis. Sed tamē ars nauifactiua est architectonica respectu artis, quæ præparat ligna. Artifex enim nauium præcipit fabrilignario qua forma debeat dolare ligna. Sicut architector arcis præcipit illis qui dolant lapides, facere eos, aut quadratos, aut rotundos. Ars uerò præparandi materiam habet iudicare de materia ipsa quam præparat. ut faber lignarius, an

A lignum sit solidum. An sit aptum dolabræ. Sicut qui construit parietem debet iudicare an lateres sint benè cocti. ¶Applicat Aristo. artificiosè quidem artem ad naturam, dicens, quòd quemadmodum in artificijs nos facimus materiam & eam præparamus, ut sit apta ad talem formam artificialem, ita in operibus naturæ materia ipsa, nō quidem fit (quia est perpetua) sed est propter formam. Vnde tandem colligitur intenta cōclusio, scilicet quòd ad eandem scientiam physicam pertinet considerare, & de materia & de forma.

Tex. 26. Amplius eorum, quæ ad aliquid, B materia est. ad aliam enim speciem: alia materia. Quousque ergo: Physicum oportet cognoscere speciem, & ipsum quid est? an quemadmodum medicum, neruum: aut fabrum, æs, vsque ad aliquid? Alicuius enim gratia: vnumquodque, & circa ea quæ sunt separabilia quidem specie: in materia autem. homo enim, hominem generat: & sol. Quomodo autem se habeat hæc separabilis, & quid sit: Philosophiæ primæ est officium determinare.

C ¶In textu denique 26. & postremo huius capitis addit primò postremam rationem eiusdem conclusionis. Eorum, quæ ad se mutuo referuntur, eadem est scientia, sed materia dicitur relatiuè ad formam: ergo cognitio materiæ & formæ ad eandem scientiam spectat. Non intelligit materiam esse relationem secundum esse: quandoquidem est pars substantiæ, sed quòd est relatiuum secundum dici. Quia natura materiæ non exprimitur, nisi in ordine ad formam: sicut potētia diffinitur in ordine ad actum. Vt enim in artificialibus cuicunque formę adaptatur sua propria materia, ita in naturalibus dispositiones materiæ sunt secundùm naturam formæ. ¶Concludit tandem D Aristo. quousque extendatur scientiæ physicę speculatio. Ait enim quòd quemadmodum medicus inquantum medicus non considerat de neruo inquantum neruus est, scilicet ex tali materia & forma, sed inquātum est subiectum sanitatis: & faberlignarius non considerat naturam ligni inquantùm est fructiferum, aut inquātum sanitatis causa (ut est lignum indicum) sed inquantum aptum ad suam artem: ita physicus debet considerare de formis non simpliciter, sed quatenus sunt actus materię. De formis enim quatenus abstrahūt à materia, metaphysica est contemplatio: E sanè cùm illa scientia tractet de substātijs separatis: physica uerò tractat de formis generabilium, & corruptibilium. Ex quo sequitur quòd consideratio de anima rationali, quatenus est actus corporis, id est secundùm operationes in quibus dependet à corpore, attinet ad physicum cōsiderare, & ita in libris de anima considera tur de sensationibus & de intellectionibus, in quibus pro isto statu necesse est phantasmata speculari. Ibi autem sistit physicus: incipitque de anima separata speculari theologus.

¶*Sequitur quæst. 2. super tex. 7. & tex. 18. Vtrùm naturalia &c.* F

DE CAVSIS.
CAP. III.

Tex. 27. DETERMINATIS autem his: considerandum est de causis, & quæ & quot numero sunt. Cum enim sciendi gratia hoc negocium sit, scire autem non prius opinamur unūquodq; quam utique ceperimus propter quid circa vnumquodq;, hoc autem est accipere primam causam: manifestum quòd & nobis hoc faciendum est, & de

A de generatione, & corruptione, & de omni Physica mutatione. vt scientes ipsorum principia: reducere ad ipsa, tẽtemus quęsitorum vnũquodque.

¶ Secundum membrum principale huius libri, vt in eius partitione dicebamus, est de causis rei naturalis. Quapropter in hoc 3. cap. per 12. textus distributo agit Philosophus de quatuor generibus causarum naturalium, & in tribus sequentibus cap. agit de fortuna: quæ est causa nominalis. ¶ In 1. textu, qui est ordine 27. proponit quòd determinatis his scilicet diffinitione naturæ, & quousque intentio huius
B scientiæ progrediatur, rimari oportet causas, ac potissimùm causam primam rei naturalis. Quod hac ratione probat. Consideratio rerum, quæ est propter scire, debet primas cãs primùm omnium statuere, ad quas suas demonstrationes reducat: sed physica est propter scire rem naturalem: ergo prænoscere habet eius causas. Insinuat in maiori alias esse scientias quæ non sunt propter scire, sed propter operari, ut philosophia moralis & ars mechanica, in quibus non est necessarium omnes rei causas cognoscere. Philosophus enim moralis non perscrutatur
C habitum uirtutis, an sit quantitas uel qualitas, an intendatur per radicationem in subiecto, an uerò per additionem gradus, sed solùm quomodo generetur ex actibus uirtutis, quomodo operetur ex electione & firmiter, &c. Et pariter faberlignarius, ut modò dicebamus, non considerat causas naturales ligni, sed an sit molle uel durum, ad suam artem. Physicus autem considerat res naturales non ad faciẽdum illas: quia non est in nostra potestate eas facere, sed ad cognoscendum contemplationis gratia. Et quia, ut in primo dictum est, tũc rem cognoscimus, quando causas eius usque ad primas cognoscimus, colligitur. ut ad philosophiam naturalem pertineat conside rare causas rei naturalis. Vnde illud inter philosophos prouerbium ortum habuit. Felix qui potuit rerum cognoscere causas. D

Vno igitur modo causa dicitur ex quo fit aliquid cùm insit. vt ęs statuę, & argentum phialæ: & horum genera. Alio autẽ modo: species & exemplum. hæc autẽ, est ratio ipsius quod quid erat esse: & huius genera. vt ipsius Diapason: duo ad vnũ, & omnino numerus, & partes quæ in rõne. Tex. 28.

¶ Amplius: vnde principium mutationis primum, aut quietis. vt consultor causa, & pater filij: & omninò faciens facti, & transmutãs transmutati. Præterea, vt finis. hic autem est: id cuius gratia, vt ambulandi, sanitas. propter quid enim ambulat? dicimus, ut sanus sit, & ita locuti, opinamur assignasse causam. Et quæcunque iam mouente alio: intermedia fiunt ipsius finis. vt sanitatis: macies, aut purgatio, aut medicamenta, aut organa. omnia nanque hęc, finis gratia sunt: differunt tamen abinuicem. quia alia quidem, sunt opera: alia verò organa. Causæ igitur ferè tot modis dicuntur. Tex. 29. E F

¶ In textu 28. & 29. ad rem accedẽs proponit quatuor esse genera causarum. Quas eisdem ferè uerbis recenset 5. meta. tex. 2. Vt in ædium extructione lapides & ligna sunt causa materialis: figura uerò est causa formalis; sed artifex est efficiens, & habitatio est finalis. Prima ergo causa ordine generationis est materialis. Cuius repetit diffinitionem, quam in calce primi libri statuerat: nempè quòd materia est causa, ex qua fit aliquid cum insit: id est, quæ intrinseca est rei & per se illi conueniens. ut loco citato exposuimus. Ponit exemplum in artificialibus: per quæ materiam primam inuestiga- Quatuor genera causarũ.

uestiga-

A Materia. Forma. uestigamus. ¶Secunda causa, quæ itidem intrinseca est, est forma. Quam hic & ubique appellat speciem. Addit autem species & exemplum: uel (ut Argiropylus uertit) exemplar. Hoc, ut arbitror, adiecit ad refellendam opinionem Platonis: qui ponebat duas causas formales: aliam ideam separatam perpetuam, quam uocabat exemplar: aliam particularem in materia, quæ erat illius participatio. Aristotel. uerò aliter philosophatur. Docet enim formam, quæ est in agente, esse exemplar, ad cuius similitudinem producitur forma in genito. Itaque forma, quatenus est in agente, habet ra- B tionem exemplaris, & quatenus est in genito exercet rationem formæ. Subdit tamen exemplum de specie, idest de quiditate: propterea quòd quidditas specifica rei sumitur à forma physica, unde diffinitio quidditatiua sumit differentiam. Et ponit illud in artificialibus. Diapason enim est proportio & uelut quiditas musicæ. Diapason, si ad uerbum Græcum reddas, idem est quod proportio ex omnib. Et ideo authore Boetio libro 1. musicæ, & hic Aristot. est proportio dupla: quam musici practici uocant, octauam, inter cuius extrema mediant omnes uoces. Symphonia ergo, idest consonantia, est genus, sicut animal: Diapason uerò est species, sicut homo. C Exemplum uerò in naturalibus est forma physica, aut quiditas speciei. Addit autem quòd ad hoc genus causæ reducitur genus diffinitionis. Non enim solùm diapason, quæ est ꝓportio duorum ad unum, sed numerus qui est genus illius, est sicut causa formalis. Et omninò partes diffinitionis, scilicet differentia. Ponit exemplum numeri qui est primum & supremum genus arithmeticæ, cui subalternatur musica. Nam genus proximum diapason, scilicet proportionis duplæ, est proportio multiplex, quæ diuiditur per duplam, triplam &c. Et nota quàm

Diapason quid sit.

D sit hoc exemplum naturalibus aptissimum. Vt enim musicus non tractat de proportione abstrahendo à materia, sed de proportione in materia sensibili, scilicet in numero sonoro, ita physicus non tractat de formis separatis, sed de formis constituentibus certam speciem in materia sensibili. ¶Tertia causa in text. 29. est unde principium mutationis, aut quietis. Quòd est dicere causa efficiens est principium primũ: unde procedit mutatio & quies. Ait primum, ut excludat causam instrumentalem: diffinitur enim hic causa dumtaxat principalis. Subdit exempla quatuor. Quæ S. Thom. hoc mo- E do reducit ad causam efficientem. Est inquit, efficiens quadruplex, scilicet consilians, perficiens, idest inducens formam, & præparans, seu disponens materiam, & adiuuans. Et quidem partitio hæc causæ efficientis optima est & physica. Cui uerò uerba Aristot. hoc non appareant ita manifestè exprimere, dicere potest quòd Aristotel. posuit exemplum in moralibus, dum dixit, consultor, qui est primum mouens tanquàm causa efficiens. Nam consultor mouet eum, qui facturus est opus. In naturalibus uerò, quantùm ad factionem simpliciter (qualis est generatio substantiæ) posuit exemplum in patre: sed ut comprehẽderet omnem factionem, etiam F secundum quid (quales sunt omnes alterationes naturales) adiecit tertium, scilicet faciens, facti, at de articialibus subiecit ultimum exemplum. Vnde medicus est causa sanitatis per transmutationem materię, scilicet attenuando, aut corroborando infirmum. Et hæc quatuor repetit paulò post. ¶Postrema causa est finis: quæ ut tex. 23. dicebatur, est id cuius gratia res fit. ut sanitas est ambulationis causa finalis. At quia in fine occulta est ratio causæ, propterea quòd finis est ultimũ in operatione, cum tamen causa dicat id, quod præçedit effectum, probat

Causa efficiẽs quadruplex.

A probat finem esse causam, eo quod dum interrogamur propter quid ambulamus, respondentes propter sanitatem, opinamur causam assignasse. ¶Praeterea quia nomen finis uidetur designare id quod est vltimum & postremum in operatione, addit quòd ubi multa media ordine quodã tendũt ad vnum ultimum finem, tunc cõtingit esse plures fines intermedios. vt semp id quod est posterius in executione sit finis respectu prioris. Sicuti econuerso, quod est prius in executione est causa efficiẽs respectu posterioris. ut si propter sanitatem attenuatur infirmus, sanitas
B est finis attenuationis & maciei. Sed quia ad extenuandum requiritur purgatio, aut phlebotomia, macies est finis utriusque euacuationis. Et eadem ratione purgatio est finis conficiendæ medicinæ euacuatiuæ, & phlebotomia est finis organorum, scilicet instrumentorum. ut scapelli tonsoris. Et uiceuersa confectio potionis est causa efficiens, euacuationis: & euacuatio, extenuationis: ac demùm extenuatio, sanitatis. Ait tamen hæc differre abinuicẽ, quòd inter hæc aliqua sunt opera, ut euacuatio: alia uerò, organa. ut
C scapellus. Imò alia etiam sunt opera operata. ut potio & sanitas. Cõcludit, ergo quòd causæ ferè tot modis dicuntur. Adiecit, ferè, aut propter alias causas non naturales (qualis est fortuna) aut quia ille est modus loquendi Aristo. ad rescindendas cauillationes sophistarum.

Tex. 30. Accidit autem cum multipliciter dicantur causæ, & multas eiusdem causas esse, non secundum accidens. vt statuæ, & ars statuaria, & æs, non secundum alterum quid, sed quatenus est statua, sed nõ eodem modo: sed hoc quidem, ut materia: illud autem, vt vnde est motus. ¶Sunt autem quędam, & ad inuicem causæ. vt laborare: causa est bonę habitudinis, & hæc, laborandi, sed nõ eodem modo. sed hoc quidem, ut finis: illud autem, ut principiũ motus. ¶Amplius autem eadẽ causa contrariorum est, Quod enim præsens, causa huius est: hoc & absens facimus aliquando causam contrarij. Vt absentiam gubernatoris, nauis subuersionis: cuius erat præsentia causa salutis. D

¶In tex. 30. infert ex dictis corollaria tria. Primùm quòd eiusdem rei possunt esse plures causæ per se. Nam causæ quæ sunt secundũ accidens, nullum est dubiũ quin possint esse plures (cum non comprehendantur sub certo numero) ut statuæ (inquit) inquãtum est statua, ars est causa & æs: æs quidem ut materia: & ars, ut causa efficiens unde motus. Causa enim efficiẽs est artifex, sed causa qua agit, est ars. ¶Secundum corollarium est, quòd stat aliqua duo sibi inuicem esse causas per se, scilicet in diuersis generibus causarum. ut bona ualetudo per se est causa finalis laborandi, idest exercendi corpus: exercitium uerò est causa efficiens sanitatis. Causa efficiens semper appellatur principium unde motus: sicut finis uocatur, cuius gratia. Et pariter materia est causa materialis formæ, & forma causa formalis materiæ. ¶Nec ulla est in hoc contradictio, quæ apparere posset, propterea quòd causa est prior effectu, & uidetur contradictio quòd. a. sit prius & posterius quàm. b. Etenim finis est prior secũdùm rationem, idest in intentione agentis: causa uerò efficiens est prior secundùm rem in operatione. ut q. 3. apertius constabit. Tertium corollarium est, quòd idem est quandoq; causa contrariorum. ut gubernator, qui sua præsentia est causa seruationis nauis, absentia sua, dùm dormit, est causa submersionis.

Tria corollaria. E

Aliqua sunt sibi mutuo causæ.

F

Idem est contrariorũ causa.

Tex. 31. Omnes autem nunc dictæ causæ in quatuor cadunt modos manifestissimos,

A stissimos. Elemēta enim syllabarum, & materia factibilium, & ignis & huiusmodi corporum, & partes totius, & suppositiones conclusionis, ut id ex quo causæ sunt. Harum autē aliæ quidem sunt ut subiectum, ut partes aliæ autem, ut quod quid erat esse, & totum, & cōpositio, & species. semen autem & medicus, & consultor, & omnino ipsum faciens: omnia sunt unde principiū mutationis, aut status, aut motus. Aliæ autem: ut finis, & bonum aliorum. Id enim cu- C ius gratia: optimum & finis aliorum consueuit esse. Differat autem nihil: idem dicere bonum, uel apparens bonum. Causæ igitur tales, & tot sunt specie.

¶ Subsequenter tex. 31. & sequentibus ad maiorem elucidationem latius explicat modos causarum. Atqui apertiora prius ponit exempla pręfatorum quatuor generum in his quæ uidentur habere nonnullam differentiam. Ait enim quòd in genere causę materialis sunt elemēta syllabarum, idest literæ, ex quibus constant syllabę, & materia factibilium, ut lignum scamnum. Et C ignis, & huiusmodi, scilicet alia elementa corporum, idest sunt quodam modo materia mixtorum. Et partes, scilicet integrales sunt materia totius, ut membra hominis, & suppositiones, conclusionum. Hæc enim omnia, licèt non nihil uideantur differre, habēt tamen rationem causę materialis, propterea quòd causa materialis exprimitur per præpositionem, ex, & hæc omnia sunt ex quibus res fit. Tametsi aliter syllaba fiat ex literis quæ sunt partes eius, & aliter phiala ex ęre, quod est eius subiectum, & aliter mixta ex elemētis, quę ut dicturi sumus, in lib. de generatione non manent in mixto formaliter, sed secundum suas qualitates: nihilominus ex mutua i se actione fit mixtum. Et aliter membra animalis sunt materia adhuc quàm partes syllabę. Nam partes hominis sunt simpliciter unū per continuationem: literę uerò minimè. Quòd si quis arguat contradictionē esse in Arist. quippe tex. 28. dixerat partes diffinitionis, scilicet genus & differentiam esse causas formales, sicuti est diffinitio & species ipsa: hic uerò generaliter dicit q partes sunt causę materiales. Bifariam responderi potest. Primùm quòd hic solùm loquitur de partib. integralib. illic uerò de partibus diffinitionis. Sed melius respondetur cum S. Thoma, quòd si partes diffinitionis cōsiderentur in ordine ad suppositum, tūc sicut quidditas ipsa & natura quę exprimitur per diffinitionem significatur, ut forma respectu suppositi, ut humanitas respectu hominis, ita & utraque pars diffinitionis se habet ut forma respectu eiusdem suppositi. Si uerò considerētur in ordine ad diffinitionē cuius sunt partes, tunc censeri possunt quodā modo materia ipsius. quia diffinitio componitur ex genere & differentia, sicut compositum physicum ex materia & forma. ¶ Postremū exēplum est quod suppositiones, id est præmissę sunt materia conclusionis. In quo ét uerbo est dubium: nam præmissæ potiùs sunt causa efficiens conclusionis, quippè cuius assensum efficiūt, quàm sint materia. Respondetur tamē quòd assensus præmissarum, atque adeo habitus inde genitus, sunt quidem causa efficiens assensus & habitus conclusionis, attamen termini ex quibus constāt pręmissæ apprehensiuę sunt etiam materia ex quibus componitur conclusio apprehensiua. Sanè quæ conflatur ex extremitatibus præmissarum. Non tamen uiceuersa conclusio dicitur materia præmissarū: sed quia conclusio componitur ex extremitatibus quæ in antecedenti seorsum sunt in diuersis præmissis: coeunt in compositionem conclusionis. ¶ Sequitur exemplum

Causa materialis.

Obiectio.

Solutio.

A plum causæ formalis. Ait enim quòd causa formalis est, quod q̃d erat esse.i. quidditas speciei. Humanitas enim est forma hominis. Hic modus loquendi notandus est apud Aristotelem quem q.3. latius aperim⁹. Et generaliter (inquit) omne totum & cōpositio & species est sicut forma respectu suarũ partium. vt compositio syllabarũ, & compositio domus respectu suarum partium: compositio mixti respectu elementorum: cōpositio animalis respectu membrorum, & compositio conclusionis respectu extremitatis. ut singula formarum exempla singulis materiarum respondeant. ¶De causa efficienti subiungit in particulari & expressè quatuor illa quæ in textu 29. dixerat confusè. Quod enim illic dixerat, pater filij dicit hic semẽ (quod est virtus patris) quod dixerat, transmutans, transmutati, dicit hic medicus: quod dixerat, consultor, & quod dixerat, faciens, facti, eisdem nominibus refert. ¶Quartò denique loco subijcit exempla causæ finalis. Ait enim ꝙ causa finalis est bonũ & optimum vniuscuiusque, cuius gratia aliquid est. Et quia in moralibus non semper actiones fiunt propter id quod apparet bonum, addit, nihil referre ad rationem finis bonũ nè sit in re, an apparens bonum. Est enim finis auari utilitas, & finis voluptuosi delectatio, quæ sensibus apparent bona.

Nota. (margin, beside "notandus est apud Aristotelem")

B (margin, beside "teriarum respondeant")

C (margin, beside "finis bonũ nè sit in re")

Tex. 24. Modi autem causarum, numero quidẽ sunt multi: in capita uerò contracti, & hi pauciores. dicũtur enim causæ multipliciter: & ipsarum quæ similium specierum sunt, prior ac posterior alia, alia. vt sanitatis, medicus & artifex. & ipso diapason, duplum, & numerus. & semper quæ continẽt: ad singulares.

¶In tex. 32. pergit exprimere varios modos causæ in unoquoque genere. Qui si reducantur (inquit) ad capita, idest ad aliquas rationes magis vniuersales, pauciores erunt, vt textu statim 36. explicab mus. Diuisiones, præter iam positam, sunt quatuor. Prima. Vnumquodque genus causæ diuiditur in particularem & vniuersalem. Seu, in proximam, & remotam. Quæ quidem diuisio est secundùm modum significandi superiorem & inferiorem. vt in causis efficientibus. Sanitatis causa proxima & particularis est, medicus: remota verò & uniuersalis est, artifex. Et adhuc remotior est, agẽs. Hæc enim tria se habent: sicut superius & inferius. Et in causis formalibus. Ipsius diapason (quæ est proportio dupla in numero sonoro) causa formalis, idest proximum genus, est proportio dupla numerorum, abstrahẽdo à materia sensibili: remotior autem est proportio: abstrahendo à dupla vel tripla. ¶Facilè potest quisque exempla hæc naturalibus acccōmodare. Hominis enim causa proxima, & particularis est homo: remotior verò, & vniuersalis est animal: & adhuc remotissima, corpus. Non quòd hæ causæ dicant distinctas res, sed distinctas rationes. Homo.n. generat hominem: non inquantum animal, sed inquantum homo: quia ratio animalis non sufficeret ad generationem hominis, sed quia homo per se est animal, sicuti medicus per se est artifex, animal per se est causa hominis: remota tamen, & vniuersalis. ¶ Dubium est hic quomodo intelligit hic Philosophus, particulare & uniuersale, utrùm in prædicando solũ, ut apparet in eius exẽplis, an etiam per hæc intelligat particulare, & uniuersale in causando. Generationis .n. hominis proxima causa est homo: uniuersalis verò est sol, qui non solùm hominem, sed res aliàs producit: non tamen est uniuersalis in prædicãdo: quoniam homo non est sol: sicut medicus est artifex, & diapason est proportio numerorũ. ¶Ad hoc tamẽ, quia res est maioris notę. quęst. 3. respondetur.

D (margin, beside "idest ad aliquas rationes")

Diuisiones quatuor. (margin)

E (margin, beside "diapason")

F (margin, beside "est animal")

A Vbi & exempla, quæ hic prætermissa uidentur, in causis finalibus & materialibus adhibentur.

Tex.33. Amplius autem ut accidens & horum genera, ut statuæ, aliter Polycletus, & aliter statuarius. quoniam accidit statuario, Polycletum esse. & continentes etiam accidens, ut si homo causa sit statuæ, aut omnino animal. Sunt autem accidentium alia alijs remotius & propinquius, vt si albus & musicus causa dicantur statuæ.

¶Secunda diuisio est in tex.33. Causarum alia est per se, alia per accidens, causa per se est illa quæ necessariò requiritur ad effectum, seu quę se habet, B ut proprium principium illius. vt statuarius est causa statuę. Causa uerò per accidens est illa quæ accidit, aut causæ per se, aut effectui intento à causa per se, ut Polycletus, aut musicus: quæ accidunt statuario, (potest enim esse statuarius, qui nec sit Polycletus, nec musicus) & fossio sepulchri est causa per accidens inuentionis thesauri: cum fodiens non intendebat, nisi mortuum sepelire. Sed hæc. q.3. amplius explanantur. Ob idque sicut causarum per se, alia (ut dictum est) est particularis, & alia uniuersalis, ità (inquit) est in causis per accidens. Est enim & inter has C alia propinquior & alia remotior. ¶Et uterq; motus combinatur cum utroque modo per accidēs. Causa enim per accidens contingit dupliciter. Primò ex parte subiecti cui accidit ars. Et inter has aliqua est propinqua & alia remotior. ut Polycletus est causa per accidens propinqua statuæ. sed homo, est causa per accidens remotior, & animal adhuc remotior. Nam cum formę non sint, nisi in singulari indiuiduo, homo est statuarius, quia Polycletus est statuarius, & non econuerso, quia homo est statuarius, Polycletus est statuarius: poterat enim esse homo statuarius, licet non esset Polycletus. Et ea-

Causa per accidens dupliciter.

dem ratione, quia homo est statuarius D animal est statuarium. Et ideo quanto prædicatum est uniuersalius, tanto est causa per accidens remotior statuæ.

Obiectio. ¶Sed contra licet Polycletus sit causa per accidens statuæ, uidetur tamen quòd homo sit causa per se: nã ars per se est in homine, quia brutum non potest esse artifex. Respondetur dupliciter. Primò q quamuis ars soli homini possit competere, non tamen cõuenit omni: quin etiam possibile esset nullum hominem habere artem, & ideo homo est causa per accidens. Et prętērea, quia solũ homo potest esse causa artificij, sed & brutum: boues .n. quodã modo faciunt domũ uehendo materiam. ¶Alio modo contingit causa per accidens, quia accidit subiecto artis, ut albus, aut musicus est causa statuæ. Et inter has adhuc aliqua est propinquior & aliqua remotior, ut musicũ & albũ. Musica uidetur esse accidēs propinquius respectu statuarij, quàm albedo: propterea q musica est in anima rationali, ubi est ars statuaria. Et ideo qui aptus est ad musicam, uidetur esse ingeniosus, quod pariter requiritur ad hoc ut sit artifex. Albedo uerò est in corpore, & ideo nullã dicit aptitudinẽ ad artem. At uerò subiectum, puta Polycletus, propinquior causa est quã musicus, & quodcunque accidens. Nam musicus non est causa statuæ, nisi ratione Polycleti, in quo & musica & ars statuaria simul sunt. ¶Et hanc itidem distinctionem ad naturalia facilè est applicare. Homo .n. est causa p se hominis: & equus, equi: Petrus autẽ per se causa hominis, sed per accidens, quia potest homo generari ab alio quàm Petro. Et à fortiori albus, aut niger, christianus, aut sarracenus est causa per accidēs hominis. Tametsi hoc. q.3. exactiùs examinamus.

Diſlutio. E F

Tex.34. Præter omnes autem & propriè dictas & secũdùm accidens: alię quidẽ ut potentes dicuntur: aliæ uerò ut

A operantes ueluti ædificādæ domus, ædificator. aut ædificans ædificator.

¶Tertia diuisio est in tex. 34. s. causarum, siue per se, siue per accidēs. alia est causa in potentia, ut statuarius, ædificator, quæ solum dicūt habitum: alia verò in actu, vt ędificans, statuā faciēs, quæ dicūt actum operandi, ac si dicas, sciens & doctus, qualis est dormiens, &, considerans, seu scientia utens.

Tex. 35. Perinde autem dicetur, ut in ijs quorum causæ sunt ipsæ causæ: atque in ijs quæ dicta sunt. vt huius statuę, aut statuæ, aut etiam omninò imaginis, & æris, huius, aut æris, aut B omninò materiæ & in accidentibus similiter.

Addit in tex. 35. ꝙ diuisiones omnes quæ positę sunt ex parte causę, pos sunt etiā intelligi ex parte effectuum. Sicut enim dicimus ꝙ huius effectus, puta huius statuæ, causa per accidens proxima est Polycletus, & causa per se proxima est statuarius. & causa remota & uniuersalis est artifer, ita ex parte effectus dicendum est, quòd Polycletus est causa huius statuæ, scilicet Mercurij, & causa statuæ, & adhuc causa imaginis: quę est uniuersalior effectus. C Imago enim etiam dicitur de imagine sigilli, licet non sit statua. Et similiter in accidentibus Polycletus est causa statuæ, & causa magni & parui: quæ sunt accidentia statuæ, quatenus artifex magnum lignum dedolando facit paruum: paruum uerò coaugmentando facit magnum.

Tex. 36. Amplius autem: connexæ & hæ & illæ dicentur, vt non Polycletus neque statuarius: sed Polycletus statuarius. ¶Attamen omnes hæ sunt multitudine quidem sex: dictæ autem dupliciter. Aut enim ut singulare, aut vt genus, aut ut quod secundùm accidens, aut ut accidentis genus, aut ut connaxæ hæ: aut ut simpliciter dictę: D omnes autem, aut actu existentes, aut secundùm potentiam.

¶Textus hic trigesimus sextus, habet duas particulas. In prima est postrema diuisio causarum. Ait enim ꝙ causa, per se & per accidēs accipi possunt, aut seorsum per se, aut complexe & coniunctim, vt Polycletus seorsum est causa per accidēs statuæ: statuarius uerò est causa per se: sed si dicas Polycletus statuarius, hæc est causa complexa & per accidens, & per se. ¶In secunda particula reducit hos modos ad certum numerum. Ait enim duodecim esse modos causarum, scilicet singularis, & uniuersalis, per se, & per ac- E cidens, connexa. i. cōplexa, & simplex. Et quælibet istarum sex distinguitur in potentiam & actum, & ita resultant duodecim modi. Et hoc est quod supra dixerat, quòd scilicet plurimi sint modi, sed si reducantur ad certa capita sunt pauciores. Duodecim enim reducuntur ad quatuor.

Differunt autem tantùm, quòd Tex. 37. actu quidem existentes & singulares, & ea quorum sunt causæ, simul sunt & non sunt. vt hic medens cum hoc qui sanatur: & hic ædificator cum hoc quod ædificatur. Quæ autem sunt secundùm potentiam: non F semper. corrumpitur enim non simul: domus, & ædificator.

¶Consequenter in textu 37. statuit differentiam inter causam in potentia & causam in actu, dicens ꝙ causa in actu dicitur ad conuertētiam cum suo effectu: ita ut ad positionem unius sequatur positio alterius & uiceuersa. Hoc tamen (ait) intelligitur quādo est causa per se & proxima singularia. Sequitur enim hic medicās est: ergo hic, cui medetur, est, & econuerso, ut hic sanatur: ergo hic sanans est, tamen causa in potentia non conuertitur cū suo effectu:

A effectu: non enim sequitur ædificator est: ergo ædificium fit, aut est, quia ædificator non dicit actum, sed habitum ædificandi: nec sequitur viceuersa, ędificium est: ergo ædificator est, Immo nec in causis in actu sequitur si sunt communes & remotæ. Non .n. sequitur, ædificans est: ergo hoc ædificatur: potuit enim ędificans aliud ædificare: nec sequitur aliquid ædificatur: ergo hoc ædificans est, quia potest aliquid ædificari ab alio. Sequitur autē si causa & effectus accipiantur proportionabiliter & proximè, vt sequitur ędificās est ergo aliquid ædificat & econuerso. vt enim hoc ædificans est causa proxima huius ædificij, ita ędificās in com-
B muni est causa ædificij. ¶Sed dubium
Dubitatio. est contra exemplum Arist. non enim sequitur hic medicans est: ergo hic infirmus curatur: nec ecōuerso, quia potest hic medicans alium modo sanare, & hic qui sanatur ab alio medicante
Solutio. modo sanari. ¶Respondetur quòd hęc medicatio numero fieri non potest, nisi ab hoc medicante & in hoc medicato, quia actiones singulares sunt per se circa talia singularia: scriptio .n. hæc numero non est, nisi huius numero literæ, & ab hoc scribente: neque hæc numero litera, potuit alia numero scriptione fieri. Et hæc doctrina maximè in naturalibus est obseruanda: utpotè
C qua docetur quòd hic numero ignis cum his dispositionibus, scilicet hic & nunc non potest, nisi hunc numero ignem producere. ¶Alterum dubium est maius in naturalibus, non enim sequitur, hoc generās est, ergo hoc quod generatur est, quippe cum multò antè homo generat, quàm sit filius genitus. Immo in artificialib. quando artifex iacit primum lapidē fundamenti ædificat, & tamen domus nō est. Quin stat etiam ut aliquid sit actu ædificans, & tamen nunquàm domus finiatur. Postremò cap. 2. lib. posteriorum copiosè hoc tractat Aristo. quo modo uidelicet causa & effectus dicantur ad conuertentiam, ubi nos id late exposuimus. Sed & q. hic 3. tractamus copiosius. D

Oportet autem semper causam uniuscuiusque summam quærere: ut & in alijs. vt homo ædificat, quoniā ædificator est, ędificator autem: est secundùm ædificandi artem. hæc igitur prior causa est, & sic in omnibus. Tex. 38.
¶ Amplius, aliæ quidem genera sunt generum, aliæ autem, singularia singularium, ut statuarius quidem, statuæ, hic autem, huiusce. Et potentiæ quidem, possibilium. actu autem existentes, ad actu existentia. Quot E
igitur causę & quomodo causę sunt, sint nobis determinata sufficient.

¶In tex. 38. & postremo huius capitis ponit Aristo. duo documenta. Primum ꝙ in omni genere causę oportet semper primā peruestigare, ut si quæratur in causis efficientibus, cur homo ædificat, respondendum, quia est ædificator. Quòd si rursus quis percunctetur, cur est ædificator, respondendum, quia artem habet ædificandi, & illic sistendum est, tanquam in illo quod est huius ordinis causarum primum. Notandum est hic, ut ex Themistio elici Nota.
potest, tres conditiones designari nomine primæ causæ alicuius ordinis. F
Nempe ꝙ sit per se, ꝙ sit proxima, ꝙ sit causa omniū aliarum eiusdem ordinis. Prima .n. causa cur medicus sanat, nō est quia est homo, aut musicus, aut Polycletus, quia oēs illæ sunt causæ per accidens, neq; eo ꝙ est artifex, aut agēs: nā illæ sunt causę, per se quidem, sed tñ remotę. Rursus prima causa nō est, quia est medicus: licet illa sit causa per se & proxima, sed quia habet autem medicinę. Nā licet esse medicum, & habere medicinam, non sint duo realiter, tamen formaliter loquendo, non est uerum ꝙ iste habet artem medicinę, quia est medicus, sed econuer-

A so, quia habet artem medicinæ, est medicus. Et ideo habere artem, nō solùm est causa effectus medendi, sed etiam causa quare iste est medicus, quæ erat causa intermedia. ob idque illa est prima causa. Similiter in naturalibus, si queratur quare Petrus generat Paulū. illud non est, quia habet uxorem: illa enim est causa per accidens, quia potuit ex aliena generare: nec quia est animal, quia illa est causa remota, sed quia est homo. Quòd si rursus quæras quare est homo, quia animal rationale: quæ est prima causa in illo ordine. Eodem modo in causis materialibus:
B causa quare hoc est album est, quia est quantum, sed causa quare est quātum, est quia est corpus: corpus autem est quia habet materiam. Et pariter respectu finis, cur ignis calefacit aquam, ut generet ignem, cur generat ignem, ut species ignis conseruetur. Et ille est ultimus finis. Et istæ causæ dicuntur primæ in suo cuiusq; ordine causarū particularium. Nam super istas sunt causæ plures, supra quas est Deus: qui est alpha & omega, prima .s. causa & efficiens, & finalis omnium. De quib. omnibus quatenus sunt causæ horum in-
Nota. 2. feriorum incumbit physico speculari.
¶ Alterum documentum est notādum,
C scilicet ꝙ causa singularis est per se, & proxima effectus causæ singularis: causa verò specifica, effectus specifici: sed causa generica, effectus generici. vt Paulus per se & proxima causa est Dominici, homo per se & proxima causa hominis: animal, per se & proxima causa animalis.

Sequuntur quæstio. 3. & 4.

DE FORTVNA ET CASV. CAP. IIII.

Tex. 39. DICVNTVR autem & fortuna, & casus de numero causarum esse. & multa esse & fieri propter fortunā & casum.
D Quo igitur modo in his causis est fortuna & casus, & utrùm idem sint fortuna & casus. An diuersum, & omnino quid sit fortuna & casus, & considerandum est.

¶ Inter tractandum de causis naturalibus meritò Aris. de fortuna meminit & casu: quæ sunt causæ per accidens: quarum antiqui naturam parū (vt hic inquit) attigerunt. Atqui de natura & casu facit tria capitula, quibus tres disserit quæstiones. Primùm hoc, quod est ordine quartum, per textus nouem distribuitur. Proponit ergo in tex. 39. quòd cum fortuna & casus inter causas annumerentur, multaq; à fortuna E
& casu & esse & fieri sit compertum, tres sunt examinandæ quæstiones. Prima an sint casus & fortuna .i. an casus & fortuna annumerentur inter causas. Secunda, num fortuna & casus eadem res sint an diuersæ. Tertia demū, quidnam fortuna quidque sit casus, & ad quod genus causarum reducantur.

Quidam enim & si sint an non, dubitant. nihil enim fieri à fortuna dicunt, sed omnium esse aliquam causam determinatam, quæcunque dicimus à casu, fieri aut à fortuna. Vt veniendi à fortuna in forum & reperiendi quem uolebat quidem, non autem putabat, causa est, uelle cum venerit emere. similiter autem & in aliis quæ à fortuna dicuntur semper aliquam esse accipere causam, sed non fortuna. Tex. 40. F

¶ Primam aggrediens quæstionem, tres in hoc capite recitat, impugnatq; opiniones, prima (inquit) opinio fuit negantium fortunam & casum, duabus rationibus. Prima: quia fortuna & casus non differunt ab alijs causis, aut naturalibus, aut liberis à proposito agentibus: sed quicquid dicimus fieri à casu procedit ab aliqua certa causa. Vt cum quis emendi gratia uenit in forum

A forum ubi fortè reperit eum quem optabat sibi dari obuium, illius reperti hominis causa non fuit fortuna, sed necessitas ueniendi in forum ad emendum uictum. Et in hunc modum reliquis in omnibus censendum est.

Tex. 41. Quoniam si aliquid esset fortuna, inconueniens utiq; perquam uerè vi debitur. & dubitabit utique aliquis, propter quid nullus antiquorum sapientum causas de generatione, & corruptione dicens de fortuna quicquam determinauit. sed (ut uidetur) B nihil opinabantur illi esse à fortuna.

¶Secūda ratio eorū erat. Quoniam si fortuna esset aliquod genus causę, dubitare tunc quis posset (& ueram inqt haberet causam dubitādi) cur antiqui philosophi de causis omnib. & ut sibi uidebantur abundè differentes de fortuna & casu mentionem non fecerint.

Tex. 42. Sed & hoc mirabile. multa enim fiunt, & sunt à fortuna & casu, quem non ignorantes quòd licet referre ad aliquam causam unumquodque eorum quæ fiunt, ut antiquus sermo dixit destruens fortunam: horum tamen alia quidem esse dicunt omnes C à fortuna, alia uerò non à fortuna.

Tex. 43. ¶Quocirca & quodam modo erat facienda ipsius mentio: at uerò neq; illorum quidem aliquid opinabantur esse fortunam, ut amicitiā, aut litem, aut ignem, aut intellectū, aut aliquid aliud talium. Inconueniens est igitur: siue non putauerunt esse, siue putantes reliquerūt: præsertim aliquando utentes, ut Empedocles non semper aerē segregari superiùs dicit, sed vt accidit. dicit .n. in Cosmopœia .i. mundi fabrica. Sæpe aliàs aliter, sed tunc sic fortè cu currit. Et partes animalium à fortuna fieri plurimas, ait.

¶In tex. 42. & sequēti reprobat Philosophus opinionem istam. Et quāuis D aliter alij literam hanc disponant, uidetur tamen Arist. prius obijcere contrariam conclusionem, dicens mirabile esse negari fortunam & casum: cum multa (ut hominum uulgus pro compertissimo habet) à casu & fortuna contingant. Et deinde respondet ambabus rationib. opinionis. Primę quidem, ubi ait. [Quę nō ignorantes &c.] Ratio enim eorum erat, ꝙ cum fortuna & casus reducatur in causam per se & certā (ut exemplo euntis ad forum monstratum est) idcirco non opus esset ponere fortunam & casum. Contra E hanc solutionem replicat Arist. quòd quamuis homines non ignorent fortunam & casum referri .i. reduci ad aliquam certam & per se causam ut sermo suus dixit (quia ut. q. 5. exponimus causa per accidens reducitur ad causam per se) nihilominus confitentur, alia fieri ex intentione causæ per se, alia uerò à fortuna. Ob idque non obstante tali reductione, negari nō debet quominùs sint casus & fortuna. ¶In tex. 43. respondet secūdæ rationi sumptæ ex authoritate dicens, ex eo ꝙ antiqui non tractauerint de fortuna & casu, non ualere argumentum fortunam & casum non esse: quin potius econ- F uerso, eo ꝙ compertissimum sit fortunā & casum esse, concluditur aduersus illos ꝙ debuissent de huiusmodi causis mentionē facere, qui tñ nullam earum causam, quas afferebant rerū naturalium dicebant esse fortunam. s. neque litē, neq; amicitiā (quas Empedocles ponebat cās naturales, ut in lib. 1. tex. 32. uisum est) neq; ignem, quem ponebat Heraclitus esse causam. Et eadem ratione, neq; aquam, neq; aerem, (quę alij afferebāt esse principia) neq; intellectū .i. mētem, apud Anaxagorā. Cōcludit incōueniens fuisse, antiquos non fecisse mentionem de fortuna. Si enim non crediderunt fortunam aliquo modo distingui à causis ꝑ se fue-

A runt quidem ignorantes, si uerò id credentes non explicauerunt, negligentiæ sunt arguendi (Præsertim aliquando utentes &c.) auget argumento peculiariter aduersus Empedoclem, dicens, ꝙ saltem Empedocles acrius est de hoc reprehendendus, nempe qui in rei ueritate concessit aliqua fieri a fortuna. Vbi id commemorandũ est, quod lib. 1. super tex. 32. adnotauimus secũdum Empedoclem: uidelicet ꝙ mundũ dicebat fieri per hoc quod res quæ in chao per amicitiam fuerãt permixtæ & confusæ per litẽ segregantur. At cũ ignorasset rationẽ causæ finalis, dicebat in illa separatione non propter finem, sed ut sors fortè tulit, accidisse,

Empedocles.

B vt aer segregaretur super aquã, ut modo est, & aquam subtùs & ignem esse supremum. unde in alia mundi generatione (quę Græcè dicitur cosmopeia) euenire posse, ut aer sit sub aqua. Aiebat. n. mundum infinities generari, & corrumpi. unde extat carmẽ Empedoclis qđ Themistius refert. Sic cecidit uolitans, aliter quoq; sæpius aer. Itidẽ & partes aĩalium dicebat à fortuna fieri: nẽpe ut planta pedis sit plana, caput uerò rotundum &c. Tenebatur ergo explicare quidnam esset fortuna. & quomodo perse à causis differret.

Tex. 44. Sunt autem quidam qui & cœli ius, & mundanorum omnium causam esse ponunt casum. à casu enim fieri dicũt reuolutionem, & motum qui discreuit & constituit in hunc ordinem, vniuersum.

C

Opinio. 2 ¶In tex. 44. refert secundam opinionẽ in alio extremo quæ plus nimio dilatabat fortunã: nẽpe quæ dicebat cœlorum elemẽtorũq; situm & motum, quibus orbis dispositio constat, esse à fortuna. Quæ quidem opinio ut Themist. & Philo. authores sunt, erat Democriti: cuius opinionem lib. 1. super tex. 41. interpretati sumus. Dicebat. n. ex uaria dispositione atomorũ rerum diuersitatem accidere: atq; adeo cum

in cœlorum compositionem multitu D do atomorum orbiculariũ fortè coierit, cœlos esse ita celeriter mobiles, per consequens uelocissimo suo motu tenere terram in medio immobilẽ circumq; eam alia elementa: instar illius qui brachio uelocissimè moto phialã aqua plenã circumagens, non permittit aquam cadere: uelocissimo motu phialæ, casum aquæ præueniente.

Et valde hoc ipsum admiratione Tex. 45. dignum est quòd dicãt, ipsa quidem animalia ac plantas à fortuna, nec esse nec fieri: sed aut naturam aut intellectum aut quippiam tale aliud esse causam: non enim quoduis ex semine unoquoq; fit. sed ex tali quidem, E olea, ex tali aũt homo. Cęlum aũt, & diuiniora sensibilium à casu fieri: talem autem causam nullam esse, qualem animalium & plantarum.

¶Hãc opinionem reprobat tex. 45. à maiori ad minus negatiuè. Plantarũ animaliumq; (quibus plus deberet dominari fortuna) motus & generationes non fiunt à fortuna & casu, sed ordine naturali: ergo nec motus cœlorũ fiũt à fortuna & casu. Maior experientia constat. non enim ex quouis semine quæuis arbor temerè pullulat, aut quoduis animal nascitur: sed ex tali puta ex oliua oliua: & ex homine homo, F & ex grano tritici, spica &c. & consequentia est etiam manifesta: quia plantæ & animalia sunt minores orbis partes, ubi proinde maior apparebat ratio incertitudinis fortunæ, quàm in cœlis & elementis, quæ cum sint dignissimæ partes mundi, debent ordine magis certo & necessario moueri.

At qui si sic se habeat hoc ipsum: Tex. 46. dignum est vt insistamus: & bene sese habet, dici aliquid de hoc ipso. Nã præterquam quod & alioqui absurdum est quod dicitur: adhuc absurdius est dicere hæc, cùm uideant in

cœlo

A cœlo nihil à casu factum, in ijs autem quæ non à fortuna, multa continge- re à fortuna. attamen par erat con- trari um fieri.

¶In tex. 46. adiũgit secundã rõnem, concludens, priùs ꝙ si ita res se habet, nempe ꝙ tã ineptè illi loquuti sunt de fortuna dignũ est, ut insistamus uerita tẽ indagare. Nã pręterquàm ꝙ absurdũ est dicere præcipuas partes orbis à for tuna moueri, absurdius tñ id esse com probat experientia ipsa, qua cõpertum
B est ecõuerso in istis inferiorib. & in mo tib. naturalib. aliqua nonnunquã fortu na fieri: ut ꝙ homo uno digito mãcus nascatur, aut oculis orbus, aut quomo dolibet aliter monstrum. In illis au- tem cęlestibus motibus, nihil unquam visum est à naturali cursu deficere.

Tex. 47. Sunt aũt quidã, quib. fortuna uide tur quidẽ esse cã: immanifesta aũt hu mano intellectui, tãquã diuinũ quid- dã existẽs & felicius. Quare conside- randũ est & quid sit utrunq;, & si idẽ an aliud & casus & fortuna, & quõ indeterminatas causas incidunt.

3. Opinio ¶In tex. 47. refert opinio. tertiam eorum qui censebãt, quemadmodum una est prima causa uniuersorum, quæ
C per se ex necessitate, & certo ordine fiũt, ita esse unam primam causam eo- rum omnium, quæ fortuito accidunt. Quę quidem occulta est & à nostra co gnitione semota. Quocirca in more fuit apud gentes fortunã pro Dea co- lere: cui tẽpla erigere, solẽnes ceremo nias ritusq; celebres statuere pro reli- gione ducebant. Quare (inquit) Philo sophus) considerandum est & quid sit utrunque: & si idem an aliud est casus & fortuna. Tres nanque proposuerat quęstiones in principio huius capitis, quarum primam, scilicet fortunam & casum esse hactenus determinauit: re- liquas duas prosequitur determinare.

Sequitur continuò cap. quintum.

DE FORTVNA. D
CAP. V.

PRIMVM igitur cùm ui- deamus alia quidem sem per similiter fieri, alia au- tem frequẽter manifestum est quòd neutri horum causa fortuna dicitur: Id enim quod à fortuna neq; eius est qđ ex necessitate & semper, neq; eius quod frequenter. sed quoniam quæ- dam fiunt & præter hæc, & omnes hæc dicũt esse à fortuna: manifestum quòd aliquid est, fortuna & casus. Talia enim à fortuna, & quæ à fortu- na talia esse scimus. Tex. 48. E

¶In quinto ergo capite, quod no- uem itidem textus continet, pergit se- cundam explicare quæstionẽ an uideli cet casus & fortuna, eædem sint res. Et primũ quidem in toto capite exponit diffinitionẽ casus & fortunæ & reliqua oĩa in quibus hæc ambo conueniunt: & cap. sequenti ostendit ea quib. diffe- runt. ¶Præmittit autem quatuor distin ctiones causarum & effectuum quib. diffinitionem fortunæ uenatur. Prima est. Eorum quæ fiunt, alia quidem sem per eodem modo contingunt, ut or- tus occasusq; solis, alia uerò frequen ter, ut hominem decem digitis amba- rum manuum nasci, solem in cancro feruere, in capricornio uerò tepesce- re. Sed alia sunt quæ rarò contingunt, ut sunt horũ contraria nempe hoĩem sex aut quatuor penitus digitis in ma- nu nasci, sole in cancro existẽte frigus esse &c. ¶At uerò diuisionẽ hãc redar- guit Auicẽna ꝙ non sit cõpleta, ut re- fert in pręsentiarũ Cõmentator. Deest enim (inquit) mẽbrum quartũ, quippe cũ aliqua sint quæ æqualiter ad utrũli- bet cõtingunt: vt hominẽ sedere & am bulare, dormire & uigilare &c. Quæ quidẽ proinde Auicẽna existimat à ca su fieri, perindeatq; illa quę rarò cõtin gũt. Quã opinionẽ q. 5. examinamus. Quatuor distinctiones. F

A Tex. 49. Eorum autem quæ fiunt:alia quidem propter aliquid fiunt, alia uerò non. Horum autem, alia quidem secũdum propositum, alia uerò nõ secũdùm propositum. ambo aũt sunt in ijs quæ propter aliquid. ¶ Quare manifestum est: ꝙ & in ijs quæ sunt præter necessarium, & quòd frequẽter, sunt quædam circa quæ cõtingit esse id quod est propter aliquid. Sũt autem propter aliquid: & quæcunque ab intellectu utique aguntur, & quæcunque à natura.

Diuisio. 2. ¶ Subduntur in textu 49. aliæ duæ distinctiones. B Secũda est. Eorum quę fiunt, alia fiunt propter aliquid. i. propter finem, ut naturales generationes & ea quæ procedunt à uoluntate, ex arte aut prudentia. Alia uerò fiũt non propter finem. Hoc membrum dupliciter exponit S. Thomas. Primò ꝙ ĩtelligatur de ipsomet fine ultimo, qui non fit propter alium finem. Sed tamen profectò intentio ipsa ultimi finis est etiam propter finẽ. i. propter ultimum ipsum. Et ideo secunda expositio est quæ consonat literæ & intentioni Aristotelis. Illa enim fiunt C non propter finem, quæ fiunt temerè sola imaginatione sine aliqua intentione finis: ut cum meditabundus homo aut barbam fricat, aut eleuat festucam. Diuisio. 3 ¶ Tertia diuisio est. Horũ quæ fiunt propter aliquid. i. propter finẽ: alia quidem fiunt secundùm propositum. i. secundùm electionem: alia uerò, non, sed ex necessitate naturæ.

Quæstiũcula. ¶ Quòd si quis hic dubitaret idem esse prorsus, fieri propter finem & fieri à proposito. Facere namq; à proposito nihil aliud est, quàm agens proposito fine agere: & per consequens malè diuiditur, agere propter finem, in agere à proposito, & agere non à proposito: ꝙ. n. non est à proposito, non est propter finem. Respondetur quòd dupliciter agẽs aliquod, agit propter finem, ut q. 3. dicebamus. Vno modo, D quia agens ipsum particulare cognoscens finem mouet se in finem: ut homo. Et hæ actiones dicuntur à proposito. Alio modo ꝙ agens nõ moueat se: sed ab alio moueatur in finẽ: sicut sagitta. Et isto modo entia naturalia mouentur in finem: non quidẽ à proposito. i. ex propria electione particularis agentis, sed à datore: respectu cuius etiam naturalia possunt dici à ꝓposito: ut potè cum omnia eius prouidentia gubernentur. ¶ Sed oritur hinc alterum argumentum quòd istæ duę distinctiones repugnent. Nam isto modo omnia quæ in orbe fiunt, siue uolũtaria sint, siue naturalia, fiũt E propter finẽ. Quapropter falsum est quòd dixit in secundo membro secũdæ distinctionis, aliquam. s. esse actionem non propter finẽ, ut fricatio barbæ. Explanatio. ¶ Respondetur ꝙ actiones hominis, si temerè & sine electione fiant quamuis fiant propter finem: sicut actiones reliquæ naturales: tamen dicuntur simpliciter nõ esse propter finem, eo ꝙ erant aptæ fieri ex propria electione particularis agentis, sicuti reliquæ actiones humanæ. ¶ Subiungit ergo, quòd in ambobus. s. tam in his quæ fiunt à proposito. i. ex electione particularis agentis, quàm in ijs quæ fiunt ex necessitate naturæ, F contingit aliquid fieri propter finem. Secundò subdit quòd non solùm in his quæ fiunt semper, & in his quæ frequenter, sed in his etiã quæ raro contingunt: fit aliquid propter finem. Itaque fieri propter finem, habet locum in omnibus mẽbris primę diuisionis, & in ambobus mẽbris tertiæ.

Tex. 50. Huiuscemodi igitur cum secundùm accidens fiunt: à fortuna dicimus esse. vt enim & quod est, aliud quidem per seipsum est, aliud autem secundum accidens: sic & causam contingit esse. ut ipsius domus, per se quidem causa est ædifica-

A ficatiuum: secundùm accidens aût, albû aut musicum. Itaq; per se causa, definita est: quæ uerò ꝑm accidens, definita infinita enim: uni accident.

Diuisio 4

¶In textu. 50. subiungitur quarta distinctio: quæ ex superioribus colligitur. Ait enim ꝙ quemadmodum ea quæ sunt (.i. entia, ut exponit Themist. & Alexand. quos sequitur S. Tho.) uel effectus qui fiunt (ut exponit Simplicius) alia sunt per se, idest sunt aut ex necessitate naturæ, aut à proposito producta, alia uerò per accidens: ita & causæ alia est per se, idest quæ ex propria intentione operatur, B & alia per accidens, idest quam sequitur effectus non intentus à tali causa. Et hæc (inquit) causa per accidens appellatur fortuna. ¶Vbi considerandum est, ꝙ distinctio inter causam per se, quę agit ex necessitate, aut à proposito, & causam per accidens, quæ est fortuna, nô est distinctio duarû diuersarû rerum, sed eiusdê rei cô siderate sub diuersis rationibus. Exempli gratia. Fodiens sepulchrum, respectu illius effectus, qui est cadauer humari, est causa per se, eo quòd intêdit illum effectum, sed respectu inuentionis thesauri, quem non intendebat, C est causa per accidens, & fortuna. Quocirca nomen, fortunæ, non significat effectû fortuitum, sed causam illius per se effectus cui accidit effectus fortuitus. Quamobrem adnotauit hic Aris. quòd ea ratione qua effectus dicitur per accidens respectu alterius effectus per se intenti, & potest & causa eiusdem effectus dici per accidens, & per consequens fortuna. ¶Infert inde Philosophus quòd ꝑ se causa diffinita est, quæcunque enim per se causa determinata est ad certû effectum, ut homo non generat, nisi hominem, & intendens facere arcâ, non facit nisi arcam. Causa uerò per accidens, & fortuna est indeterminata: quia eidem re infinita possunt accidere. Fodiens enim sepulchrum potest quidem inuenire & thesaurû quo ditescat, & viperam, à qua morsus pereat. Et rursus inuentio thesauri ex multis causis procedit. s. ab illo qui fodit terram ut sepeliat mortuum: uel qui fodit, ut vineam plantet. &c. D

Fortuna est causa per accidens.

Fortuna est nomê causæ.

Sicut igitur dictû est, cû in ijs quæ ꝑꝑ aliquid fiunt, hoc fiat, tunc dicitur à casu & à fortuna. Ipsa autê adinuicê horum differentia posterius determinanda est, nunc verò hoc sit manifestû, ꝙ utraque sunt in ijs quæ ꝑꝑ aliquid sunt. Vt causa recipiendi argentû, uenisset, reportaturus pecuniam, si sciuisset: uenit autem non huius gratia, sed accidit venisse, & fecisse hoc, reportâdi gratia. hoc autem, neque frequenter uenientê ad locum, neque ex necessitate. Est autem finis reportatio, non causarum quæ in ipso sed eligibilium, & ab intellectu, & dicitur tunc à fortuna ꝗdem uenisse. Si autem proponens, & huius gratia, aut semꝑ ueniês aut frequenter reportans, nô à fortuna. Tex. 51. E

¶In tex. 51. maioris explicationis gratia, subdit Philosophus ea quibus fortuna, & casus conueniunt. Ait igitur ꝙ differêtia inter casum & fortunam posterius determinanda est. s. capi. sequenti: modo autem duo adnotanda sunt quibus côueniunt. Primû est ꝙ tâ casus ꝗ̃ fortuna contingunt in his quæ agût propter finem. Et hoc sequitur ex dictis: nam fortuna, sola ratione differt à causa per se, cum respectu effectus intenti dicatur per se, & respectu non intenti dicatur fortuna. Vnde non est intelligendum ꝙ effectus ipse fortuitus debet esse intentus tanꝗ̃ finis: sed ꝙ debet esse præter intêtionem agentis propter alium finem. ¶Sed est hic profectò non contênêdum dubium. Videtur enim quòd casus non solùm contingat in his quę agunt F

Fortuna & casus duobus conueniunt.

Dubium.

A agũt propter finem, sed etiam in actionibus hominis quæ sunt indeliberatæ. Exempli gratia. Si aliquis cogitabundus impræmeditato, ut solet fricare barbam, oculum sibi erueret aliquo gladio, quem fortè manu teneret, certè illa esset mala fortuna uel casus, & tamen actio illa non erat propter aliquem finem. ¶Dupliciter responderi

Solutio.

potest iuxta duplicem sensum huius propositionis, quòd fortuna, & casus sunt in his quæ sunt propter finem. Potest enim esse unus sensus, quòd illa actio quam sequitur effectus casualis, aut tunc exerceatur propter alium finem, aut saltem nata sit exerceri. Et

B tunc dicendum est, quòd fricatio barbæ nata erat fieri propter aliquem finem: obidque læsio oculi non intenta, est illi casualis. Secundus sensus istius propositionis est secundùm Simplicium, quòd effectus fortuitus sit natus esse finis intentus aliquando ab aliqua causa. Et hunc sensum uidetur significare exemplum, quod hic ponit Ph. & illud quod ponit infra text. 63. Et tunc respondetur, quòd læsio ista oculi est casualis: quia non fuit intenta, & potuit esse intenta. ¶Sequitur ergo exemplum in litera. Vt si alia intentione quis ductus, uenit in forum, scilicet emendi gratia, & fortè reperit

C debitorem à quo insperatam pecuniã recuperat, recuperatio illa est à fortuna: propterea (inquit) quia si ille sciuisset se recuperaturum pecuniam, iuisset quidem. Duo ergo requiruntur ut actio sit casualis, scilicet quòd tunc non sit intenta, & quòd possit esse intẽta. Et hoc certè sonat fieri præter intentionem. Vnde concludit, quòd finis fortuitus, idest illa reportatio pecuniæ, non est causarum quæ in ipso, idest nõ est sicut motus naturalis procedẽs à principio intrinseco, quod est in ipso mobili: sed est a principio extrinseco. Neque rursus à quocunque principio extrinseco: sed ab iis causis quæ electione, & intellectu agunt, in quibus propriè inuenitur fortuna. D

¶Secunda conditio fortunæ, & casus est, quòd sit respectu effectus raro contingentis. Quapropter tria, inquit, sunt ob quæ aliqua causa non est fortuna. Primum si sit intendens talem effectum, ut in exemplo posito. Secundus si quamuis effectus non sit intentus, nihilominus semper adiungitur effectui intento. Quare fur, licet non intendat peccare, sed solum utilitatem pecuniæ, nihilominus intendẽs furari non peccat à casu, uel à fortuna, quia peccatum semper adiungitur furto, & ideo imputatur illi peccatũ. Tertium si tale accidens frequenter adiungatur effectui per se. ut si podagricus compertum habet, uinum ut plurimum humorem concitare, licèt modo bibens non intendat, nisi delectationem, recipiat tamen damnum, effectus ille non est à fortuna: sed ex electione gulæ. E

Manifestum itaque, quòd fortuna causa est secundùm accidens, in iis quæ secundùm propositum eorũ quæ propter aliquid sunt. ¶Quapropter, circa idem, & intellectus & fortuna est. Propositum enim non sine intellectu est. Tex. 52.

¶Ex superioribus præiactis fundamentis elicit demum Ph. tex. 52. diffinitionem fortunæ: dicens, manifestũ esse, quòd fortuna est causa per accidens in ijs, quæ secũdùm propositum fiunt propter finẽ, & rarò contingunt. Vbi quatuor sunt particulæ. Prima secundùm accidens, in quo differt fortuna à causis naturalibus, & ab electione. Secunda, in his quæ sunt propter finem, ut excludat ea quæ temerè fiũt, idest nec ex determinatione naturæ, nec ex determinatione electionis, ut fricatio barbæ. Tertia particula est secũdùm propositum, in qua forma differt à casu: casus enim ut statim uidebimus contingit in naturalibus quæ

F

Diffinitio fortunæ.

agunt

A agunt quidem pp finẽ: sed nõ à proposito & electione. Vnde infert corollarium, quòd fortuna & intellectus sunt circa idem: nam iis solum qui habent intellectum contingit agere à proposito, atque adeo in illis solis est ratio fortunæ.

Tex. 53. Indefinitas igitur causas, necesse est esse, à quibus fiat quod est à fortuna. Vnde uidetur fortuna, indefinita esse & immanifesta homini. Et est, ut nihil à fortuna uideatur utiq; fieri. Omnia enim hæc, rectè dicuntur, quoniam rationabiliter.

B ¶In tex. 53. & residuo capitis ex diffinitione colligit Ph. fotunæ conditiones, quibus eius natura fit perspicacior. Est tamen considerandum, quòd ex tribus supra recitatis opinionibus, secundùm quæ asserebat in Cœlorum motibus esse fortunam, tanquam absurdam iam supra abiecit. Tertiam uerò & primam exponit in hoc textu, quandam præse ferre probabilitatem. Ait ergo id quod est à fortuna indefinitas & indeterminatas causas habere. Inuenit enim homo thesaurum dũ speluncam subit, aut pluuiam fugiens, aut hostem, aut feram persequens, & alia quauis causa. Et ideo probè dicebat tertia opinio fortunam esse causam immanifestam, idest hominibus occultam. (Fortuna occulta.) C Enimuero cum homines per effectus causas peruestigent, ubi effectus habet certam, & determinatam causam, per effectus uenimus in cognitionẽ causarum: quia enim eclipsis lunæ contingere non potest, nisi per interpositionem terræ, multis experiẽtiis philosophi ab effectu cognouerunt causas: si uerò effectus ille non haberet certam causam, non posset causa perquiri. Ob idque cùm effectus fortuiti non habeant certam causam, meritò fortuna appellatur causa occulta: sicut si mulier plures cognosceret uiros, filius non haberet manifestum patrẽ. Item & prima (inquit) opinio rationabiliter dicebat nihil fieri à fortuna, quodãmodo enim hoc estquerũ. D

Tex. 54. Est enim, ut fiat à fortuna. secundùm accidens enim, fit & est causa, ut accidens fortuna. ut autem simpliciter, nullius. ut domus, ædificator quidem causa est. secundùm accidens autem, tibicen. & ut ueniens referat argentum, non huius causa ueniens, infinitæ sunt multitudine. Et enim uidere aliquem uolens, & persequens, & uisurus: & fugiens. E

¶Vnde in tex. 54. explicat quomodo fortuna est alicuius causa: & quomodo nullius est causa. (Fortuna simpliciter nõ est causa.) Ait enim, q̃ fortuna solùm secũdùm quid. i. per accidens est causa simpliciter tamen nullius est causa. Nã causa simpliciter est illa quæ per se est causa: ea enim quæ sunt per accidens non dicuntur talia simpliciter. Subdit exemplum. Causa enim simpliciter domus, est ædificator: tibicen autem est causa domus secundùm quid, idest per accidens. Eodem modo siquis uenit in forum non gratia recuperandi argentum à debitore: sed tamen præter intentionem, fit illi obuius debitor à quo reportat pecuniam: eiusmodi homo ueniẽs in forum est quidem causa simpliciter & per se emendi merces, quas intẽdebat emere: recuperandi uerò pecunias, est solùm causa secundùm quid. Et ideo effectus ille nullam habuit simpliciter causam: sed ille prouenit ex fortuito concursu duarum per se causarum: quia uidelicet dum creditor iret in forum gratia emendi merces, & debitor itidem eadem uenirer causa, fortè coierunt. ¶Vnde ait illius fortuiti effectus plurimas potuisse esse causas: nempe quòd creditor ille exierit in forum, aut causa uisendi amicum, aut inimicum persequens, aut ad spectaculum F

A culum properans, aut hostem fugiens.

Tex.55. Et dicere esse aliquid præter rationem fortunam, rectè est. ratio enim est, aut eorum quæ semper sunt, aut eorum quæ frequenter: fortuna autem, est in ijs quæ fiunt præter hæc. Quare, cùm indefinitæ sint, quæ sic sunt causæ, & fortuna indefinita est. Attamen etiam in quibusdam dubitabit utique aliquis, nunquid quæuis sint fortunæ ut sanitatis, aut spiritus, aut calor, sed non detonderi? sunt enim aliæ aliis proximiores, eorumque secundùm accidens causarum. B

Fortuna occulta. ¶ In text. 55. prosequitur explicare qualitates, quas uulgus attribuit fortunæ. Dicitur enim fortuna cęca & sine ratione: ratiocinari enim non possumus ab effectibus ad causas, aut ecõuerso, nisi in causis certis quas certi effectus, aut semper sequuntur, aut frequenter. Arguimus enim si mulier est prægnans, quòd pariet: & si peperit ꝙ uirum cognouit: & si homo diligenter dat operam literis, doctus euadet: nam ut plurimum ita contingit. Quia tamen in his quæ sunt per accidẽs: nec eadem causa semper producit eosdem effectus, nec idem effectus ex eisdem C semper procedit causis non possumus certò in illis ratiocinari, quòd homo mercenarius uineam ponens, thesaurum reperit, quòd alter fodiens similiter sit reperturus, à fortuna non fiunt ex intentione & certa ratione: eo, fortuna dicitur cęca &c. ¶ Mouet subsequenter dubitationem utrum uidelicet omnes causæ per accidens ex parte effectus, nempè quando attingunt ad productionem effectuum, sunt appellandæ fortunæ. Et intendit affirmatiuè respondere: tametsi inter huiusmodi causas alia sit propinquior & alia remotior. Exemplum est. Si quis morbo capitis laborans detonderet caput, nõ quidem; causa sanitatis, sed fortè quia erat crispus fœdos habens capillos. Postmodum uerò fortè flauit spiritus, idest uentus salubris, aut uiguit calor: quibus causis euaporatus est morbidus humor per caput. Omnes istæ causæ (inquit Ph.) sunt à fortuna: quia non sunt intentæ ab infirmo, quamquam uentus & calor propinquius efficiant sanitatem: detonsio uerò fuit remotior: quia fuit causa ut uentus humorem extraheret. D Fortuna cæca.

Fortuna autem, bona quidem dicitur cùm bonum aliquid euenit. Mala autem cùm malũ aliquid. Prosperitas fortunæ uerò & infortuniũ: cùm magnitudinẽ habent hæc. Quocirca, & cùm parum abest. ut quis malum, aut bonum capiat magnum. est uel infortunatum esse, uel benè fortunatum quoniam tanquam existeret: dixit intellectus. Tex. 56. E

¶ Qvod enim parum abest, tanquam nihil distare uidetur. Amplius autem, incerta est prospera fortuna rationabiliter. Fortuna enim, incerta est, neque enim semper, neque frequenter, possibile est esse, eorum quæ sunt à fortuna quicquam. Tex 57.

¶ Sunt igitur ambo, causæ (quemadmodum dictum est) secundum accidens & fortuna & casus in iis quę possunt fieri non simpliciter, neque frequenter, & horum, quæcunque utique fient in ijs, quæ propter aliquid. F

¶ In tex. 56. ponit duas distinctiones fortunæ: primam in qualitate, quia alia est bona, alia uerò mala. Et quia fortuna non habet rationem causæ distinctæ à causa per se, nisi respectu effectus, propterea diffinitur bona fortuna ab effectu, quæ scilicet est illa causa cui bonus accidit effectus: mala ue-

A la verò fortuna est illa, cui accidit malus effectus. Secunda distinctio est in quātitate. Dicit enim quòd fortuna aliquando est de re parua, & tūc dicitur sine addito simpliciter fortuna bona uel mala. Aliquando uerò id quod accidit bonum uel malum est magnum & excellens: & tūc respectu boni græcè dicitur, eutychia. Si sit respectu mali, dicitur distychia. Quæ ad literam latinè dicitur eufortunium & infortunium: tametsi eufortunium non est vsitatum nomen: sed dicitur fors fortuna. Exempli gratia. Cum piscator iaciens rete capit magnos & insperatos pisces, est quidem bona fortuna B simpliciter: sed non dicitur prospera, aut secunda fortuna. Sicut non est magna fortuna unum aureum inuenire: quando tamen piscatores illi Ionici iactu retis traxerunt tripodem aureā, vt Laertius refert in uita Thaletis, illa quidem fuit prospera fortuna. Aut cum quis humilibus natus parentibus, putans se in bello amicum ab hoste liberare, fortè liberat regem quem non cognouerat: & inde substantia & honoribus augetur. Vnde infert Aristo. quòd cùm quis liberatur ab aliquo graui malo imminenti, fortunatus dicitur, quia quod parum distat à re, nihil distare uidetur. Vnde cùm qs exiuit domum deambulandi gratia, C quo exeunte, domus statim ruit, quæ illum occidisset, prospera usus est fortuna, & fortunatus meritò dicitur, quia liberatus est à morte à qua parū abfuit. Si tñ post unū annum ab egressu inde domus ruit, non fuit fortuna, quia nō fuit periculo proximus. Eodē modo si cùm in proximo erat, ut magnam dignitatē obtineret, fortè è manibus erepta est, infortunatus dicitur. ¶ Probat deniq; incertā esse prosperā & magnam fortunā & infortunium: quia huiusmodi effectus nec semper nec frequenter contingunt: sed raro. Et ostendit hoc peculiariter de prospera fortuna aut infortunio, idcirco, quia alia in minoribus fortuna, quæ D non habet rationem prosperitatis, frequentior est: ob idque minus habet de ratione fortunæ. ¶ Concludit postremò in calce totius capitis (vbi Commentator signat tex. 57.) dictorum epilogum: nempe quòd fortuna & casus in his tribus conueniunt. Primò quòd utrumque est causa per accidens. Secundò quòd utrumque est in his quę non semper, aut frequenter, sed rarò contingunt. Et tertiò q̄ utrumq; est in his quæ agunt propter finem: scilicet, aut ex necessitate naturæ, ut casus: aut à proposito, ut fortuna. Non quòd effectus fortuitus sit intentus quasi finis, sed quòd accidit E intento fini.

Subsequitur statim cap. 6.

DE FORTVNA. CAP. VI.

DIFFERVNT autem, quoniā casus in plus est. quod enim est à fortuna, est & à casu: hoc aūt nō omne à fortuna est.

¶ In cap. 6. quod præter fragmentum superioris textus continet alios decem, enarrantur illa quibus fortuna & casus differūt. Proponit ergo primò inter casum & fortunā hoc inter- F esse: q̄ casus est superius nomen quàm fortuna, quicquid enim est fortuna est casus, & non econuerso.

¶ Fortuna enim, & quod à fortuna est, ijs inest, quibus & fortunatos esse, inerit, & omnino actio. Quocirca & necesse est circa agenda esse fortunam. signum autem est: quoniam uidetur uel idem esse cum fœlicitate bona fortuna aut propè. fœlicitas autem actio quædam est. est enim bona actio. Tex. 58.

¶ Vnde in text. 58. ostēdit fortunam tātùm habere locum in rationalibus,

A eo quòd agunt à proposito & ex electione. Cuius rationem solùm affert ex communi hominum consensu. In his enim (inquit) duntaxat est fortuna, quos solemus fortunatos appellare: fortunatos autem nõ dicimus nisi eos qui agunt ex electione, scilicet homines: ergo in illis est fortuna. Nihilominus insinuat etiam rationem à priori, quæ talis est. Illos dicimus esse fortunatos, quos itidem appellamus foelices, fęlicitas autem non est, nisi in his suppositis quę habent dominium & liberationem suorum actuum: ergo in illis tantummodo est fortuna. Maior probatur: quia prospera fortuna uel B idem est, quod fęlicitas (secũdùm illos qui fęlicitatem collocabant in bonis temporalibus, puta diuitiis, aut honoribus) uel saltem fortuna proxima est fęlicitati, nempè secundum Aristote. qui fęlicitatem posuit in actione secũdùm uirtutem, cuius bona fortunæ instrumenta sunt, ut habetur 7. ethi. ca. 13. Minor uerò, scilicet quòd fęlicitas non sit, nisi ubi est libertas, probatur: primò quia fęlices non sunt, nisi qui operantur secundùm uirtutem, ubi autem non est libertas & dominiũ actionis, scilicet intellectus & uoluntas, esse non potest ratio uirtutis. Et ideo quibus non contingit agere, idest liberè C operari (actio enim in moralibus idẽ est quod libera operatio) non contingit foelicitas: & per consequens nec fortuna.

Tex. 59. ¶ Quare quibuscunque non contingit agere, iis neque à fortuna aliquid facere continget. Ob idque, neque inanimatum quippiam, neque bestia, neque puerulus quicquam facit à fortuna, quoniam non habent propositum. neque eu fortunium, neque infortunium his inest, nisi secundùm similitudinem. ut dixit Protarchus, fortunatos esse lapides, ex quibus sunt aræ, quòd honorentur, copulati autem iis, conculcentur. Pati autem à fortuna, inest quodammodo & his: cum agens aliquid circa D hæc, agat à fortuna, aliter autem, non est.

¶In tex. 59. rem amplius exemplo dilucidat. Infert enim corollarium, quòd brutis animalibus & pueris ante usum rationis, ut non contingit fęlicitas itaque neque fortuna: eo quòd libertate carent & dominio suorum actuum. Ait tamen, quòd metaphoricè bruta possunt esse fęlicia & fortunata: ut equus regis dicitur fortunatus: & equus mulionis infortunatus. Immo & lapides, ut ait Protarchus, ex quibus arę construuntur sunt fortunati re- E spectu eorum qui sunt in pauimento illis coniuncti: quippè cum aræ honorantur, pauimentum autem conculcatur. Ac si dicas fortunatum esse lignũ, ex quo signum fit Christi cęnantis: infortunatũ esse illud, ex quo fit Iudas. ¶Vnde subiungit, res istas insensibiles, licèt non participent actiuè aliquid de fortuna, participant tamen passiuè tã quàm obiecta quibus homines fortunantur, ut sunt diuitiæ.

Sed casus: & aliis animalibus, & in Tex. 60. animatorum multis. ut equus casu (dicimus) uenit: quoniam saluatus F quidem est ueniens, non salutis autẽ gratia uenit. Et tripoda casu cecidit. stetit enim sedendi causa: sed non sedendi causa cecidit.

¶In tex. 60. explicat quomodo casus latius pateat quàm fortuna. Conuenit namque & animalibus brutis & rebus inanimatis. Exempli gratia. Si equus à bello ad flumen fugit naturali appetitu extinguendi sitim, qui si non fugisset occisus esset: casu seruatus est. Itẽ si tripoda (quæ sedes est trium pedum, qua antiqui utebantur) ceciderit apta ad sedendum, scilicet super pedibus erecta,

A erecta, tunc casus quidem, fuit propter finem, scilicet ex naturali appetitu grauis, quòd tamen illo modo ad sedendum apta ceciderit, fuit casus.

Tex. 61. Quare manifestum est, quòd in ijs quæ simpliciter propter aliquid fiũt, cùm non eius, quod euenit gratia fiunt, cuius extra est causa: tunc à casu dicimus. A fortuna autem: horum quæcunque à casu fiunt, eligibilium in habentibus propositum.

¶ Ex dictis infert in tex. 61. corollarium nempe quòd cum casus & fortuna conueniant in hoc, quòd utrunque B accidit his quæ sunt propter finem, scilicet tanquam effectus, non quidem intentus, sed accidens fini per se intento: differunt tamen, quòd casus est in his quæ mouentur propter finem ex necessitate naturæ: fortuna uerò est in his quæ vtuntur intellectu: nempè quę ex propria operatione, & electione se mouent in finem.

Tex. 62. Signum autem est ipsum frustra. quoniam dicitur: cum non fiat quod propter aliud est, illius gratia, ut ambulare purgationis gratia est. si uera non facta fuit ambulanti: frustra dicimus ambulasse, & quòd ambulatio C frustra fuit. tanquam hoc fit frustra, quod natum est alterius gratia, cùm non perficiat illud cuius gratia erat, natumque erat. quoniam si aliquis se locum dicat frustra, quia non defecit sol: ridiculus utique erit. nõ enim erat hoc illius gratia.

¶ Adducit statim rationẽ huius proximi afferti, uidelicet, quòd casus differat à fortuna in hoc, quòd uniuersaliter inueniatur in omnibus quæ sunt propter finem. Estque notandus text. qui obscuritatis habet aliquantũ. Ratio in uirtute est hæc. Esse frustra inuenitur uniuersaliter in omnibus quæ agunt propter finem: & casus, uel idem D est quod frustra, aut illi proximum: ergo casus uniuersaliter reperitur in omnibus quæ sunt propter finem. Minorem probat in hoc textu hac ratione. Illud dicitur fieri frustra quod fit, aut natum est fieri propter talem finẽ, qua Frustra q. d dicatur. lem actio illa intendit & nõ consequitur, ut cùm quis ambulat causa purgãdi uentrem, si non fiat purgatio, deambulatio illa est frustra & ociosa & uana: ergo frustra dicit carentiam finis intenti: & per consequens uniuersaliter inueniri potest in omnibus quæ agunt propter finem, quæ tamen deficere possent: nam in cęlestibus motibus nullus est casus, cùm deficere non possint. Dixit quod fit, aut natum est fieri E &c. quia non omnis actio nata est fieri propter omnem finem: nam actio humana non potest ordinari ad eclipsandum solem. Et ideo ait, quòd cum quis balneo lauatur, & non statim fit solis eclipsis, ridiculus esset, si diceret se frustra fuisse lotum, quia sol non obtenebratur.

Sic igitur casus iuxta nomen est, Tex. 63. cum ipsum frustra fit. decidit enim, non percutiendi gratia, lapis à casu igitur decidit lapis, quoniam cecidisse potuit utique à quodam, & percutiendi gratia.

¶ Minorem uerò probat in tex. 63. F scilicet casum uel idem esse quod frustra, uel illi proximum. Primo ex etymologia nominis. Vbi notandum est, quòd græcè, autos, latinè est, ipsum, & matin, idem est quod, frustra, automatos, ex utroque compositum, idem significat quod casus. obidque automatos, idest casus, perinde est ac si dicas, ipsum frustra. Vnde casus & frustra, aut sunt idem, aut simillima. Sed notat hic Commen. quòd frustra dicitur uno modo actio, in qua nullus prætenditur finis, ut fricatio barbæ indeliberata: & alio modo illa actio, qua prætenditur quidem aliquis finis, sed non

attin-

A attingitur: & hæc græcè dicitur, matin: unde deriuatur automatos, quod est casus. ¶Secundò id probat exemplo. Vbi colligenda est ex his quæ dicta sunt differentia inter frustra, & casum. Frustra namque solam dicit carentiam finis intenti, uel à uoluntate, uel à natura: casus verò dicit quicquid est præter intentionem agentis, siue sit carentia, siue aliquid positiuum. Quo circa stat in eadem actione reperiri utrunque, scilicet & frustra & casum, ut si aliquis descendat in forum causa recuperādi pecuniam à debitore: quem tamen non inuenit: sed fortè incidens in manus hostis uapulat: illa actio fuit

B & frustra, quia non consequuta est finem: & præterea habuit casualem effectum. Potuit item nec frustra, esse nec casualis: nempè si ille recuperaret pecuniam, & non obuiaret hosti. Poterat tertiò esse frustra & non casualis: ut si nec recuperaret pecuniam, nec obuiaret hosti: potuitque econuerso non esse frustra, sed esse nihilominus casualis, ut si ille recuperata pecunia uapularet ab hoste, qui non putarat fieri obuium. Ait ergo Phil. quòd si fortè cadens lapis percutiat hominem, cùm non fuerit ab alio proiectus, sed cecidit naturaliter, percussio illa est casualis: & quòd illa percussio fuerit à

C casu, probat quia potuit etiam esse intenta tanquam finis: potuit namque aliquis hostis lapidem proiicere ad pcutiendum hostem. Vbi animaduertendum est id, quod superius adnotauimus super tex. 51. nempè quod idcirco effectus fortuitus & casualis esse nō potest nisi in his quæ sunt propter finem, quia fortuitum duo dicit, puta quòd actu non intendatur ut finis, sed tamen aptitudine possit esse finis intentus ab agente. Et ideo dicitur præter intentionem: quia potest fieri per intentionem.

Tex. 64. Maximè autem est separatum, qđ à fortuna est: in iis quæ natura fiunt. Nam cùm sit aliquid præter naturam: non à fortuna, sed magis à casu factum esse dicimus. Est autē & hoc alterum; huius enim, extra est causa: illius uerò, intra. Quid igitur sit casus, & quid fortuna: dictum est, & quo à se inuicem differant. D

¶In tex. 64. infert ex dictis, quòd differentia casus & fortunæ maximæ perspicua est in his quæ à natura fiunt. In his enim quæ fiunt ex electione idem est casus & fortuna: sed in his quæ fiūt à natura, scilicet à principio intrinseco, quando natura non consequitur effectum intentum, ut in monstris, puta ubi homo nascitur cum sex digitis in manu, illud quidem non dicitur fortuna, sed casus, ut quæst. 5. amplius explicamus. Vnde potest alia differentia constitui inter casum & fortunam. Id enim quod est à fortuna, fieri non potest, nisi a principio extrinseco, ut patet in inuentione thesauri: casus uerò potest fieri à principio intrinseco, ut monstrū contingit ex mala dispositione materiæ quæ est pars ipsius mōstri. ¶Concludit ergo dicens satis dictum esse quid nam sit casus, quidque fortuna: & quo à se inuicem differant, quæ fuerat secunda q. proposita in principio quinti capituli. E

F

Tex. 65. ¶At de modis causarum, in quibus est unde principium motus: utrunque ipsorum est. aut enim corū quæ sunt natura, aut ab intellectu: causa semper est, sed horum multitudo inde terminata est.

¶In text. ergo 65, determinat quæstionem tertiam: puta ad quod genus per se causæ reducantur, scilicet ad finalem nè, an ad materialem &c. nam omnis causa per accidens debet adiungi causæ per se: ad quam proinde reducitur. Et ponit conclusionem quod reducitur ad genus causæ efficientis. Quam probat ex eo, quòd fortuna & ca-

A casus, ut dictum est, sunt in his quæ agunt propter finem, uel ex necessitate naturæ, uel à proposito: moueri autem à fine est propriũ causæ efficiẽtis.

Tex. 66. Quoniam autem casus, atque fortuna, causæ sunt eorum quorum aut intellectus causa fit, aut natura, cùm secundùm accidens causa aliqua fit horum ipsorum, nihil autem secundùm accidens est prius iis, quæ per se sunt, manifestum est, quòd neque causa per accidens prior est, ea quæ est per se. Posterior itaque B casus est, atque fortuna: & intelle-
Tex. 67. ctu & natura. ¶ Quare si qua maximè cœli causa est, casus: necesse est prius intellectum & naturam esse, & aliorum multorum, & huius uniuersi causam.

¶ In textu 66. reuertitur ad impugnationem secundæ opinionis supra positæ, quæ tenebat casum & fortunam esse causam motuum cęlestium. Et ratiocinatio est hæc. Causa per accidens non potest esse prior causis per se: nam id quod est per adcidens, nascitur præter intentionem ex causa per se: sed fortuna & casus sunt causa per C accidens: & cœli per motus suos sunt causæ per se horum omnium inferiorum: ergo fortuna & casus non sunt priores illis: & per consequens nec sunt causæ illorum. ¶ Quod demum tex. 67. & postremo huius capitis concludit: nempè quòd si casus & fortuna ponantur causæ cœlorum, necesse est ponere aliam primam causam quæ agat per intellectum: ad quam casus, & fortuna reducantur.

¶ *Sequitur hic quæstio. 5. ubi tria præcedentia capita præssius examinantur.*

QVOD PHYSICA PER omnes causas demonstret. D

CAP. VII.



QVÒD autem sint causæ, & quod tot numero quot dicimus: manifestum est. tot enim numero ipsum propter quid comprehendit. aut enim ad ipsum quid est reducitur ipsum propter quid ultimum in immobilibus, ut in mathematicis: ad diffinitionem enim recti, aut commensurabilis, aut alius cuiuspiam re ducitur ultimum. ¶ Aut admouens primum, ut propter quid certauerunt? quoniam furati sunt, aut cuius gratia? ut dominentur, aut in iis quæ fiunt, ad materiam. Quòd igitur causæ hæ, & tot sint manifestum est.

Tex. 68. (margin, beside "QVÒD autem sint causæ") E Tex. 69. (margin, beside "ducitur ultimum")

¶ Hæc est tertia earum pars principalis, in quas librum hunc secundum partiti sumus: in qua postquam Philosophus in duobus primis capitulis explicuit quid esset natura, & in quatuor sequentibus quot essent causarum genera, tam per se quàm per accidens, ostendit modò per tria cap. quemadmodum scientia hæc naturalis demõstret per omnia genera causarũ. At qui F in hoc 7. cap. quod septem cõtinet textus, proponit intentam conclusionem, præmittitque aliqua necessaria ad eius manifestationem. Sed in duobus prioribus textibus qui sunt 68. & 69. repetens conclusionem quæ ex superioribus colligitur, ait, tot esse sciẽtias numero quot dictæ sunt, scilicet quatuor, & non plures. Quam conclusionem confirmat hac ratione. Tot sunt causæ numero quot respondentur, cũ interrogatur propter quid est, aut fit hoc: sed ad huiusmodi interrogationem non respondetur, nisi aliquo istorum genere causarum:

H ergo

A ergo tantùm sunt quatuor causæ. Probat minorem exemplis in mathematicis, & in ciuilibus bellis. Ad quorum euidentiam animaduertendum est illud quod quæst. 3. adnotauimus, uidelicet, quòd causa rei, aut potest considerari solùm quantum ad esse: & ad hoc sufficit causa formalis, quæ dat esse rei: qualis est diffinitio quiditatiua. Aut consideratur quantum ad fieri: & tunc requiritur materia de cuius potẽtia educatur forma, & in qua recipiatur; & efficiens quod producat: & finis à quo efficiens moueatur. Et ex hoc sumitur sufficientia huius numeri causarum. ¶Sed est secundò notandum,

Causæ quatuor, & sufficientia.

B quòd cùm mathematicæ tractẽt de figuris quantitatis, ut abstrahunt à materia & motu, nõ considerant causas rei quantum ad fieri: & ideo solùm demonstrant per causam formalem, ut si quæratur à mathematico propter quid angulus lapidis quadrati est rectus, non respondebit, quia ita factus est propter talem finem: sed quia est angulus quem constituit linea recta perpendiculariter cadens super lineã rectam, quæ est diffinitio anguli recti. Ait ergo, quòd propter quid ultimum in immobilibus, ut in mathematicis, idest ultima earum causa reducitur ad diffinitionem anguli recti, aut lineæ rectæ. Dicuntur mathema-

C ticæ immobiles: quia abstrahunt à materia & motu. Aut etiam reducitur ad diffinitionem commensurabilis, ut si quæratur, quare diameter non est commensurabilis costæ, respondebitur: quia nulla est pars aliquota utriusque, quæ est diffinitio commensurabilium linearum. ¶Exemplum efficientis est in text. 69. [propter quid certauerunt? quoniam furati sunt.] Alludit ad bellum Thebanorum aduersus Focenses: cuius prima causa efficiens fuit, quòd Focenses inuaserant templum Thebanorum, illudque spoliauerant. Exemplum causæ finalis est in alio bello, quod Rex Persarum in-

D tulit Græcis, illius finis gratia, ut eis dominaretur. Præterit exemplum materiæ, quod esse hoc potest. Propter quid ferrum densius est quam lana, quia plus habet materiæ. Propter quid albedo accidens est corporale, intellectio uerò spirituale, quia albedo est accidens proprium corporis: intellectio uerò animæ.

Cùm autem causæ quatuor sint, de omnibus est Physici cognoscere. & ad omnes reducens ipsum propter quid: assignabit physicè materiam, speciem, ipsum mouens, & id cuius gratia. Veniunt autem tres Tex. 70.

E in unã plerumque. Ipsum enim quid est, & id cuius gratia: una est. Ipsum uerò unde motus primum: specie, eadem est his. Homo enim hominem generat. atque omnino quæcunque mota mouent, quæcunque autẽ non, non amplius Physicæ sunt. non enim, in seipsis habentia motũ, aut principium motus, mouent, sed immobilia sunt.

¶In tex. 70. proponit cõclusionem quam intendit. uidelicet, quòd physici est cognoscere omnes causas. Cuius ratio est, ꝙ physici est considera-

F re res naturales, & quò ad esse, & quò ad fieri. ¶Subiungit autem, quòd ex his quatuor causis tres coincidunt in eandem rem: cùm enim ignis ex stupa generat ignem, illius generationis finis, & forma sunt idem numero: efficiens autem est idem specie utrique, siue sermo sit de forma, quæ est altera pars compositi, siue de forma metaphysica quæ est quidditas rei. Finis enim ignis generantis est producere formam sibi similem in specie: unde forma geniti quæ priusquam esset in ratione finis mouebat agens (quod à prima causa dirigebatur ad talem finem) eadem, cum inducitur,

est

A est causa formalis. Cui forma efficientis est similis in specie, & per consequens efficiens ipsum, & eius quidditas similitudinem habet cum genito. Loquitur enim Aristot. de agente particulari & uniuoco. Et hoc est quod subdit [atque omnino quæcunque mota mouent] idest quæcunque causæ habentes in se principia sui motus. Quæcunque autem mouent, & non mouentur (quales sunt intelligentiæ) iam non sunt physicæ cõsiderationis: quia non habent in se principium sui motus, scilicet quibus moueantur. Et ideo non dicuntur entia naturalia, ut quæst. prima huius adnotauimus.
B Et hic locus est notandus aduersus eos qui angelos appellant entia naturalia.

Tex. 71. Quamobrem tria sunt negocia. hoc quidem, circa immobile. Illud uerò, circa mobile quidem, sed incorruptibile. aliud autem, circa corruptibilia.

¶ In text. 71. infert unum corollarium, uidelicet, tria esse negocia, idest intentiones scientiarum. Alia enim sciẽtia est quæ tractat de his quæ sunt simpliciter immobilia, ut metaphysica quæ tractat de intelligentiis secundùm rem separatis à materia. Cui se
C cundo gradu adiunguntur mathematicæ, quæ tractant de rebus quidem mobilibus, abstractis tamen per intellectum à materia, & motu. Alia est scientia circa mobile quidem localiter, sed tamen inalterabile & incorruptibile, ut scientia de cœlo, quæ tamen, pars quædam est physicæ. Sed alia scientia est quæ tractat simpliciter de corruptibili, ut in generali isti octo libri: In particulari uerò libri de generatione, & de metheoris, & de animalibus.

Diuisio scientiarum.

Tex. 72. Quare ipsum propter quid, & ad materiam reducenti redditur, & ad ipsum quid est, & primum mouens. D De generatione enim: maximè hoc modo causas considerant. quid post aliquid fiat, & quid primum fecit, aut quid passum est: & sic semper q̃d deinceps est.

¶ Reuertitur in tex. 72. ad probandam propositam conclusionem: nempè quod ad physicum pertinet suas conclusiones in omnes causas reducere, scilicet & ad materiam: & ad ipsum quid est, idest ad diffinitionem, quæ est forma totius, & ad primum mouens: nam de fine statim sequitur sermo. Probat conclusionem duabus rationibus. Prima est hæc. Physicus E considerat res non solùm inquantum sunt, sed quatenus fiunt & generantur: sed in generatione hæc tria sunt consideranda, scilicet [quid post aliquid fiat] quantum ad causam formalem, idest quæ substantia proximè alteri succedat: non enim quodlibet fit ex quolibet, ut supra dictum est: sed ex aqua per rarefactionem fit aer: & uicissim ex aere per condensationem fit aqua: & ex semine disposito animal [& quid primum fecit] scilicet quæ fuerit causa efficiens [aut quid passum est] idest quæ sit materia: ergo ad physicum pertinet omnes has F causas reducere ad ipsum propter q̃d. Quinimmo non hoc solum, sed habet etiam considerare ea quæ consequuntur rem genitam, ut textu statim 74. fit manifestum.

Duplicia autem sunt principia mouentia physicè: quorum alterum non physicum est. non enim habet motus principium in seipso. Tale autem est, si aliquid mouet quod nõ mouetur, ut id quod penitus est immobile, & quod omnium primum est. Et ipsum quid est, & forma, finis enim est, & cuius gratia. Tex. 73.

A ¶Repetit iterum in tex.73.id quod supra insinuauerat, uidelicet, quòd physicus in quantùm physicus non habet reducere causas usque ad primas simpliciter quæ mouent & non mouentur (sicut sunt Deus & intelligentiæ) quia cùm ille non habeant in se principium sui motus, non sunt entia naturalia. Sed debet resolutionem facere usque ad prima principia particularia, quæ mota mouentur scilicet cur hic nascitur homo, & hic nascitur equus? quia alter genitus est ex homine, & alter ex equo. Et pariter in finibus, si quæratur cur homo generat hominem, non tenetur physicus respondere, ut ille homo genitus perueniat ad beatitudinem: sed ut generet sibi simile ad conseruationem speciei.
B

Tex. 74. Quare cùm natura propter aliquid sit: & hanc cognoscere oportet, & penitus reddendum est ipsum propter quid ut quod ex hoc, necesse est hoc fieri: hoc autem ex hoc aut simpliciter, aut frequenter. & si debet hoc fieri: ut ex propositionibus conclusio: & quia hoc erat: quodquid erat esse. & quia meliùs est sic, non simpliciter: sed ad uniuscuiusque substantiam.
C

¶In tex. 74. & postremo subdit secundam rationem eiusdem conclusionis, quę est hæc. Natura agit pp finē: ergo necesse ē effectus naturales in omnes quatuor causas reducere. Et est notanda hæc ratio: quia si natura nō ageret intēdendo finem, tunc nec esset in naturalibus causa finalis, nec proinde causa efficiēs per se. ut q.3. notauimus aduersus Democritum: nam efficiens per se est quæ intendit finem. ¶Subdit omnium causarum exempla: quæ licet diuersimodè à S.Th. & alijs exponantur, credo sic euidentius explicari. Si quæratur à Philosopho naturali,

Nota.

cur iste homo duos habeat oculos, respondere potest ex causa efficienti: quia genitus est ab alio homine qui habebat duos oculos. At quia posset quis obijcere illā causam non esse sufficientē, eo quòd nonnunquam nascitur monstrum disimile generanti, dicit quòd satis est physico reddere causam, unde sequitur talis effectus, aut semper: sicut in perpetuis, ut cur sole existente in leone tempus sit nobis calidum, quia sol est nobis propinquior, aut cur luminaribus existentibus in talibus punctis Sol eclipsatur, quia tunc Luna anteponitur Soli. Aut frequenter. ut in exemplo posito, quòd iste nascitur duobus oculis: quia genitus est ab homine habente duos oculos. ¶Potest etiam reddere causam materialem, scilicet quia ex semine humano factus est, & non semine oliuæ. Et ponit exemplum, sicut conclusio fit ex præmissis: nam ex duabus extremitatibus præmissarum materialiter constat conclusio. ¶Potest præterea reddere causam formalem: puta diffinitionem quidditatiuam hominis, quia iste est animal rationale, cuius naturæ congruunt bini oculi. Et hoc est quod ait [quia hoc est quod quid erat esse.] ¶Potest deniq; causam reddere finalem: nempè ut duobus oculis melius dirigat motum, & colores percipiat. Addit autem, quòd cum redditur finis, non opus est reddere id quod simpliciter melius est: sed id quod huic naturæ melius est: nam habere oculos non est simpliciter melius, cum substātiis spiritualibus, puta Deo & angelis, non sit melius: est tamen melius homini. Et in hoc differt physicus à mathematico: quia mathematicus cōsiderat quidem formam, solùm inquantū formam, & non inquantum finem, ut cur lineæ circuli à centro usque ad circumferentiam sunt æquales, respondebit, quia illa est diffinitio circuli. Non tamen respondebit, quia melius est
D E F

A circulo, uel peius habere tales lineas ad motum, uel ad pulchritudinem: uel quia peritus artifex illum descripsit, uel quia ex tali materia constat. ¶ Illud secundum exemplum de conclusione & propositionibus Commentator, quem sequitur S. Tho. non intelligit de causa materiali: sed ait Aristo. illic ostendere, quod quando ex causa efficienti sequitur effectus, nõ semper, sed frequenter, tunc ex causa ad effectũ non est illatio necessaria: sed solum ex effectu ad causam. Sequitur enim, ꝙ si nascitur homo ille generatur ex homine, non tamen cõtinuò si generatur ex homine nascitur homo perfectus:
B quia potest nasci monstrum. Et propterea comparatur ad conclusionem respectu præmissarum: in quibus necesse est, ꝙ si conclusio est uera, præmissæ sint ueræ, non tamen si præmissæ sunt ueræ, conclusio est uera, ut omne animal est risibile: ergo omnis homo est risibilis. ¶ Sed certè non suspicor hanc fuisse intentionem Arist. Primò quia satis est physico, ut diximus reddere causam effectus, ut plurimum. Et præterea quia non assignantur ab Aristotele quatuor exempla quatuor causarum, nisi secundùm intelligatur de causa materiali.

C
QVOD NATVRA AGAT propter finem.

CAP. VIII.

Tex. 75. Quæstionis sextæ locus.

DICENDVM igitur primùm quidem, quod natura earum causarum est, quæ sunt propter aliquid: postea de necessario, quomodo se habeat in physicis. Ad hanc enim causam reducunt omnes: quia cum calidum tale natura sit, & frigidum, & unumquodque talium: hæc ex necessitate sunt, & fiunt, & apta natura sunt. Etenim etiam si aliam causam dicãt: solùm tangentes ualere sinunt. hic quidem, litem & amicitiam: ille uerò, intellectum. D

¶ Proposita in superiori cap. cõclusione, ꝙ physicus habet demonstrare per omnes causas: præiactisq; fundamentis, ꝙ finis & forma quandoq; coincidunt in idẽ: & quod non opus est reductionẽ fieri ad primas causas quæ mouent non motæ, (ut sunt intelligentiæ) in duob. cap. sequentibus manifestat duas conclusiones, ex quibus principalis conclusio pendet. Prima ostenditur in hoc cap. 8. nempè quòd natura agit propter finem: & secunda E in cap. sequenti, scilicet quomodo natura agit ex necessitate. Hæc enim duo proposuerat in textu proximo, tanquam fundamenta potissima: nam si natura ut illic modò dicebamus nõ ageret propter finem, & ex necessitate, non posset signari causa efficiens per se, immo nec propriè forma quæ est per se effectus efficientis. Habet autem hoc caput textus duodecim. In primo qui est numer. 75. proponit conclusionem, scilicet natura est earum causarum, quæ agit propter finem. In qua potissimum conclusione meritò profectò Aristotel. nomen suum inter antiquos celebrauit: nam F tametsi Plato prouidentiam Dei, utcunque cognouit, Aristo. tamen fuit qui præcipuam hanc philosophiæ ueritatem ostendit aduersus priscos philosophos, scilicet quicquid in natura fit, fieri propter aliquem finem, qui est prima omnium causarum. Atque adeo hoc est testimonium diuinæ prouidentiæ: nihil enim agere potest propter finem, nisi aut cognoscat finem, aut dirigatur ab alio cognoscente finem: sicut sagitta dirigitur à sagittante. Cùm ergo in rerum natura multa sint agentia quæ non cognoscunt finem, testimonium est, quòd à Deo diriguntur in suos fines. ¶ Subdit autem

A Ph.antiquos hanc ueritatem ignoraſſe: quippe qui omnia ad hanc ſolum cauſam reducebant quæ ex neceſſitate.ſ.ratione materiæ operabatur. Materiam enim appellabant neceſſitatē. Aiebant ergo ignem nō eſſe calidum propter aliquam neceſſitatē, aut finem humanum: nec in membris hominis alia eſſe frigidiora & alia calidiora, qa ita ſunt neceſſaria ad uitam: ſed quia talis eſt natura rei ex parte materiæ, vt 1. huius ſuper tex. 41. in opinione Democriti explicuimus. ¶ At quia poſſet quis obiicere, ꝙ Anaxagoras & Empedocles ponebant cauſas efficientes, in quas poſſent rerum naturæ reduci:
B ille quidem intellectum & mentem, hic uerò litem & amicitiam (ut in 1. uiſum eſt) reſpondet quòd illas dicebant eſſe cauſas ſolum in prima mundi conſtitutione: non autem in generationibus particularibus. Et hoc eſt quod ait [ſolum tangentes, ualere, ſinunt] ideſt tangebant illas in prima rerum conſtitutione: ſed in particularibus generationibus ualere ſinūt, ideſt abire permittunt: abeuntibus enim dicimus ualete.

Tex. 7[illegible]. Habet autem dubitationem: quid prohibeat naturam non propter aliquid facere, neque quod melius eſt, ſed ſicut pluit Iupiter, non ut frumentum augeat, ſed ex neceſsitate.
C Quod enim ſurſum latum eſt, frigefieri oportet: & quod frigefactum eſt aquam factum, deorſum uenire. augeri autem, cum hoc fiat: accidit frumentum. Similiter autem & ſi cuipiam perit frumentum in area: non huius gratia pluit, ut pereat, ſed hoc accidit. Quare quid prohibet: ſic & partes ſe habere in natura? ut dentes ex neceſsitate oriri: anteriores quidem acutos, aptos ad diuidendum. Maxillares autem, latos & utiles ad terendum cibum: cùm non propter hoc facti ſint: ſed D
acciderit. Similiter autem eſt de aliis partibus: in quibus uidetur ineſſe ipſum propter aliquid. Vbi igitur omnia acciderint, perinde, atque ſi propter aliquid facta forent, ea quidem ſeruata ſunt, à caſu conſiſtentia aptè. Quæcunque uerò non ſic, periere, pereuntque, quemadmodum Empedocles dicit accidiſſe in uaccis, quòd quaſi pepererunt uaccas, quarum ſuperiora erant hominis. ratio igitur qua dubitauerit aliquis, hæc eſt, & ſi qua talis alia eſt.

¶In text. 76. proponit dubitationē ad examinandam ueritatem, referens, antiquorum contrariam opinionem. E
Vbi notandum, quòd potiſſimum teſtimonium, quòd natura agat propter finem, eſt, quia ſemper agit id quod melius eſt & congruentius ratione rei, ut oculos aptos ad uidendum, pedes ad ambulandum, &c. Et ideo hoc uolebant antiqui deſtruere, dicentes, quòd natura non intendit rerum utilitatem & perfectionem: ſed quòd utilitas, & detrimentum, quod prouenit ex actionibus naturalibus eſt per accidens prę ter naturæ intentionem. Et hoc eſt quod ait (habet autem dubitationem) F
ideſt dubium eſt quid prohibeat, naturam non agere propter finem, ideſt quæ ſit ratio neceſſaria, qua prohibemur dicere naturam nō agere propter finem. Nam poſſent dicere antiqui, quòd ſi Iupiter, ideſt Deus, uel aer, (quem etiam appellant Iouem) pluit, hoc non eſt propter bonum arborum & ſegetum, ut ſcilicet, creſcant & fructus ferant: ſed ex neceſſitate) ſcilicet materiæ) quia uapor leuis radiante ſole aſcendit: & cum ſurſum eſt, ubi uiget frigus, propterea quòd illuc non attingunt radij ſolares, qui reflectuntur à terra, uapor ex neceſsitate materiæ condenſatur: condenſatus autem

ex

A ex grauitate cadit, quòd autem frumenta crescant deper accidens contingit pluuiæ: quia Iupiter pluens nõ intendebat hoc. Et quòd hanc utilitatem non intenderet Iupiter, probabant: quia cùm pluuia reperit frumentum in area est in detrimentum eius: ergo ut pluuia non intendit detrimentum, ita nec intendit utilitatem. [Quare quid prohibet &c.] inde sumebant simile argumentum ita accidere in mẽbris hominis, ut quòd interiores dentes essent acuti, & maxillares obtusi, non factum esset, ut illi sint apti adscindendum cibum: hi uerò ad conterendum: sed quia ex necessitate materiæ
B illi erant acuti, & isti obtusi, contingit præter intentionem illa utilitas. Et ita in reliquis partibus, scilicet ꝙ plantæ pedum essent planæ, quòd hæpar esset calidum, quòd stomachus esset talis figuræ, non fuit ex necessitate materiæ: sed quòd esset apta membra ad digestionem fuit per accidens præter intentionem. ¶At quia opponebatur antiquis argumentum, quòd hac dispositione, & organizatione membrorum melius res conseruantur, quã dissolutæ, tunc enim statim corrumpuntur, ut si in homine sit excessiuus calor, aut frigus statim moritur: quapropter uidetur, quòd hæc membro-
C rum coaptatio, & temperamentum membrorum sit propter conseruationem uitæ. Negabant consequentiam, dicentes, quod ubi omnia membra à casu sunt coniuncta, & coaptata, ut unum possit aliud iuuare, tũc casu prouenit, ut res possit conseruari, ut patet in animali perfecto secundùm suã speciem: ubi tamen fortè ineptè coierunt partes diuersarum specierum, & partes quæ non possunt se benè iuuare, ut in centauris: quæ sunt monstra parte prima, scilicet superiori homines, & parte secunda, scilicet inferiori tauri, illa (aiebant) monstra breuis sunt durationis: quia partes ineptæ coniunguntur. Vel fortè adducebat Empedocles mõstra in exemplum partium animalium, uidelicet, quòd D quando fortè membrum est læsum, aut humor putridus, ut non possit conseruare uitã, sequitur à casu mors.

Sed impossibile est hæc ita se habere. Hæc enim, & omnia quæ natura sunt: aut semper sic fiunt, aut frequenter. Sed eorum quæ fiunt à fortuna, & casu: nihil. Neque enim à fortuna, neque à casu uidetur: pluere sæpe hyeme: sed si sub cane: neque caumata sub cane: sed si hyeme. Si igitur aut à casu uidetur, aut propter aliquid esse, si non possibile est esse hæc aut à fortuna aut à casu propter aliquid utique erunt. At uerò natura sunt huiusmodi omnia. Quemadmodum, & ipsi dixerint: qui hæc dicunt. Est itaque ipsum propter aliquid in iis quæ natura fiunt, & sunt. Tex. 77. E

¶In textu 77. incipit demonstrare conclusionem: ad quam primò adducit quinque rationes: & deinde respondet aduersariis. Prima est hæc. Ea quæ fiunt aut semper, aut frequenter, non fiunt à casu, uel à fortuna: sed à propositorum fortuna & casus, F ut supra dictum est, sunt de his quæ rarò contingunt: sed ea quæ sunt à natura, aut semper, aut frequenter eueniunt: ergo fiunt à proposito. Minorem probat exemplo, quia quòd hyeme sit frequens pluuia, aut omnibus annis, aut pluribus contingit: rarissimè tamen contingit oppositum: sicuti semper, aut frequenter contingit, quòd Sole intrante caniculam (nempè in mense Iulij) fit cauma, idest feruentissimus calor. Contrarij autem effectus: quia rarò fiunt, scilicet in hyeme non pluere, & in mense Iulij non esse calorem, hoc posset dici a casu sicuti monstrum. Ratio prima.

A Amplius in quibuscunque finis aliquis est: huius gratia agitur, quod prius quoque consequens est: ergo ut agitur, sic aptum natura est. & ut aptum natura est, sic agitur unumquodque, nisi quid impediat. Agitur autem: propter aliquid. Et aptum itaque natura est: huius gratia. ut si domus, eorum quæ natura fiunt esse: sic utique facta esset, ut nunc ab arte. Si autem quæ natura, non solùm natura, sed & arte fierent: similiter utique fierent, ut apta natura sunt: propter ergo alterum, alterum.

Tex. 78.

B

Secunda ratio.

¶In tex. 78. subditur secunda ratio quæ est ex his quę ab arte fiunt elegantissimè sumpta. Supponit enim, quòd ubicunque est aliquis finis, omnia præcedentia fiunt propter illum finem, scilicet & id quod primum, & id quod consequenter fit usque ad illum finem, ut quia constructionis domus finis est habitatio, fit, ut fundamentum & parietes & omnia ordinentur in eundem finem. Hoc supposito arguitur. Sicut unumquodque agitur, ita suaptè natura natum est fieri: & econuersò, sicut natum est fieri, ita agitur: propterea enim in domo prius

C iacitur fundamentum, deinde eriguntur parietes, & tandem superponitur tectum: quia ita nata est fieri: & à posteriori cognoscimus ita natum esse fieri, quia ita fit [si non aliquid impediat] quia quando producitur monstrum ex semine hominis propter impedimentum non fit res eo modo, quo nata est fieri: sed id quod agitur à natura, agitur ad modum eorum quæ aguntur propter finem: ergo illa apta nata sunt fieri propter finem: & per consequens in rei ueritate aguntur propter finem. Probatur minor per similitudinem ad artificialia. Sicut in constructione domus prius iaciuntur fundamenta, mox eriguntur parietes, ac demum superponitur tectum: ita arbor prius submittit radices tanquam sustentaculum, deinde emittit stipitem, & tanquam tectum profert frondes. Vnde infert, quòd si domus esset res naturalis, natura eodem modo faceret domum, sicut fit ab arte: & uiceuersa, si arbor res esset artificialis, eodem ordine artifex faceret arborem quo fit à natura. Si ergo in artificialibus uidemus illum ordinem seruari, eo quòd media ordinantur ad finem, sequitur & naturam, quæ similiter operatur, agere propter finem. D

E Et omnino ars alia quidem perficit quæ natura non potest efficere, alia uerò imitatur. Si ergo quæ secundùm artem sunt, propter aliquid fiant: manifestum quòd & quæ sunt secundùm naturam. Similiter enim se habent inter sese, in iis quæ secundùm artem, atque in iis quæ secundùm naturam: posteriora ad priora.

Tex. 79.

Tertia ratio.

Ars duplex.

¶In tex. 79. sequitur tertia ratio secundùm Commētatorem, quę potius est superioris expositio. Ait enim duplicem esse artem: aliam, quæ facit id quod natura nō potest efficere, ut ars construendarum nauium: nauis enim non potest fieri à natura: alia uerò est quæ imitatur naturam, idest operatur eundem effectum, quem facit natura seruando modum naturæ, ut medicina. Vt enim natura sanaret infirmum, expellendo corruptos humores fortificando membrum &c. Eodem modo operatur ars medica. Si ergo ars medēdi operatur ex intentione finis, sequitur quòd natura sanans infirmum etiam operatur propter finem: aliàs ars non iuuaret naturam concurrendo ad eundem effectum, si finem quem intendit ars, non inten- F

A tenderet pariter natura. Et ita infert intentam conclusionem, scilicet quòd cùm ars operetur propter finem, & natura operetur quemadmodum ars, fit ut natura itidem operetur propter finem.

Tex. Maximè autem manifestum est, in cæteris animalibus: quæ neque arte, neque inquirendo, neque deliberando, faciunt. Quapropter dubitant quidam, vtrùm intellectu, aut quodam alio operentur: & aranei, & formicæ, & huiusmodi. Paulatim autem sic procedenti, & in plan-
B tis apparent conferentia quędam fieri ad finem, ut folia propter fructus cooperimentum. Quare si & natura, & propter aliquid, hirundo nidum facit, & araneus telam, & plantæ folia gratia fructuum, & radices non sursum, sed deorsum gratia nutrimenti: manifestum quòd est causa talis in ijs quæ natura fiunt, & sunt.

4.Ratio. ¶In text. 80. sequitur quarta ratio sumpta ex animalibus brutis. Aranei texentes telas, formicæ congregantes grana, hirundines construentes nidu-
C los, hæc omnia faciunt propter finem, & tamen non agunt ex arte neque à proposito, cùm non habeant cognitionem finis: ergo reliqua omnia naturalia, quæ sine ratione, & arte operantur, agunt propter finem. Maiorem probat authoritate philosophorum: quam nec contrarij possunt negare. Est enim adeo manifestum formicas congregare frumentum in æstate, ut sit illis alimentum in hyeme: & hirundines facere nidum gratia incubandi oua, ut etiam contrarij id non possint negare. Dicebant tamen quòd ab intellectu quodam dirigebantur. Contra quos ait Phi. quòd ista bruta, cùm non cognoscant finem, non agunt deberatè neque ex arte, sed instinctu diriguntur à datore naturæ. Quocirca idem concedendum est in alijs sensu carentibus. Vnde paulatim, inquit, ex his procedendum est ad plantas, quæ habent vitam sine sensu: in quibus apparet folia produci, ut sint cooperimentum fructuum: id quod in uite est manifestum: quæ propterea habet tam lata folia, ut tenerrimæ uuæ à tempestatibus protegantur. Et radices arboris propterea sunt subtus, ut alimentum à terra suscipiant. Si ergo ita est in his uiuentibus, testimonium est elementa, & alia id genus uitæ expertia etiam agere propter finem. D

E Et quoniam natura duplex est. alia quidem vt materia, alia uerò ut forma, finis autem est hæc, propter finem autem cætera: hæc utique erit causa cuius gratia.

¶In tex. deniq; 81. concludit quintā postremamq; rationem. Natura ex qua ens naturale cōstat, est duplex, materia. s. & forma, sed ex his materia quę est pura potētia ordinatur ad formam quæ est actus eius: ergo generatio rei naturalis est propter finem, idest propter acquirēdam formam, per quā res cōstituitur in sua specie & quidditate. 5.Ratio.

Peccatum autem fit, & in ijs quæ fiunt secundùm artem. scripsit enim non rectè grammaticus, & propinauit non rectè medicus medicamentum. Quare manifestū est: quòd contingit & in ijs, quæ secundùm naturam fiunt. Si igitur sunt quædam secundùm artem, in quibus quod rectè fit propter aliquid fit: in ijs autem quæ peccantur, alicuius quidem gratia aggreditur, sed frustratur: similiter utique se habent & in physicis, & mōstra peccata sunt illius quod propter aliquid agit. Et in ijs quæ à principio utiq; compositionis bouigena, si non ad quendam terminum ac finem Tex. 82. F

nem

A nem poterant uenire: corrupto utique principio aliquo (ut nunc semina fiebant.

¶In text. 82. postquam adduxerat. Phi. rationes proprias prosequitur diluere aduersariorum argumenta, quæ duo erant potissima. Primum quod cùm naturam uidebant nonnunquam deficere (nempè quãdo monstrum gignitur) inferebant naturam non agere ex intentione. Quare dicebat Empedocles, quòd sicut in prima constitutione rerum, casu facta sunt aliqua B monstra bouigena, scilicet superiori parte homines inferiori uerò boues, propterea quòd casu diuersorum animalium membra in unum coierunt, ita casu contingit, quòd fierent hoĩes & reliquæ spec es huius figuræ quam modò habent. Contra hoc argumentum facit Aristot. quatuor rationes: quibus argutè retorquet argumẽtum in eos ostendens, quòd potius inde sequitur naturam agere propter finem. ¶Prima ergo ratio est: quæ potest sexta in ordine numerari. In ijs quæ fiũt ab arte, idcirco contingit peccatum, quia ars non consequitur finem quem C intendebat, ut propter ea grammaticus dicitur peccare, quia scribendo, aut loquendo non consequitur finem artis, & propterea medicus peccat, quia non porrigit potionem commodam ad finem. Vnde si nullus esset finis intentus artis, nullum contingeret peccatum: quia peccatum non est, nisi quia deficit à fine: ergo peccatum potius est signum ꝙ talis ars agit propter finem, quam quòd non agat propter finem. Eodem ergo modò in naturalibus, quòd aliquando contingat monstrum, potius est signum, quòd natura intendebat finem quẽ non consequitur monstrum, propter aliquod .Ratio. impedimentum. Non enim diceretur monstrum humanum illud quod nascitur unico oculo, nisi natura intenderet producere duos oculos. Quo-

D circa bouigena illa Empedoclis propterea facta sunt monstra, non ut fingebat Empedocles, quia membra diuersorum animalium fortè coniũcta sunt, sed quia natura particularis impedita fuit ab alia causa, ne consequeretur suum finem. Cuius præterea indicium est, quòd monstra raro contingunt: effectus uero intenti, aut semper aut frequenter.

Ampliùs necesse est semen fieri primum: sed non statim animalia, Tex.83. & ipsum natura quidem molle priùs semen erat. Ampliùs & in plantis E inest ipsum propter aliquid: minus autem distinctum est. Vtrùm igitur & in plantis fiebant, ut bouigena uiri prora, sic uitigena oleo prora, an non? Inconueniens enim est. sed tamen oportebat: siquidem & in animalibus. Amplius oportebat & in seminibus fieri ut accidit.

¶ In text. 83. subiungitur duæ aliæ rationes. Est ergo secunda. Vbi certus 7. Ratio. est ordo & series actionum non est fortuitus effectus, sed à proposito intentus: nam quæ sunt præter intentio F nem nullum seruãt ordinem certũ: at in generatione naturali, ẽt ubi gignitur monstrũ, est certus ordo: ut priùs ponatur semen in loco apto ad generationem, non tamẽ statim fit animal, sed prius semẽ digestũ mollescit, & fit embrio, multisq; inter medijs dispositionibus uenitur ad animal: ergo illa operatio est à proposito. Vis rationis in hoc consistit, ꝙ quamuis nonnunquam contingat peccatum in ultimo effectu, nunquam tñ peruertitur ordo, ut ex animali fiat embrio, aut ex embrione semen: sed è cõuerso. ¶Tertia ratio est plantæ (ut supradictũ est) 8. Ratio. agunt etiam propter finem: licet in illis non sit tam manifestum quã in animalibus, propterea ꝙ nõ habẽt membra ita distincta ad generationẽ, nutritionem

A tionẽ & alias operationes vitales, ut aïalia: ergo à fortior in aïalibus (quorum natura magis est solicita) membra & motus sunt propter finem. ¶Interrogatio, quæ statim subiungitur aduersus Empedoclem, uariè exponitur. Nihilominus licet appareat intricata, facilis est tamen, si priùs consideretur ꝙ Empedocles dicebat in prima rerum constitutione facta fuisse bouigena uiri prora. Legenda sunt hæc nomina non copulatiuè, sed ut secũdum sit adiectiuum prioris. Quę erant monstra cuius pars posterior erat bouis (& ideo dicebantur bouigena) pars uerò anterior erat hominis uiri: & ideo dicebãtur uiri prora: à prora nauis: quæ

B est pars anterior. Quamquam Themistius non legit, nisi, uiri prora, idest habentia priorem partem uiri. Quod si monstrat illa (ut aiebat Empedo.) non sunt facta ex defectu naturæ, non potentis attingere suum finem, sed quia ita fortè cõiuncta sunt membra diuersorum animalium: interrogat Aristo. cur non sunt etiã facta uitigena oleo prora, idest mõstra quorum pars posterior sit uiris & anterior sit oliua. Inconueniens (inquit) est, quia est contra experientiam: sed tamen consequitur ad opinionem Empedoclis. Et idem præterea inconueniens infert in seminib. cur non factum est monstrum, ut acci-

C dit i. à casu: nempè cuius una pars grani esset triticum, alia uerò hordeum. Quinetiam potuisset interrogare, cur non factum est monstrum, cuius una pars esset homo, & alia planta. Non ergo intendit hic Aristo. negare esse aliqua monstra in plantis, aut seminibus (ut nonnulli existimãt) sed ratio (quæ quarta est contra istos) cõsistit in hoc. Si monstra fiunt illa ratione qua dicit Empedocles, contingerent tunc quidem indifferenter quæuis mõstrorum genera ex plantis & animalibus: non tamen ita contingunt: sed monstrum nascitur quàm proximum fieri potest fini intẽto à natura. vt ex homine nun-

D quàm nascitur planta: sed uel homo, uel monstrũ habens aliquam effigiem hominis, aut quòd saltem sit animal, quod est genus hominis. Et in plantis quamuis nonnunquam ex oliua nascatur oleaster, nunquam tamen cupressus. Et in seminibus, licet triticum, aliquando degeneret insiliginem. nunquam tamen ex tritico nascitur urtica: ergo cùm natura semper faciat effectum quem potest proximum proprio fini, sequitur quòd ipsamet productio monstri testatur, naturam agere propter finem.

Vnde in textu 84.

E

Omninò autem destruit sic dicẽs: tàm quę natura sunt quàm naturam. Natura enim sunt: quæcunque ab aliquo in seipsis principio cõtinuè mota perueniunt ad aliquem finem. Ab unoquoque autem non idem quibusque, neque quiuis, semper tamen ad eundem, nisi aliquid impedierit. Tex. 84.

¶Infert Arist. ꝙ illi qui à natura finem auferunt, rationem ipsam naturę tollunt. Est enim natura quæ à certis agentibus & principijs, non quocunque, sed usq; ad certum finem progreditur. [Ab unoquoque autem nõ idem F quibusque, neque quiduis] idest, quibuscunque agentibus non contingit à quocunque principio in quemcunq; finem procedere: nam ignis neq; incipit à frigiditate, neq; producit aquam: sed unumquodq; ex certis principijs ad certum finem peruenit: nisi impediatur. ut in monstris.

Id autem cuius gratia, & quod huius gratia, fient vtique à fortuna. Sicuti dicimus, quòd à fortuna venit hospes, lotusque abiuit, cum tãquàm gratia huius ueniens egerit, non autem gratia huius venerit. & hoc secundùm accidens. Fortuna enim, est earum quæ sunt secundùm accidens Tex. 85.

causa.

A causarũ, quemadmodum & priùs diximus. Sed cùm hoc semper, aut frequenter fiat non secundùm accidens, neque à fortuna est. In physicis autem semper sic, nisi quid impedierit.

Nota. ¶In tex. 85. respõdet cuidam tacitæ obiectioni, quæ posset fieri aduersus ea quæ dicta sunt. Atqui textus (licet hâc expositionem nusquàm viderim) hoc modo uidetur inducendus. Fecerat consequentiam Arist. ꝙ si effectus naturales suaptè natura possunt fieri propter finem, de facto natura faciat illos propter finem. Quam consequen B tiam posset quispiam negare, dicens, id quod suaptè natúra est factibile à proposito, fieri aliquãdo præter intentionem. vt siquis vadat in domum amici solum salutandi eum gratia, & fortè illic balneo lauatur, tũc lotio quidem illa est à fortuna, cum nõ fuerat intenta, & tamen erat factibilis à proposito: nam si ille sciuisset se lauandum, venisset propter illud. Respondet Aristo. id nonnunquam uerùm esse, scilicet, quòd fiat à fortuna, id quod esset factibile à proposito: id tamen est uerùm quando talis effectus rarò contingit: sed tamen quia natura semper, aut fre- C quentissimè eosdem consequitur effectus, signum est quòd non solùm effectus illi sunt factibiles ex intentione, sed ꝙ in rei veritate fiunt ex intẽtione.

Tex. 86. Inconueniens autem est: non opinari propter aliquid fieri, nisi videant ipsum mouens deliberasse. Attamen etiam ars non deliberat. nanque si esset in ligno, nauis faciendæ ars: haud secus atque natura faceret. Quare si in arte inest ipsum propter aliquid: & in natura inest. Maximè autem manifestum est: cum quis medetur ipse sibi ipsi. huic enim: similis est natura. Quòd igitur causa sit natura, atq; ita ut propter aliquid, manifestum est.

¶In textu denique 86. & postremò D respondet Ph. ad secundum argumentum aduersariorum, quod erat huiusmodi. Natura non agit ex consilio, & deliberatione, ut patet in brutis animalibus & in alijs insensibilibus: ergo non agit propter finem. Quib. respondet negando consequentiam. Et poterat quidem aliam rationẽ reddere, uidelicet, quòd agere propter finem, stat dupliciter: uno modo à proposito per deliberationem particularis agentis: & alio modo tanquam ea, quæ ab alio dirigũtur, ut sagitta. Sed tamen adhuc ostendit consequentiam non ualere, etiam in artibus, quarum opera sunt à proposito. Nam artifex construendarum nauium, non deliberat an nauis E debeat fieri ex ligno, uel ex plumbo: nec deliberat an prius sit lignũ cedendum ex arbore, quàm dolabra dedoletur. Quoniam hæc ex habitu sunt manifesta. Nec certè domificator deliberat an prius iaciat fundamenta, quàm erigat parietes: nihilominus agit propter finem. ¶At quia posset quis istam analogiam artis & naturæ inficiari, dicens quòd ars agit propter finem: quia est principium extrinsecum artificio, natura uerò est intrinsecum enti quod mouetur: respondet quòd nihil refert principium esse intrinsecum, an extrinsecum in hac parte. Et ideo concludit, quòd in ea maximè arte apparet operatio naturæ propter finem, quando medicus sibi ipsi medetur: tunc enim medicatio fit propter finem à principio intrinseco, puta ab arte: quæ est in illo qui sanatur. Eodem modo quando quis à natura sanatur, natura operatur propter finem. Licet sit differentia quòd quando medicus sanatur, motus est à principio, quod est per accidens intrinsecum ei qui sanatur.

Agere in proposito dupliciter.

QVO-

A QVEMADMODVM IN natura ſit neceſſarium.

CAP. IX.

Tex.87. VOD autem ex neceſsitate eſt vtrùm ex conditione ſit, an & ſimpliciter? Nunc enim opinātur quod ex neceſſitate eſt, eſſe in generatione. Quemadmodum ſi aliquis murum ex neceſſitate exiſtimaret eſſe factū: quoniam grauia quidem deorſum ferri apta natura ſunt, leuia autem supernè. quapropter lapides quidem deorſum ac
B fundamenta, terra autē ſurſum propter leuitatem: ſupra autem maximè ligna leuiſsima enim ſunt.

¶ In capitulo nono, quod ſex textus continet, determinat Philoſophus ſecundam quæſtionem propoſitam in principio ſequentis capitu. nempe illa quæ in natura contingant, qua neceſſitate fiant. Eſt enim quæſtio hæc cum ſuperiori connexa. Cùm enim determinatum ſit naturam agere propter finem, uidetur ſtatim inde ſequi, omnia fieri ex neceſſitate finis: cum antiqui potiùs dixiſſent fieri ex neceſ-
C ſitate materiæ. Et ideo proponit primò quæſtionem, utrùm neceſſitas effectuum naturalium ſit neceſſitas conditionalis an neceſſitas ſimpliciter. Ad cuius intelligentiam notandum
Neceſſariū quot modis dicatur. eſt ex 5. metaphi. text. 6. quod neceſſarium tot modis dicitur quot ſunt cauſarum genera. Eſt enim neceſſarium ab intrinſeco, aut ratione materiæ, aut ratione formæ. vt neceſſe eſt hominem eſſe mortalem, quia eſt materialis, & eſſe riſibilem, quia eſt rationabilis. Et præterea eſt neceſſarium ratione cauſæ efficientis: ſicut neceſſe eſt noctem diei ſuccedere, propter motum diurnum ſolis: noctiſque & dies inæquales eſſe in diuerſis temporibus propter maiorem, aut minorem acceſſum ſolis ad nos. Et iſtæ neceſſitates dicuntur ſimpliciter, propterea, quia ſunt à cauſis intrinſecis, aut D
ſaltem à priori, ratione cauſæ efficientis. Alia eſt neceſſitas ratione finis: & hæc dicitur conditionalis. vt cibum ſumere non eſt ſimpliciter homini neceſſarium: ſed conditionaliter propter finem, ſi uult uiuere. Eſt ergo quæſtio: utrum diſpoſitio & ordo uniuerſi, & diſpoſitio & ordo membrorum animalis, ſit ſimpliciter ex neceſſitate materiæ, an propter finem. Antiqui enim dicebant hoc fieri ex neceſſitate materiæ. ut quod terra ſit deorſum & aqua deſuper, & adhuc ſuperius aer, non eſt propter finē aliquem: E
ſed ſolum quia materia eſt grauior & aqua leuior. Ponebant exemplum in artificialibus. ut quòd in conſtructione domus fundamentum ſubſternatur ex lapidibus, & parietes conſtruantur ex terra (aut ex terra cocta, quales ſunt lateres: aut ex terra cruda conſtipata) & quòd tectum ſuperponatur ex lignis, hoc non prouenit, niſi quia lapides ſunt grauiores quàm terra, & terra quàm ligna.

Attamen non ſine his quidem factus eſt: non tamen propter hæc, Tex.88.
niſi ut propter materiam, ſed cauſa F
abſcondendi quædam & ſaluandi. Similiter uerò & in alijs omnibus, in quibuſcunque ipſum propter aliquid eſt: non ſunt quidem ſine ijs, quæ neceſſariam habent naturam. non tamen ſunt propter hæc, niſi ut materia ſunt. ſed propter aliquid. vt propter quid: ſerra eſt talis vt hoc, & huius gratia ſit. Hoc tamen cuius gratia, non poteſt fieri, ſi non ferrea ſit. neceſſe eſt igitur ferream eſſe: ſi ſerra erit & opus ipſius, ex ſuppoſitione igitur neceſſarium eſt. Sed non vt finis. Nam in materia neceſſarium eſt. Id autem cuius gratia ſit: in ratione.

¶In

A ¶In tex.88.constituit hanc conclusionem aduersus antiquos. Tàm in naturalibus quàm in artificialibus materia est necessaria: ratio tamen necessitatis nō est à materia, sed à fine. Et hoc est ꝙ ait[non quidem factus est].s.murus[sine his].i.sine lapidibus & lateribus. Non tñ murus factus est ꝑꝑ hæc, nisi quasi ꝑꝑ materiam.i.ut ly ꝑꝑ, dicat circunstantiã causæ materialis: sed factus est causa abscōdendi supellectilem & bona omnia mobilia, & saluãdi homines à tempestatibus. Atqui id cōfirmat exemplũ materialium quo illi utebantur, ut materia quidem necessaria serræ est ferrum, tamẽ serra non fit B propter ferrum: nisi ly propter, tantùm ualeat quantùm ly ex, sed fit serra secandi gratia. At quia secare nō potest aptè, nisi sit ex ferro dentato, fit ut ratio necessitatis materiæ & serræ sit ex fine. Vnde quando quæritur quomodo sit necessarium in naturalibus: respondetur ꝙ est quidẽ necessitas materiæ, sed tamen ratio necessitatis sumitur ex fine. Et sic res sunt necessariæ ex suppositione. i. ex fine: q est prima omnium causa. Et quia in naturalibus finis & forma sunt idem, idem est dicere, ꝙ necessitas materiæ sumitur à fine, & quòd sumitur à forma, ut q. 6. C peramplius explicatur.

Tex.89. Est autem necessarium: & in disciplinis & in ijs quæ secundum naturã fiunt, quodammodo similiter. Cùm enim rectum hoc sit: necesse est triãgulum duobus rectis æquales habere sed nō si hoc est illud est. sed si hoc nō est, neque illud rectum est In ijs autem quæ propter aliquid fiunt: ècōtrario. si finis erit, aut est: & id quod est ante, erit, aut est Si uerò non sicut ibi non sic conclusio, principium non erit, sic & his finis, & id gratia cuius. Principium enim & hoc est, non actionis, sed cogitationis. Ibi autem cogitationis, actiones D enim non sunt.

¶In textu 89. & sequenti, explicat huiusmodi necessitatem per similitudinem ad ratiocinationẽ intellectus. Et est profectò similitudo elegantissima. Nota. Posset enim quis hæsitare circa ea quæ modo dicta sunt: quòd finis nō sit prima causarum naturalium unde sumatur aliorum necessitas: propterea quòd causa debeat præcedere effectum, & tamen finis est ultimum ad quod terminatur actio. Finis. Ait ergo qđ finis in operationibus se habet, sicut principia & præmissæ in ratiocinationibus: quam sententiã sub eisdẽ terminis profert 7.ethi.c.8. E In ratiocinationibus enim (ubi non arguit ex conuertibilibus) si pręmissæ sunt ueræ, cōclusio est uera (quia ex uero nō sequitur, nisi uerum) non tñ si conclusio est uera, præmissæ sunt ueræ (quia uerum sequitur ex falso: ut omne animal est risibile: ergo omnis homo ẽ risibilis.) Si tamen conclusio est falsa, præmissæ debent esse falsæ: quia falsum nō sequitur ex uero. Exempli gratia. (si rectũ est) id est, si figura rectilinea, puta isosceles est. necesse est ut habeat tres angulos æquales duobus rectis: non tñ si est figura habens tres angulos æquales duobus rectis, erit isosceles: F quia pōt esse alia species trianguli, ut ęquilaterus. At si nulla sit figura habẽs tres angulos &c. nec erit isosceles. In actionibus autem quæ fiunt propter finem contigit contrarium, quod si finis est, media ad illum finem sunt: non tamen si media sunt, finis erit. ut si homo perfectus omnibus membris gignitur, agens fuit, & materia hominis fuit. puta semen humanũ: non tñ si semen humanũ fuit, homo perfectus gignitur: quia potuit, aut impediri generatio, aut nasci monstrũ. Attamen si nō fuit semen, nec fuit homo genitus. Et proportionabiliter dicẽdum est respectu copulæ de futuro. Ibi autem principium

pium

A pium enim &c. reddit rationem cur in agibilibus finis se habeat, ut principium in speculabilibus, quia finis (inquit) est principium, non actionis, sed cognitionis. Ratio est acutissima. Principia enim & præmissæ ratiocinationis non sunt principia agendi, sed solum principia cognoscendi, quia cognitio præmissarum est causa cognitionis conclusionis. Eodē modo finis in agibilibus nō est prima causa agendi, sed prima causa cognoscendi, id est mouens per intentionem causam efficientem: causa uerò efficiens est prima causa actionis, idest unde incipit motus.

Nota.

Tex. 90. Quare si erit domus, hæc necesse B est, fieri, aut existere, aut esse, aut omninò materiam quæ propter aliquid est, ut lateres, & lapides: si domus. non tamen propter hæc, est finis nisi ut ob materiam, neque erit propter hæc. omninò tamen si non sint neque domus, neque serra erit. Illa quidem si non sint lapides. Hæc verò, si non sit ferrum. neque enim ibi principia sunt, si non triangulus duobus rectis. Manifestū est igitur, quod necessarium est in physicis, quod vt materia dicitur, & motiones eius.

C ¶In textu 90. rem explicat per similitudinem artificiorum. In cōstructione enim domus, domus ipsa est finis, & ideo si domus futura est, necesse est ut lateres & lapides sint: non tamen si lateres & lapides sint parati, statim domus est. Et ideo domus non fit propter hęc tanquàm propter finem. Quòd est dicere nō fit domus ex lapidibus & lateribus, tāquam medium necessarium ad conseruandam naturam lapidum & laterum, sed fit propter habitationem. Nihilominus si non sint lapides & lateres non erit domus, quia illa sunt materia necessaria domus. Sicuti si non sit ferrum, non erit serra. Quemadmodum in syllogismo, si non est conclu- D sio, scilicet, triāgulum habere tres. &c. non erit principium puta isosceles. Attamen serra non fit propter ferrum tanquàm medium propter finem, quia serra non est necessaria ad conseruandum ferrū, sed fit propter sectionem. Ad quam tamē necessarium est ut serra fiat ex ferro. Concludit ergo quòd in physicis, necessarium, dicit materiam: nam necessarium dicitur medium quod ordinatur ad finem, & dispositiones etiā materiæ dicuntur necessariæ eadem ratione: ratio uerò harum necessitatum sumitur à fine. Tex. 92.

Et vtræq; quidem physico dicendæ sunt causæ. magis autem: ea cuius gratia. causa enim hæc materiæ est. sed non hæc ipsius finis. ¶ Et finis is E cuius gratia, & qui principium est: à diffinitione & ratione petitur, sicuti in ijs quæ secūdùm artem quoniam si domus est tale hæc oportet fieri & esse ex necessitate, & quoniam sanitas, hoc est: hæc oportet fieri ex necessitate & esse. Sic, & si homo est hoc: hoc. si uerò hæc: hæc.

¶In tex. 91. subiungit cōclusionem quòd tàm materia, quàm finis est causa per se pertinens ad cōsiderationem physicam: magis tamen finis quàm materia, siquidem ratio & conditio materiæ sumitur à fine. Quòd enim materia oculi debet esse aquea & mollis, & F materia auris debet esse aerea, sumitur à fine: puta quia ita sunt aptæ ad videndum, uel audiendum. Subnectit autem alteram comparationem finis in operabilibus, ad principium in demōstrabilibus: qua amplius innotescat ratio finis. Ait enim quòd sicut in demonstrabilibus principium demonstrationis est diffinitio, ita in operabilibus finis, unde sumēda est tota ratio mediorum, est quiditas ipsius rei: nam ut supra diximus, finis & forma in idem coincidunt. Exēpli gratia, quia domus est

A est artificium quo à tempestatib. protegamur: necesse est ut fiat ex lapidibus, lateribus, & lignis. Et si sanitas est debita humorum proportio: necesse est quòd talibus medijs ad eam perueniatur. Eodem modo: quia homo est animal rationale: necesse est ut fiat ex carne & ossibus, & membris talibus & sensibus.

Tex.92. Fortasis autem: & in ratione est necessariũ. Determinanti enim opus serræ: quòd diuisio huiusmodi est. Hæc autem non erit: nisi habeat dentes tales. Hi uerò non: nisi ferrea sit. Sunt enim & indefinitione quædam

B partes: ut materia diffinitionis.

¶In tex.92. & postremò totius libri respondet dubitationi, quæ ex uerbis proximis posset oriri. Videtur enim quòd si diffinitio rerũ naturalium est finis, nũquàm posset dari diffinitio per materiam. Respondet inquam nihil prohibere quò minus necessarium .i. materia, ponatur aliquando in ratione .i. in diffinitione. Nomine enim, necessarij, semper intelligit hic Aristo. C materiam. Potest enim diffiniri serra diffinitione quę sumitur ex fine, & hęc est potissima. ut si dicamus, serra est instrumentum aptum secandis lignis. Et potest diffiniri per formam. ut si dicamus, serra est instrumentum dentatum. Et per materiam, ut si dicamus, serra est instrumẽtum ferreum aptum secandi lignis. Diffinitio enim materialis instrumenti, non est completa, nisi adiungatur finis: nam ex fine sumitur ratio & formæ, & materiæ. Etenim quia est instrumentum secandi, debet habere dentes duros: & quia debet habere dentes duros, debet esse ferrea. Vt enim. 1. poster. super textu D 22. adnotauimus, per omnes causas potest res diffiniri. Materialiter nanq; ira est ascensus sanguinis ad cor, sed ratione finis diffinitur quòd sit appetitus uindictæ, & utranque causam comprehendendo, dicitur ira, ascensus sanguinis ad cor, propter appetitum uindictæ.

¶*Sequitur q.6. Vtrùm natura, &c.*

FINIS SECVNDI LIBRI.





DOMINICI SOTO SEGOBIENSIS,

Theologi, ordinis Prædicatorum, super Tertium Physicorum Aristotelis Commentaria.

QVO EA QVAE DIcenda sunt proponuntur.

CAPVT I.

Tex. 1. VONIAM autem natura quidem est principium motus, & mutationis, scientia autem nobis de natura est, non latere nos oportet, quid sit motus Necessarium enim est, ignorato ipso, ignorari & naturam. Cùm autem determinauerimus de motu, tentandum erit eodem aggredi modo de his, quæ consequenter sunt. Videtur autẽ motus, continuorum esse. Infinitum autem apparet primùm in continuo. Quapropter & diffinientibus continuum accidit uti sæpenumero ratione infiniti, cùm infinitum diuisibile, continuum sit. B

¶ Subiectum libri huius, ut ex superioribus constat est ens naturale, seu mobile. De cuius tribus principijs in primo, de quatuor uerò causis, in secundo dictum est. Subsequitur ergo in hoc tertio de ente ipso mobili dicere: atque adeo potissimum de eius propria passione, quæ est motus. Partiuntur autem hũc librum traductores in octo cap. Cõmenta. uerò in textus 75. C

¶ In capite hoc primo, quòd quinque textus complectitur, proponit Phi. ea quæ in reliquis sex libris dicturus est: & deinde statuit tres diuisiones ad diffinitionem motus præambulas. Continuat primò librum hunc cum superiori, dicens, quòd cùm intentio huius libri sit dicere de ente naturali, quod est habens naturam: natura autem (ut lib. 1. dictum est) sit principium motus, dicere oportet quid sit motus. Nam diffinitionis notitia pendet ex partium cognitione. Atqui cum motus sit de genere continuorum. i. pertinens ad quantitatem continuam (nã nihil physicè est mobile, nisi corpus continuum, vt lib. 5. erit uidere) in ratione autem & diffinitione cõtinui ponitur infinitum, necesse subinde est, & de infinito sermonem facere. Ait uero q̃ sępenumero in diffinitione continui ponitur infinitum: quia cũ continuũ debeat diffiniri per partes ex quibus constat, partes uerò ad totum duplicem habeant habitudinem (quippe cum & partes totum componunt, & totum in partes resoluitur) fit ut duplex sit diffinitio continui: prima quę posita est in prædicamento quantitatis, scilicet continuum est cuius partes copulantur ad aliquem terminum Diuisio libri. D

A communem: altera uerò, continuum eſt diuiſibile infinitum. Et quia non in prima, ſed ſolùm in ſecunda ponitur infinitum, idcirco dixit ſæpenumero.

Tex.2. Ad hæc autem: ſine loco, & uacuo, & tempore, impoſsibile eſt motum eſſe. Manifeſtum igitur eſt, quòd & propter hæc, & propterea quòd cunctis ſunt communia, & uniuerſalia hæc: omnibus conſiderandum erit cùm propoſuerimus, de uno quoque iſtorum. Poſterior enim eſt, de propriis ſpeculatio: ea quæ de communibus eſt. B Primùm autem, ſicuti diximus: de motu.

¶Rurſus in tex. 2. ſubdit quòd cùm motus fieri nequeat ſine loco & uacuo & tempore, operępretium etiam eſt de his dicere, locus nanque, quia eſt permanens, eſt menſura mobilis (cùm omne mobile ſit quantum permanens) tempus autem quod eſt menſura ſucceſſiua, eſt menſura motus, qui eſt quantitas ſucceſſiua. De uacuo autem neceſſaria eſt diſputatio, nō quia in rei ueritate ſit uacuum, ſed quia fuerunt ueteres quidam opinantes motum fieri non poſſe, niſi admiſſo uacuo. C ¶De duobus priorib. ſcilicet motu & infinito, quod intrinſecè ſe habet ad motum, agitur in hoc 3. lib. in tribus inquam prioribus capitulis de motu, & in quinque poſtremis de infinito. De reliquis uerò tribus quæ extrinſecè ſe habent ad motum diſputat in quarto. At uero eo aliorum librorum quatuor, prætermiſit hic materiā proponere, quòd omnes ſunt de motu, mobili, & motore. Subiungitur igitur tandem quòd primum omnium dicendum eſt de motu.

Tex.3. Eſt igitur eorum quæ ſunt: aliud quidem actu ſolum, aliud uerò potentia. ¶Et eorum quæ ſunt actu: hoc quidem hoc aliquid illud uerò tantùm, aliud autem tale. & in aliis. D entis prædicamentis ſimiliter. ¶Eorum autē quæ ſunt ad aliquid: aliud quidem ſecundùm ſuper abundantiam, & defectum dicitur, aliud autem ſecūdùm actiuum, & paſsiuum, atque omninò motiuum & mobile. Motiuum enim motiuū mobilis eſt. & mobile à motiuo eſt mobile.

¶In tex 3. præmittit tres diuiſiones neceſſarias ante diffinitionem motus. Tres diuiſionés. Prima eorum quæ ſunt, ideſt entium aliud eſt in actu, & aliud in potentia. Hæc diuiſio non diuidit ens in diuerſa prædicamenta, ſed eſt diuiſio cuiuſcunque prædicamenti. E Subſtantiarum enim alia eſt ſubſtantia in actu, & alia in potentia. Primò loquendo de ſubſtantia totali, Antichriſtus eſt homo in potentia, & quando erit, erit homo in actu, & ſemen eſt animal in potentia. aut planta in potentia, poſt quàm uerò fuerit nata, ſunt animal, aut planta in actu. Si tamen loquamur de partibus, materia eſt pura potentia, & forma purus actus. Vnde intelligētiæ ſunt puri actus, ſubſtantiæ uerò inferiores conſtant ex actu & potentia. ¶Secunda diuiſio eſt entis in decem prædicamenta, ſcilicet entium aliud eſt hoc aliquid, puta ſubſtantia, aliud uerò F quantitas, aut qualitas. &c. Mos enim Ariſtotelicus eſt loqui de prędicamentis in concreto. Nota. ¶Tertia diuiſio eſt bimembris. Eorum quæ ſunt ad aliquid alia quidem ſecundùm ſuper abundantiam & defectum. i. alia eſt relatio fundata ſuper quantitatē (& aliud ſecundùm actiuum & paſſiuum,) ideſt alia fundatur ſuper actionē & paſſionem. Diuiſio hæc 5. metaph. tex. 20. latiùs explicatur, ſed quantum ad rem pertinet notandum eſt, quòd cùm relatiotio ſit res minimè entitatis (quia non habet abſolutū eſſe, ſed ſuum eſſe eſt ad aliud) non poteſt ſubſtantiæ competere, niſi mediante aliquo accidente abſoluto,

A absoluto: quod est proximum eius fundamentum, ut in prædicamento relationis dictum est: omnis autem relatio fundatur, aut super quantitatem: potissimùm super rationem unitatis, aut numeri quæ est mẽsura rerum: aut super actionem, & passionem quæ est fluxus ab alia re, aut ad aliã ut duplũ, triplum, æquale &c. fundatur in numero: nam duplum est quod bis continet aliud &c. & simile non proximè fundatur in qualitate, sed in vnitate qualitatis: puta quòd sit eadẽ species, aut idem gradus qualitatis. Item relatio B qua aliquid dicitur calefaciens, aut calefactum, fundatur in actione & passione: relatio verò paternitatis, aut filiationis, super hoc quod est generasse, aut genitum esse. Quid uerò diuisiones istæ conferant ad notitiam motus: subiungit in textu sequenti.

Tex. 4. Secundæ quæstionis sedes.

Non est autem motus, prçter res. Mutatur enim semper id, quod mutatur, aut secundùm substantiam, aut secundùm quantitatem, aut secundùm qualitatem, aut secundùm locum. Commune verò in his, nihil est accipere, sicuti diximus: quod neque C hoc, neque quantum, neque quale, neque aliorum prædicamentorum vllum sit. Quare neque motus, neq; mutatio, vllius erit præter ea quæ dicta sunt, cùm nihil sit præter ea quæ dicta sunt.

¶Proponit autem primùm, ꝙ motus non est præter res. Quod est dicere. Motus consideratus ratione termini seu formæ quæ acquiritur non pertinet ad aliud distinctum prædicamentum, quàm ad prædicamentum sui termini. Id enim quod non habet perfectam entitatem non ponitur directè in prædicamento, sed reducitur ad genus suæ perfectioni: sicuti materia & manus reducitur ad prædicamentum substantiæ, & cum motus dicat quid imperfectum (est enim sicut via & acquisitio rei) fit ut motus. v. g. augmentationis reducatur ad prædicamẽtum quantitatis, & motus alterationis, ad D prædicamentum qualitatis, & generatio, ad prædicamentum substantiæ. Tametsi generatio, ut uidebimus in 5. huius non est motus, sed mutatio: nihilominus usque ad illum locum semper motus accipitur communiter, ut includat generationem. Vnde rursus infert, ꝙ quemadmodum nihil est uniuocum substantiæ, quantitati, & qualitati, sed ens analogicè dicitur de illis, ita nihil est commune uniuocum omnibus motibus: sed analogicè motus dicitur de suis speciebus: si modò E motus consideretur inquãtum est quędam forma imperfecta. Nam ut dicit respectum ab alio, uel in alio pertinet ad prædicamentum actionis, uel passionis, ut q. 1. per amplius explicatur. Sequitur ergo quòd motus eodẽ modo diuiditur ut ens, & ad eadem prorsus prædicamenta reducitur tanquàm quid imperfectum, & medium inter actum & potentiam. Et hac de causa præmiserat duas priores diuisiones. Tertiam verò adhibuit nè quis falleretur credens ꝙ motus pertinet ad prædicamentum relationis: motus .n. non est relatio, sed est actio uel passio: quæ F est fundamentum relationis. Et prçterea, quia inde dependet intelligentia motus, ut statim apparebit.

Tex. 5.

Vnumquodque autem: dupliciter inest omnibus, ut hoc, aliud enim est forma ipsius: aliud uerò priuatio. Et secundùm qualitatem. Hoc enim est album: illud autem, nigrum. Et secundùm quantitatem. Aliud enim perfectum est: aliud verò, imperfectum. Similiter autem, & secundùm loci mutationem. Hoc enim sursum, illud verò deorsum: aut aliũd quidem leue, aliud verò graue. Quare motus & mutationis species: tot sunt, quot & entis.

A ¶In textu 5. soluit dubitationé quæ posset hinc oriri. Sunt enim motus cõtrarij: quorum alter tendit ad perfectionem, sicut generatio: alter uerò ad imperfectionem, sicut corruptio. uidetur ergo q̃ isti motus nõ pertineât ad idem prædicamẽtum. Respõdet quòd omne genus prædicamentale tam generalissimum quàm subalternum diuiditur per differentias quæ opponũtur sicut habitus & priuatio quæ est inter oppositiones prima: ut habetur 10. meta. tex. 15. sicuti, animal, diuiditur per rationale & irrationale: & quale, per album & nigrum. Atqui & nigrũ est priuatio albedinis, propterea quòd lux est quodam modo forma extrinseca coloris, & nigredo est minùs capax B lucis, quàm albedo: & in quantitate est magnum & paruum: paruum est quodam modo priuatio magni, & in loco est sursum & deorsum, & sursum est dignior differentia quàm deorsum. In summa differentiæ diuidentes genus nõ possunt esse æque perfectæ, & ideo perfectior se habet ut habitus, & imperfectior, ut eius priuatio. Quapropter motus contrarij, sicuti & termini ipsi motus, ad idem genus pertinent.

¶Sequitur continuò cap. 2.

C
QVIDNAM SIT motus.

Cap. II.

Tex. 6. Quæstionis primę locus.

DIVISIO autem secundùm vnumquodque genus hoc quidẽ esse actu, aliud autem potentia eius quod potentia existit actus, quatenus huiusmodi motus est, ut alterabilis quidẽ quatenus alterabile est alteratio. Augmentabilis autem, & oppositi decrescibilis (nullum enim est: commune nomen in utrisque) augmentum & decrementum. Generabilis autem & corruptibilis, generatio & corruptio. Loco mutabilis verò: loci mutatio. D

Diffinitio motus.

¶His præiactis, in cap. secundo per textus duodecim distributo, descendit ad diffinitionem motus: dicens, quòd motus est actus entis in potentia secundùm quod est in potentia. Ad cuius expositionem considerandum est quòd aliquid est in potentia tantùm. ut aqua frigida, quæ est in potentia calida: aliud in actu tantùm. ut si aqua haberet summum calorem inesse quieto (quod non posset esse nisi facta ignis) aliud est partim in potentia partim in actu. ut cum aqua actu calefit. Vnde cùm aqua est in pura potentia ad calorem non mouetur, quia nihil habet de actu illius caloris, nec E quando esset summè calida moueretur ad calorem, quia cùm sit in summo actu, nihil tunc habet de potentia, sed tunc mouetur quando medio se habet modo, scilicet quando habet partem actus, & adhuc est in potentia ad reliquam partem. Itaque motus dicit ordinem. Dicit enim actum respectu præteritæ potentiæ, & potentiam respectu futuri actus. Neque id sufficit, sed requiritur quòd talis ordo sit continuus & non interpoletur. F Cum enim aqua calefit, si acquisito uno gradu caloris, cessaret actio, iam non esset motus, motus enim est de genere continuorum: ut supra dictum est. Optimè ergo exprimitur natura motus, cum dicitur quòd motus est actus (ad differentiam illius, quod est in mera potentia) entis in potentia (ad differentiam illius, quod iam est in ultimo actu) secundùm quod in potentia, (id est ea ratione qua tale ens est in potentia) nam cùm aqua calefit non mouetur inquantum est actu aqua, sed inquantum potentia calida, & ideo forma aquæ non est motus, sed actus ille quo calefit. Hinc sequitur quòd motus est dispositio mobilis,

scilicet

A .s.factus imperfectus rei quę mouetur. Vnde actus (qui græcè dicitur entelechia) quando est in facto esse dicitur forma: quando verò in fieri est motus. Subdit exempla. vt alteratio (inquit) est actus alterabilis, inquantum est alterabile: augmentatio est actus augmentabilis inquantum est augmentabile: diminutio, est actus minuibilis inquantum minuibile. Posuit seorsum utrunque motum augmēti & decrementi, quia non est unum nomen commune illis, sicut in alteratione. Enimuerò tam motus à calido in frigidum, quàm contrarius. uterque dicitur alteratio: motus uerò ad magnitu-
B dinē & ad paruitatem, nō habet idem nomen. Ponit etiam exemplum de generatione: quamuis nō sit propriè motus. s. q generatio est actus generabilis inquantum generabile. Hinc apparet cur præmisit tertiam diuisionem: nempè quia motus diffinitur per respectū ad mobile. Vt enim forma est id quo aliquid est actu, ita motus est actus quo mobile mouetur.

Tex. 7.

Quòd autem hoc sit motus: hinc manifestum. Cùm enim ædificabile, quatenus tale ipsum dicimus esse, actu fuerit: ædificatur. & hoc est ædificatio. Similiter autem & medica-
C tio, & uolutatio, & saltatio, & adolescentia & senescentia.

¶Subsequenter in tex. 7. & quatuor sequentibus explicat tres particulas diffinitionis, & postea probat diffinitionem per comparationem ad aliorum insufficientes diffinitiones. Primò ostendit q motus est actus. Ad cuius euidentiā notandum est, quòd id quod est in pura potentia (si factibile est per motum) est in potentia ad duo, scilicet & ad fieri, & ad factum esse: quorum primus est actus imperfectus: secundus uerò perfectus. Vt domus antequam incipiat ædificari est in potentia ad ædificari, & ad ædificatum esse. Ait ergo quòd quando D ædificabile inquātum ædificabile actu fuerit tunc ædificatur: nam antequàm ædificetur non est in actu, sed in mera potentia: ergo ædificatio dicit aliqualem actum: & similiter, medicatio dicit quòd medicabile sit sub tali ratione, id est quòd medicetur. Et adolescentia est quando quis est in actu imperfecto augmenti: puta quando nondum acquisiuit ætatem perfectam: & senescentia quādo declinat in senium. Motus ergo actus est.

Quoniam autem quædam eadem Tex. 8.
& potentia, & actu sunt, at nō simul, aut non secundùm idem, sed ut calidum quidem potentia, frigidum au- E
tem actu: multa iam agent & patientur à se inuicem. Omne enim erit simul actiuum & passiuum. Quare & mouens physicè mobile est. Omne enim huiusmodi mouet cum & ipsum mouetur. Videtur igitur quibusdam omne quod mouet, moueri. sed de his quidem ex alijs erit manifestum, quomodo se habent. est enim quoddam mouens: & immobile.

¶In tex. 8. probat secundam particulam, id est entis in potentia, dicens, F
quòd nihil est in actu, & potentia eadem ratione licèt diuersis nihil prohibeat. Cùm enim aqua est summè frigida, est quidem in actu respectu frigiditatis: sed est in potētia respectu caloris. Et ideo stat quòd aliquid simul agat inquantum est in actu: & patiatur inquantum est in potentia, ut cùm ferrum calidum immittitur in aquam frigidam, ferrum inquantum actu calidum calefacit aquam: & inquantum potentia frigidum, uicissim frigefit ab aqua. Vnde actio prouenit à forma qua agens est in actu: pati uerò prouenit à materia, qua est in potentia ad recipiendum aliam formam.

A mam. Quare omne, inquit, mouens physicum dum mouet mouetur: mouens enim physicum est, quod in se habet principium intrinsecũ, aut actiuũ, aut passiuum. ut in 2. libro. q. 1. dictum est. Atqui ubi est principium actiuum intrinsecũ, ut in animali, manifestum est quomodo calor naturalis nutriẽdo debilitatur, & ubi principiũ actiuum est extrinsecum, alterutrum agunt & patiuntur. ut dictum est de ferro calido & aqua frigida. Suddit autem quòd propterea quibusdam uisum est, uniuersaliter omne qđ mouet simul moueri. Hoc tamen (inquit) alibi determi-
B nandum est: nempè 8. huius & 12. metaph. ubi determinatur intelligentias mouere: neutiquàm tamen moueri motu physico.

Tex. 9. Eius autem quòd potentia existit actus: cùm actu existens agit, aut idẽ aut aliud quatenus mobile, motus est: dico autẽ quatenus sic, est enim æs, potentia statua: attamẽ æris actus quatenus sit, motus non est. Non enim idem est æri esse, & potẽtia quadam mobili: quoniam si idem esset simpliciter, & secundùm rationem: esset utique æris quatenus æs actus,
C motus. nõ est autem idem quemadmodum dictum est.

¶Facta ergo suppositione quòd stat simul aliquãdo esse in actu & potẽtia, concludit in tex. 9. ꝙ motus est actus entis non inquãtum est in actu, sed inquantum est in potentia. ut calefactio aquæ est actus aquæ non inquãtum est aqua (nam talis actus est forma aquæ) sed quatenus est in potentia calida. Et deo quando fuerit perfectissimè calida, quia non erit amplius in tali potentia, non mouebitur. ¶Explicat id amplius exẽplo [dico aũt quatenus. &c.] nam æs (inquit) simul est in actu & in potentia. Est enim actu æs per formam substantialem, & est in potentia statua antequã ex i lo fiat statua. Vnde quan- D
do actu fit ex illo statua, illa acquisitio formæ est motus, quia est actus æris, non inquãtum est actu ens, sed inquantum est in potentia statua: ob idque facta statua, quia tunc iam non est ens in tali potentia, forma statuæ non erit motus.

Manifestum est autem & in contrarijs. posse. n. ualere ac posse ęgrotare: alterum est nanque ęgrotare: Tex. 10.
quidem & ualere idem esset. subiectum autem & id quod ualet atque ægrotat, siue humiditas, siue sanguis: unum & idem est. Quoniam autem E
non est idem (quemadmodum neque color idem & uisibile) possibilis quatenus possibile actus manifestumque motus est.

¶In tex. 10. rem adhuc perspicacius aperit ubi in uno subiecto sunt potentia duo contraria. Vnum enim & idem subiectũ, ut sanguis, uel humor, uel homo ipse, est in potentia ad duas contrarias formas: puta ad sanitatem & ægritudinem. Vnde quãquàm idem sit subiectum, potentia tamen sunt saltem ratione diuersæ: nam potentiæ distinguuntur per obiecta, & sanitas & F
ægritudo sunt res diuersæ: sicuti etiam color & uisibile sunt ratione diuersa: quia se habent, sicut subiectum & passio. Si ergo idem subiectum est duæ potentiæ ratione distinctæ, sequitur ꝙ & subiectum ipsum, inquantum ens actu, ratione differt à se ipso inquantum est impotentia. Atq; adeo necessarium fuit reduplicatiuè dicere ꝙ motus est actus entis in potentia inquantum est in potentia: nam alias sequeretur quòd forma substantialis æris esset motus, quoniam est actus entis existentis in potentia ad statuam. Excluditur tamen à ratione motus, quia nõ est actus eius inquantum est in potentia, sed inquantum est in actu perfecto.

Quòd

A Quòd igitur est hic, & quod accidit tũc moueri cum actus iste est, & neque prius, neque posterius: clarum est. Contingit enim unumquodque quandoquidem operari, quandoque autem non. vt ædificabile quatenus ædificabile, & ædificabilis actus quatenus est ædificabile ędificatio est: aut enim ædificatio, aut domus, actus est ædificabilis. sed cũ domus est non amplius ædificabile est: ædificatur autem ædificabile. necesse est ergo ædificationem actum esse, ędificatio autem motus quidam est. At uerò eadem conueniet ratio & in alijs motibus.

Tex. 9.

B

¶In tex. 11. concludit ex dictis diffinitionem illam motus significanter exprimere naturam motus: qua tex. 6. dictum est, quòd motus est actus augmentabilis inquantum augmentabile: alterabilis, inquantum alterabile. &c. Et intendit docere quòd actus ædificabilis inquantum ædificabile, non est, nisi cum ædificabile incipit ædificari: & durat quàm diu ædificatur. Itaque tali actus, nec est priusquam ædificabile incipiat actu ædificari, nec postea quàm est perfectè ædificatum. Et ille actus est motus. Operari in textu accipitur passiuè, exempli gratia. Domus antequàm incipiat ædificari, est quidem ædificabilis: attamen, quia nihil habet de actu, non mouetur: sed quàm primum incipit ædificari, quia habet aliquid de actu, ille actus quo ædificatur est motus: qui est actus ædificabilis inquantũ ædificabile, idcirco quòd adhuc semper est in potentia ædificari. At uerò cum forma domus perfecta est inducta, illa quidem est actus: sed non erit motus, quia domus ædificata desinit iam esse ædificabilis, & per consequẽs illa forma non est actus ędificabilis, sed ædificati. Argutissimè ergo concluditur quòd entelechia, idest

C

D actus, est genus ad formam in actu perfecto & ad formam in fieri, & quando est forma rei factæ dicitur entelechia: sed non motus: at quamdiu est rei factibilis, ille actus est motus.

Quòd autem benedictum sit manifestum & ex ijs quæ alij de ipso dicunt, & ex eo quòd non facilè est definire, aliter ipsum: neque enim motum atque mutationem ponere in alio genere poterit utique aliquis: neque qui aliter dixerunt de ipso, rectè faciunt. Manifestum autem est considerantibus: quòd ponunt non nulli ipsum alteritatem, inæqualitatemq́;, & quòd non est dicẽtes esse motum. quorum nullum necessarium est moueri: siue altera sint, siue inæqualia, siue non existentia. Tex. 12.

E

In tex. 12. postquàm probauerat ex proprijs diffinitionem motus comprobat eam comparando suam diffinitionem ad diffinitionem aliorum, dicens, quòd hanc esse bonam diffinitionem, inde constat, quòd non potest aliter benè diffiniri. Id quod manifestum est ex his quæ alij dicunt. Vbi notandũ est quòd Pythagorici (ut Themis. & Philop. referunt) dicebant motum esse alteritatem quandam & inęqualitatem, & non ens. Alteritatem inquam, id est uariationem formę, aut substantialis, ut in generatione, aut accidentalis ut in alteratione. Inæqualitatem autem, ut in augmentatione. Quoniam omne quod mouetur est dissimile illi à quo mouetur: & quàm primùm est simile, desinit moueri. Non ens denique, quia quod mouetur, nondum est in actu sub illa forma ad quam mouetur. Reprobatio huius opinionis consistit in duabus rationibus. Prima non omnis alteritas & æqualitas, & non ens habet rationem motus, nisi addatur quòd si alte-

5. Ratio.

Opinio Pythagoricorum.

F

Refellitur istorum opinio.

A ritas & inæqualitas entis in potentia ergo. Probat antecedens, hoc syllogismo. Omne illud in quo est motus, mouetur, sed non omne quod est alterum, aut inæquale, aut non ens mouetur: ergo id nō sufficit ad rationem motus, minor patet: quia quādo alternitas & inęqualitas est in facto esse, res non mouetur: aqua enim est altera ab igne in substātia & qualitate: & formica est inæqualis elephanti, & unus homo inæqualis alteri, & tamen nō mouetur. Item Antichristus est modo non ens, & non mouetur. Requiritur ergo ad rationem motus quòd sit medium inter actum & potentiam modo supra dicto.

B

Tex. 13. Sed neque mutatio: aut ad hæc, aut ex his magis est, quàm ex oppositis. Causa autem cur in his ponant illi: est quoniam indeterminatum quiddam uidetur esse motus. Alterius tamen coordinationis principia: ex eo, quia sunt priuatiua, indeterminata sunt. neque enim hoc, neq; tale, vllum ipsorum est quoniā neq; aliorum quicquam prædicamentorum.

¶Secunda ratio est in tex. 13. Motus C indifferēter est uel ab inæqualitate ad æqualitatem (ut quando unus augetur ad quantitatem alterius) uel ab æqualitate ad inæqualitatem (ut quādo decrescit) & ab alteritate ad similitudinem (ut quando quid per motum fit simile alteri) uel à similitudine ad alteritatem (ut quando fit dissimile) & à nō ente ad ens (ut quando fit generatio) uel ab ente ad non ens (ut quando fit corruptio,) ergo motus non magis est alteritas quàm similitudo: neque inæqualitas quàm ęqualitas: neque non ens. Vis rationis huius consistit in hoc, quòd illi appellabant motum id quod est principium, aut terminus motus. Vnde manifestè sequitur quòd cum terminus & principium motus sint diuersa, nulla est ratio cur potius principium quàm terminus dicatur motus. D ¶Subdit sequēter Aristo. rationem cur illi ita loquebantur de motu: quia Pythagorici omnia entia diuidebant per habitum & priuationem: quæ, ut paulo ante dicebamus, est prima oppositio diuidens omne genus: obidque faciebant duas coordinationes, in quarum altera ponebant decem positiua. s. finitum, impar, unum, dextrum masculum quiescens, rectum, lumen bonum, triangulum, æquilaterum. In altera uerò alia. 10. opposita priuatiua, quæ sunt infinitum, par, multitudo, finistrum fœmina, motum obliquum, tenebra: malum, altera parte longius. Finitum enim dicit determinatam speciem, infinitum uerò indeterminatam. Themis. & Philop. collocant. par, inter positiua: & impar, inter priuatiua. Sed chalcographorum existimo defectum esse: nam, ut infra text. 26. liquidò constat, par dicebant habere rationem infiniti: impar uerò rationem finiti. Et ideo, impar licet nomen uideatur priuatiuum, ponitur tamen in ea serie ubi ponitur, finitum, & par: ubi ponitur infinitum. Et eadē ratione quiescens, appellabant ens & simile & æquale, motum uerò appellabant alterum & inæquale & nō ens. Et hoc est quod ait Aristot. quòd secundum Pythagoricos, motus (sicut nec cætera priuatiua) non determinatur per certam formam aut substantiale, aut qualitatis, aut alicuius aliorum prædicamentorum.

Prædicamenta Pythagoræ.

E

F

Tex. 14. Cur autem uideatur indeterminatus esse motus: causa est, quòd neque impotentia eorum quæ sunt, neque in actu: licet ponere ipsum simpliciter, neq; enim id quod potest esse quantum mouetur ex necessitate, neque id quod actu quantum est.

Sub-

A ¶ Subsequenter in textu 14. dicit, quòd ratio ob quã uidebatur illis motum esse quid indeterminatũ, est quia motus nec simpliciter est potentia, nec simpliciter actus. Enimuero æs quando est in pura potentia ad statuã, non mouetur ad illam, neque mouetur ad illam quando est sub perfecta forma illius, nec paruum quando est pura potentia, ut sit maius, nec rursus quando est sub perfecta quantitate, quam potest habere, mouetur.

Tex. 15. Et motus, actus quidem aliquis esse uidetur imperfectus tamen: causa autem est quoniam imperfectum B est, ipsum possibile cuius est actus, motus. Et ob hoc ergo difficile est accipere, quid ipsum sit. Aut enim in priuatione necesse est ponere, aut in potentia, aut in actu simplici. horum autem nullum uidetur esse posse. Relinquitur igitur dictus modus: actum quidem quendam esse, talem tamen actum qualem diximus difficilem quidem cognitu, sed qui esse posit.

¶ Hinc ergo concludit in textu decimoquinto, quòd motus necesse est, ut C sit actus quidam imperfectus tamen, & medius inter actum, & potentia, propterea quòd motus est actus entis possibilis, idest existentis in potentia, & nondum perfecti actu completo. Et propterea (inquit) difficile est assignare quid est motus, aut enim motus est pura, & mera potentia, aut simpliciter actus, nullum autem istorum: quia tenebræ, & cæcitas sunt priuationes, & tamen non sunt motus, & aurum in uisceribus terræ est in potentia statuæ: & tamen non mouetur ad illam, & forma statuæ est simpliciter actus, & tamen non est motus. Restat ergo motum esse (quemadmodum diffinitum est) actum entis in potentia secundum quòd in potentia. D

Tex. 16. Mouetur autem & mouens (sicut dictum est) omne: cùm sit potentia mobile, & cuius immobilitas quies est. cui enim motus inest: huic immobilitas quies est. Nam ad hoc agere, quatenùs huiusmodi: idipsum mouere est. hoc autẽ faciunt, tactu. quare simul & patitur.

¶ In tex. 16. & sequenti soluit dubitationem quandam quæ ex diffinitione restat. Dubitatio uerò est hæc. Dictum est, ꝙ motus est actus entis in potentia: potẽtia autem est duplex. s. actiua mouentis, & passiua mobilis: rursus dictum est supra, ꝙ omne mouẽs physicum simul mouetur. Dubium ergo est utrum motus sit actus mouentis in quantum est potentia mouens, an uerò actus mobilis inquantum est potẽtia mobile. Ad aperiendum autem pũctum quæstionis probat, quòd omne mouens physicum, idest quod habet in se principium sui motus, etiam mouetur. Et utitur hac ratione. Omne illud quod prius est in potentia ad aliquid, & postea quando illud habet quiescit, mouetur (nam à potentia ad quietem non uenitur, nisi per motum quo acquiritur locus, uel forma) sed omne agens physicum antequam agat est in potentia ad agendum: & postquam egit quiescit ab illa actione: ergo quando agit mouetur, idest ab alio applicatur ad agendum. v. g. equus prius est in potentia generans: & postquam genuit, quiescit à generatione: ergo quando generat mouetur. Ita inducunt aliqui hanc rationem, quos sequitur Sanctus Thomas. At uerò forsan Aristotel. non intelligit hic aliquid noui, quàm quòd paulò ante dixerat, s. quòd cum mouens physicum constet ex materia, & forma, agit ratione formæ, & patitur ratione materiæ, ut patet in ferro cali-

E Potentia duplex.

F

do

A do immerso aquæ frigidæ, quod quidem est in potentia ut frigefiat: & postquam frigefit ab aqua quiescit frigidum. Et id est argumentum, quòd quando mouet aquam calefaciẽdo illam, simul etiam mouetur ab illa. Et hoc consonat sequentibus uerbis, [nam ad hoc agere quatenus huiusmodi hoc ipsum mouere est &c.] i. mouere aquam ad calorem, hoc est calefacere: sed quia contactus hoc facit per contactum, uicissim frigefit ab aqua. Vnde intelligitur, ut ait S. Thom. de contactu per cõmunicationem in materia. Etenim quia corruptibilia & generabilia communicant in materia,
B dum agens tangit passum, tangitur uicissim ab illo. Corpora uerò cęlestia, ut habetur. 1. de generatione, quia nõ communicant in materia cum istis inferioribus tangunt quidem ista, sed tamen ab istis non tanguntur. Dubium ergo est utrum motus ferri sit ille calor, quem producit in aqua: an frigus potius quod in se recipit ab aqua.

Tex. 17. Idcirco motus, est actus mobilis, quatenus mobile existit. accidit autem hoc, tactu motiui. quare simul & patitur. Speciem autem semper afferret aliquam, id quod mouet, aut hanc, aut talem, aut tantùm, quæ principium, atque causa motus erit, cùm mouet: ut actu homo facit ex eo, quod potentia existit homo hominem.

Forma est principiũ motus.

C

¶ Ad quod respondet in textu 17. & postremo, scilicet quòd motus est actus mobilis inquantum est mobile. Quam Sanctus Tho. & alij dicunt esse secundam diffinitionem, scilicet materialem motus. Id tamen probat hac ratione. Actus proprius alicuius rei est ille qui per se rei conuenit, nõ per accidens: sed motus per se conuenit, mobili & per accidens mouenti (quatenus accidit, quòd mouens eo quòd agit per contactum simul etiam moueatur) ergo motus per se est actus mobilis. ¶ Quemadmodum enim albedo est actus albi, uidelicet, quo formaliter corpus est album, ita & motus est actus mobilis: nempè quo mobile mouetur. ¶ Confirmat denique, quòd quamuis idem sit mobile & mouens, alia tamen ratione est mouens, & alia mobile. Est enim mouens quatenus est in actu per aliquam formã (quam hic uocat speciem) quæ quidam forma, aut est substantia, aut qualitas, aut quantitas. Homo enim eo, quòd est actu homo per formam, agit educendo ex semine (quod est homo in potentia) hominem in actu. Non curat hic Aristot. an forma humana educatur de potentia materiæ, necnè: nam exempla ponit nõ, ut ita sint: sed quia equus educit similem formam alterius equi de potentia materiæ. Et calidum per calorem (quo est actu calidum) calefacit: repartitur tamen ratione materiæ: quia agit per contactum. Locus hic solet citari sub his uerbis, omne agẽs agit inquantum est actu sub aliqua forma. D

Nota. E

¶ Subsequitur consequenter caput tertium.

QVOD ACTIO ET PASSIO sint idem motus. F

CAP. III.

Tex. 18. DVBIVM autem, manifestum est: quòd motus est in ipso mobili, actus enim est huius & ab ipso motiuo. Motiui autem actus, non alius est, oportet enim, esse actum utriusque. Motiuum enim est, eo quòd potest mouere, mouens autem, eo quòd agit. sed est actiuum ipsius mobilis. Quare similiter unus est amborum actus: sicut idem spacium est unum ad duo, &

A duo ad unum, & aſcendens, & deſcendens. Hæc enim, unum quidem ſunt, ratio tamen non una eſt. Similiter autem, & in mouente, & in moto.

¶ In cap.3. quod continet tex.6. diluit dubitationem in hac materia præcipuam. Videlicet utrum, motus qui eſt actio & motus qui eſt paſſio ſint eadem res, an diuerſæ. Quando enim ignis calefacit aquam, tunc & ignis dicitur calefaciens, & aqua calefieri. utrũ ergo idẽ ſit motus à quo, & ignis dicitur calefacere, aqua calefieri: an uerò ſunt diuerſi. Supponit uerò ex dictis, quòd motus ſubiectatur immobili, à quo proinde mobile denominatur moueri. Et inde uidetur ſubſequi, quòd idem motus qui eſt actus mobilis, eſt etiam actus mouentis: & ab eo dem denominatur & mouens, & motum. Exempli gratia. Calor idem quatenus recipitur in aqua, eſt motus qui eſt calefactio paſſio: & quatenus proficiſcitur ab igne, eſt calefactio actio. Probat autem concluſionẽ prius ratione, quæ eſt hæc. Quemadmodum mobile prius eſt potentia mobile, & poſtea actu mouetur, ita agens prius eſt potentia motiuum, deinde actu mouens: ergo quemadmodum eſt actus per quem id quod prius erat mobile, actu moueatur, ita oportet eſſe actum per quem id quod prius erat in potentia motiuum, poſtea ſit actu mouens, ſed motiuum & mobile dicuntur correlatiuè: quia motiuum mouet mobile, & mobile mouetur à motiuo: ergo idem penitus actus eſt, quo motiuum mouet mobile, & quo mobile mouetur à motiuo. ¶ Idem mox explicat exemplo. Sicuti (inquit) eſt proportio duorum ad unum, & unius ad duo; niſi quòd duo reſpectu unius dicuntur duplum, & unum reſpectu duorum dicitur dimidium. Et eadem eſt uia à ſurſum uſque deorſum & econtrario: niſi quòd incipiendo à ſurſum, motus ille eſt deſcenſus: & incipiendo à deorſum uſq; ſurſum eſt, eſt aſcenſus. ¶ Hinc lucet natura motus quam quæſt. 1. amplius explicabimus: actio enim & paſſio non ſunt relationes ſecundum eſſe, ſed ſecundũ dici, vt cap. de relatione & in ſex ultimis prædicamentis explicuimus. Actio enim, & paſſio non ſupponit pro relatione: ſed ſi ſit alteratio, ſupponit pro calore dũ actu recipitur in aqua, quiquidem eſt actio inquantum eſt ab agente: & paſſio inquantum recipitur in aqua. Et ita actio & paſſio connotant diuerſas relationes. Sicut ſciẽtia non eſt relatio, quæ eſt habitudo habitus ad obiectum, ſed eſt habitus ipſe qui explicari nequit niſi per reſpectum ab obiectum.

Habet autem dubitationem ratio- Tex.29.
nalem: neceſſe enim eſt fortaſsis: eſſe quendam actum alium actiui, atque paſsiui. illud enim actio eſt: hoc uerò paſsio. opus autem & finis illius quidem, factum: huius autem affectus. ¶ Cùm igitur utraque ſint motus: ſi diuerſi quidem, in quo ſunt? Aut enim utraque: in patiẽti, ac moto ſunt, aut actio quidem in agente, paſsio verò in patiente. ſi antem oportet & hanc actionem uocare: æquiuoca utique erit. At uerò ſi hoc eſt: motus in mouente erit. eadem enim eſt ratio in mouente, & in moto. Quare aut omne mouens mouebitur: aut habens motum, non mouebitur. Si autem utraque in moto ſunt & patiẽte, actio inquam & paſsio: & doctio & diſciplina, quæ duo ſunt, in ipſo ſunt diſcente. Primum quidem actus uniuſcuiuſque, non in unoquoque erit. Deinde inconueniens eſt, duobus motibus ſimul moueri. Quædã namq; erũt alterationes, duæ unius, & ad unam ſpeciem. At impoſsibile eſt.

A est. ¶ Sed unus erit actus? ¶ At irrationabile est, duorum specie diuersorum unum, ac eundem esse actum. ¶ Atque erit, si quidem disciplina & actio idem sunt passioq;, & actio, docere idem quod discere, & agere quod pati. Quare omnem docentem, discere necesse erit, & agentem pati.

¶ At uerò quia conclusio hæc non est intellectu facilis, in tex. 19. arguit dialecticè ad utranque partem. Et hoc est quod ait [dubitationem hoc rationabilem] idest dialecticam habere. Et primò arguit ad partem negatiuam, B scilicet quod motus actio & motus passio non sunt idem motus: sed quòd alius sit actus actiui, scilicet actio: & alius passiui scilicet passio. Primò ex parte subiecti, quoniam actus diuersorũ uidentur esse diuersi: sed agens & patiens sunt diuersa: quia actio est actus quo agens agit, passio uerò actus, quo patiens patitur: ergo sunt distincti actus. Secundò id patet ex parte finis: nam finis actionis est factum, ut finis calefactionis est calidum facere: finis autem passionis affectus, idest passum esse, ut calidum esse: ergo actus ipsi sunt diuersi: nam actus penes fines distinguuntur. ¶ Mox arguit ad partem affirmatiuam, scilicet quòd sunt idem C motus. Si actio, inquit, & passio sunt diuersi actus, cum utraque sit motus, quæritur an ambo illi motus sint in patiente, an actio quidem in agente, passio uerò in patiẽte, neutrũ istorum: ergo. Interserit parentesim. [Si aũt oportet hanc. i. actum qui est in passo actionem uocare, æquiuoca utique erit nominatio] ubi Themistius, quem S. Th. sequitur. dicit insinuari tertium membrum, quo quis posset dicere motum qui est actio esse in patiẽte, & motum qui est passio, in agente. Et ideo dicit absurdum esse, actum qui est in passo appellare actionem. Tametsi forsan Arist. hic non insinuat tertium membrum: sed tanquam per se id absurdissimum præterit. Inserit tamen (id quod ego arbitror) hæc uerba, eo quòd qui alium actum poneret in agente, & aliũ in patiente, nõ posset nihilominus negare actum, qui est in patiente appellari actionem, æquiuocè tamen: nam ille diceretur actio, quia est ab agente: actus uerò agẽtis esset actio à quo denominaretur agens. Quartum uerò membrum, scilicet quòd ambo actus essent in agente, exclusum est cùm ostensum fuerit, motum esse in mobili. D ¶ Probat subinde minorẽ syllogismi. Et primò quo ad primum membrum. Si inquit actus qui est actio, est in agẽte, passio uerò in patiente, sequitur E tunc quòd in agente erit motus, puta actus ille: eadem enim erit tunc ratio actus producti in passo, & actus producti in agente, scilicet ut uterq; sit motus. Vnde continuò sequeretur, aut quòd omne agẽs agendo moueretur, aut quòd aliquod subiectum, ubi formaliter esset motus, non moueretur: quorum utrunque est absurdum. ¶ Sed dicet quis, quomodo habetur pro inconuenienti, quòd agens agendo repatiatur? cum id supra fuerit assertum. Dubitatio. ¶ Respondetur quòd non habetur pro inconuenienti, quòd agens mouendo passum, uicissim moueatur ab illo: sed Solutio. inconueniens hic illatum est, quod agens ea ratione qua agit, & per eũdem motum quo agit pateretur: nempè quod calefaciens quatenus calefacit, calefieret. F Aut concedendum esset (inquit) quod in calefaciente esset motus calefactionis, & non calefieret. ¶ Si autem detur alterum membrũ, scilicet quòd uterque motus esset in patiente, tunc sequuntur duo inconuenientia. Primum quòd actus non est in suo proprio subiecto: cùm enim actio inquãtum actio sit proprius actus agentis, & passio, patientis, ut doctio est actus doctoris, & disciplina actus discipuli, sit ut si essent actus distincti, actio deberet esse in agente, & passio in patiente.

Al-

A Alterum inconueniens est, quòd tūc sequeretur passum simul pati duobus motibus eiusdem speciei: nihil namq; prohibet, ut aliquid simul moueatur pluribus motibus, ut cùm aqua dum gelatur, simul frigesit, & condensatur, & albesit: sed tamen in proposito eadem aqua cum calefit ab igne, recuperet duos motus calefactionis, puta actionem, & passionem, & per consequens ab utroque deberet moueri, quod est absurdum: nam calefactio unicus est motus. Ex his ergo interroganter cōcludit partem affirmatiuam: nempè utrum propter has rationes dicendum sit quòd actio & passio sint

B idem motus. ¶Attamen resurgit iterum aduersus eam: inferendo quatuor inconuenientia. Primùm quia irrationabile uidetur duorum distinctorū specie (qualia sunt agens & patiens) unum atque eundem esse actum. Secundū (quod est superioris maior explicatio) sequeretur quòd doctio, & disciplina idem omnino essent actus, & per consequens idem esset actio, & passio: cum tamen appareant res diuersissimæ. Quæ si concedantur, sequitur, quòd idē itidem sit agere & pati, docere & discere, & per consequens, ꝙ docens ea ratione qua docet disceret: & discens ea ratione qua discit, do-

C ceret. Quæ omnia per se apparent manifestè falsa. Et est notandus istorū

Nota. ordo. Nam primò infertur pro inconuenienti, quòd idem actus sit duorum: secūdò ꝙ actus significati in abstracto per diuersa nomina sint idem: tertiò ꝙ agere ipsum & pati, ut significantur per uerba, sint idem: & quartò quòd agens ipsum in concreto, qua ratione est agens, sit patiens.

Tex. 20. An neque alterius actum in altero esse: inconueniens est? est enim doctio: actus docentis, in quodam tamen & non decisus, sed huius in hoc. ¶Neque enim unum duobus, quicquam prohibet eundem esse nō ut est idem: sed ut est id quod potentia est ad id quod est actu. D

¶In tex. 20. respondet ad quæstionē affirmatiuè, conclusione hac trimēbri. Cōclusio. Actio & passio sunt re idem motus: & ille existit in passo quod mouetur, differunt tamen ratione: nempè ꝙ actus ille, ut est ab agente, est actio: & ut in patiente, est passio. Itaq; diuersis relationibus distinguitur. Conclusio hæc patet ex argumentis factis ad partē affirmatiuā. ¶Superest nihilominus quinque inconuenientia dissoluere, quæ contrarium uidentur militare. Primū est illud, ꝙ ēt si actio & passio sunt idē motus, actio nihilominus est in passo: E quod supra pro incōuenienti ducebatur: eo ꝙ actio est actus agentis: & per consequens uidetur debere esse in agēte. Huic respondet, nullum esse inconueniens ꝙ actus unius sit in alio. Doctio enim est actus agentis: non quidē tanquam subiecti, sed tanquam efficiētis: obidq; talis actus est in passo. Est enim doctio doctrina, quæ est in discipulo inquantum fit à doctore. Et hoc est qđ ait [nō decisus] i. cōtinuè productus sine interruptione. Nā magistro cessante docere, tunc sciētia discipuli dicetur doctrina: non tamē doctio, ut est motus & actio. unde ea sciētia quā discipulus sine doctore suopte īgenio F meditando acquirit, non est doctio. ¶Alterum inconueniens erat primum eorum quatuor quæ postremò sunt illata: uidelicet, ꝙ idem sit actus duorū specie diuersorum. Cui respondet dicens. [Neq; enim duobus &c.] i. nihil prohibet eundē esse actum duorum diuersis rationibus. Nā idem motus dicitur actio inquantum procedit à potentia agentis: & dicitur passio, inquātum per eū subiectum fit actu tale, ut calefactio aquæ, est actio inquantū est à potentia actiua ignis: & est passio inquā tum per eū aqua fit actu calida. Vel aliter. Est actio inquantum procedit ab igne qui est actus calidus, & est passio in-

Quinque inconuenientia.

A inquantum recipitur in aqua, quæ est potentia calida.

Tex. 21. Neque necesse est docentem: discere. Atque si pati & agere idem est. nō tamen ut ratio sit una quod quid erat esse dicens, sicut tunicæ & indumento, sed ut uia à Thebis ab Athenas, & ab Athenis ad Thebas. quemadmodum dictum est & prius. non enim eadē omnia iis insunt quæ quolibet modo eadem sunt: sed solum quibus esse idem est. ¶ At uerò neque si doctio & disciplina sint idem: & discere & docere idem erunt. sicuti neque si spacium unum distātium B sit: & distare hinc illuc, & inde huc, unum & idem est.

¶ Tertiò loco in tex. 21. soluit quintum inconueniens ibi. [Neque necesse est &c.] idest esto concedatur idem esse agere & pati, idest docere & discere sint idem realiter, non tamen inde sequitur, quòd docens sit addiscens: aut addiscens sit docens. Nam agere, & pati non sunt omnino idem secundum eandem rationem, sicut tunica, & indumentum: sed sunt idem diuersis rationibus: Sicut eadem est uia à Thebis ad Athenas, quæ est ab Athenis ad Thebas, non tamen est idem mo C tus. Immo sunt contrarij: quia terminus à quo unius est terminus ad quem alterius. Est accommodatissimum exemplum: quia eodem modo actio or passio sunt idem calor qui recipit in aqua: sed est actio si incipiamus ab agente à quo procedit: & passio si incipiamus ab aqua in qua recipitur. ¶ Quarto loco soluit quartum inconueniens, quod erat tertium inter illa quatuor postrema, uidelicet quòd si actio & passio, ut significantur per nomina sunt idem, tunc agere & pati essent idem. Cui respondet ibi. [At uero neque &c.] dicens quòd non sequitur, actio est passio: ergo agere est pati, quia in consequenti denotatur ap- D plicatio actionis, & passionis ad suos cuiusque terminos, qualis non denotatur in antecedēti. Sicut nō sequitur. Eadē distantia Thebarum ab Athenis, quę est Athenarū à Thebis: ergo idē est distare ab Athenis & distare à Thebis: nam distātia in abstracto est eadem: distare tamen in concreto non est idem.

OMNINO uerò dicere est, quòd neque doctio cum disciplina; neque actio cum passione idem proprie est. sed cui insunt hæc: motus: nā huius in hoc & huius ab hoc actum esse: ratione diuersum est. Tex. 22. ACTIO & passio idem motus.

¶ In textu uigesimosecundo, quinto loco soluit tertium inconueniens, E quod erat secundùm inter ultima quatuor: dicens quòd etiam si detur actionem & passionem esse eundem motū: non tamen formaliter sequitur, quòd actio & passio sint idem. Artificiosè ergo negauit omnes tres consequentias. Actio est res quæ est passio: ergo actio est passio. Actio realiter est passio: ergo agere est pati. Agere realiter est pati: ergo idem eadem ratione agit, & patitur. Vbi adnotandus est modus loquendi Aristot. concedit enim identicè, quòd actio est idem motus qui est passio: non tamen formaliter actio est passio: nam actio, & passio sunt diuersa prædicamenta formaliter distincta: & per consequens F primò diuersa. Vbi etiam animaduertunt reales, quòd Aristot. non posuit prædicamenta adeo realiter distincta, ut ipsi putant, scilicet tāquam duas res: sed tanquam diuersas rationes formales. Actio enim est motus, ut exit ab agente qui est in actu: passio uerò est motus, ut recipitur in passo, quod carebat illo actu. Sed & nominales pariter adnotent, ꝙ nihilominus formaliter actio non est passio. Realium & nominalium rationes.

Quid igitur motus sit, & uniuersaliter & secundùm partem dictum est. Tex. 23.

A est. non enim immanifestum est: quomodo diffinietur specierum una quæque ipsius. Alteratio enim: alterabilis quatenus est alterabile, actus est. Amplius autem, notius: quòd potentia actiui & passiui, quatenus huiusmodi, & simpliciter, & rursum secundùm unumquodque, ut ædificatio, aut medicatio eodem autem dicetur modo: & de aliorum motuum unoquoque.

¶In tex. denique 23. & postremo facit dictorum epilogum dicés dictum esse quid sit motus, & uniuersaliter, scilicet in genere, & secundum partem, B idest secundum species motus. Nam per ea quę dicta sunt facilè quis potest quamcunque speciem motus diffinire. Etenim si motus est actus mobilis inquantum mobile, alteratio (quæ est una species motus) est actus alterabilis inquantum alterabile, & augmentatio actus augmentabilis inquantum augmentabile &c. ¶At uerò quia dictum est modo actionem & passionem eundem esse actum, ait consequenter quòd motus si diffiniatur in ratione actionis, debet diffiniri, quòd est actus motiui inquantum motiui, ut ædificatio est ædificatoris inquantum ædificator, & medicatio est actus medici in- C quantum medicus. Si autem inquantum passio, erit actus mobilis inquantum mobile. Et hoc intendit modo notius explicabitur natura motus.

¶ *Sequitur hic quæst. 1. super tex. 6. & q. 2. super tex. 4.*

QVO QVAERITVR, an sit infinitum.

Cap. IIII.

Tex. 24.  VONIAM autem de natura scientia, est circa magnitudines, & motum, & tempus, quorum unumquodque necesse est aut infinitum, D aut finitum esse, & si non omne est aut infinitum, aut finitum: affectus, aut punctus (talium enim fortasse nullum: necesse est in altero horum esse) conueniens utique erit de natura pertractantem speculari de infinito, si est aut non: & si est quid est.

¶Expedita prima parte huius libri de motu, procedit Arist. ad secundam de infinito. Quæ per quinque capita usque ad finem libri protenditur. At qui in hoc 4. cap. quod undecim continet textus, proponit quæstionem, recitatque antiquorum opiniones de in- E finito. Præmittit ergo primò tex. 24. hanc conclusionem, quod ad philosophum naturalem attinet de infinito disputare. Quam probat & ratione & auctoritate. Ratio est hęc. Philosophi naturalis negocium circa magnitudines, motū, & tempus uersatur: hæc autem, aut omnia, aut saltem plurima, finita necesse est esse, aut infinita: nam sunt quanta, & de ratione quanti est esse finitum, uel infinitum, ergo philosopho naturali negocium est de infinito disserere. Excepit in maiori propositione punctum, & affectum à ratione finiti & infiniti: quamuis ad res naturales pertineāt. Punctum enim: quia F nō est quantum, nec propriè habet terminos, ut sit finitum, nec est diuisibile in partes, ut sit infinitum: sed dicitur negatiuè & abusiuè infinitū: quia caret terminis. Nomine affectus, idest passionis intelligūt expositores etiam Sanctus Thomas passibiles qualitates. vel secundùm alios totum prædicamētum qualitatis: eo quòd qualitas non est per se finita, uel infinita: sed per accidens ratione quantitatis. At uerò ista ratione etiam substantia esset excipienda: quippe quæ solum ratione quantitatis est finita, uel infinita. Obidq; fortè nomine affectus intelligit solos affectus mentis: qui sunt indiuisibiles, ut

Philosophi naturalis est de infinito disputare.

A ut eadem ratione, qua excluditur pun ctum, excludantur à ratione finiti, & infiniti.

Tex.25. Signum autem est: quòd huius scientiæ propria sit consideratio de ipso. nam omnes qui videntur pro dignitate tetigisse talem Philosophiam, fecerunt sermonem de infinito. atque omnes tanquam principium quoddam ponunt eorum quæ sunt. Alij quidem, quemadmodum Pytagorei, atque Plato, per se, non sicuti accidens alicui alteri, sed ut substantiam, ipsum esse infini-
B tum. verùm Pythagorei quidem in sensibilibus. neque enim abstractum faciunt numerum: esseque quod extra cœlum est, infinitum. Plato auem, extra quidem nullum esse corpus, neque ideas, eò quòd nusquam sunt ipsæ. tamen infinitum & in sensibilibus, & in illis esse.

¶ In tex.25. probat eandem conclusionem authoritate: nam signum est infiniti considerationem ad philosophum pertinere, ꝙ omnes quotquot fuerunt celebres antiquitus philosophi non solùm de infinito sermonem
C habuerunt, uerùm infinitum statuerunt tanquam principium rerum naturalium: tametsi id differenter. Nam Thales & alij nominati naturales posuerunt illud principium per accidés: dicentes principium esse aquam, aut aerem, aut ignem cui accidebat finitum, aut infinitum esse. Pythagorici verò, & Platonici ponebant finitum & infinitum tanquam principium substantiale, ut text. 35. monstrabitur. Quamuis & inter istos differebat duobus modis. Primò quòd Pythagorici non ponebant aliquod finitum uel infinitum separatum: puta ideam finiti uel infiniti: sed solùm id asserebant in numeris sensibilibus & materialibus, & secundò quia ponebant infinitum D
extra cœlum, unde ista deriuabantur. Plato uerò ponebat rationem infiniti non solùm in numeris sensibilibus, sed etiam in ideis separatis: neque tamen ponebat aliquod infinitum extra cœlum: nam ideas, cum essent immateriales, non asserebat Plato esse in loco. De istis Pythagoricis nihil certum habemus: sed etiam Themistius & antiqui expositores coniecturis explicãt opinionem Pytagoreorum. Etenim, ut lib. 1. super textum 48. adnotauimus, Pytagorici Aegyptiorum mathematicis assueti non solùm rerum naturas, sed etiam hominum mores numerorum similitudine metaphoricè E
explicabant. Quare non sunt ita intelligẽdi, (inquit Philoponus) quòd crederent res constare materialiter ex speciebus numerorum: sed quòd rerum compositio, optimè explicatur per naturas numerorum. Cùm enim numerus par sit aptus diuisioni (diuiditur enim numerus omnis par in duo æqualia) & omne continuũ ratione materiæ sit diuisibile in infinitum, numerum parem appellabant infinitatem & principiũ materiale, & quia numerus impar ineptus est diuisioni: quippe qui non potest in duo æqualia diuidi, finitatem appellabant numerum imparé: & quia forma est quæ determinat in- F
finitatem & in differentiam materiæ ad certam speciem, numerum itidem imparem appellabant principium formale: ut statim apparebit. Et eadem ratione numerum parem appellabant fœminam, quæ se habet ut principiũ materiale: numerum uerò imparem appellabant masculum. Hac nimirum utentes analogia. Quicunque par numerus signatus ut v. g. quaternarius est diuisibilis: & per consequens habet se ut materia & fœmina: addita verò unitate, efficitur indiuisibilis: unde unitas adueniens numero pari, habet se ut masculus & forma determinans ad certam speciem. Et pariter, ut ait Phi-

Iuxta Pytagoricos Per numeros rerũ compositio accõmodè designatur.

A Philoponus in moralibus, quinarium numerum tribuebant nuptijs, propterea ꝙ constat ex primo pari & primo impari. s. ex binario & ternario: qui ipse ut prima fœmina & primus masculus amplexantur. Et numerum denarium appellabant ius: quia ius dicit æqualitatem perfectam: & numerus denarius diuiditur in duos quinarios æquales: & quinarius quia constat ex numero pari & impari habet rationē totius & pfecti. Principium ergo materiale appellabant numerum parem, & per consequens infinitum. Et hoc est quod ait Aristo. posuisse infinitum substãtiale principium: quia cum numerus esset principium, & de intrinB seca rōne numeri paris sit infinitas, sit ut infinitas sit de substãtia ipsius principij. At verò q̃a sub orbe lunę nō pōt esse infinitū in actu, neque in magnitudine neque in multitudine, dicebãt, ut ait Philoponus, extra cœlum esse infinitum in actu: ex quo per quædam foramina cœli hæc omnia inferiora dimanabãt & fouebantur. Quod Simplicius non solùm (ait) commenticium, sed deliramentum. ¶ Plato verò ponebat infinitū tam in sensibilibus (quod esset principium materiale) quàm in ideis quod erat principium formale. Et locutio Platonis eC tiam est metaphorica: quia enim dualitas est primus numerus, omnem diuisionem quæ fit ex parte materiæ appellabat dualitatem. Differunt enim res ex parte materiæ penes magnū & paruum, scilicet penes augmentum quod tendit ad perfectionem rei, & decrementum quod tendit ad corruptionem. Et ideò metaphoricè magnum & paruum appellabat principia materialia, ut infra text. 61. ampliùs patebit. Ideas uerò ponebat infinitas in uirtute: quia ex idea cuiuscunq; speciei exire poterant infinita indiuidua. Ponebat enim mundum infinitum futurum. Vnde negabat extra cęlum aliquid esse: quia ideæ sufficiebãt perpetuis generationibus. Quæ cum D essent immateriales, nusquam erant, idest non erant propriè in loco. Et ideo secundùm Platonem pariter infinitum erat principium substantiale: quia cùm principia materialia appellasset magnū & paruum. i. quãtum & corpus, & de intrinseca ratione quantitatis sit finitas uel infinitas sit ut infinitas sit de substantia principiorum.


Et hi quidem, infinitum esse par Tex. 26. hoc enim comprehensum & ab impari terminatum: tribuit ijs quæ sunt infinitatem signum autem huius: id esse quod contingit in numeris, cirE cumpositis enim gnomonibus circa vnum & seorsum aliquando quidem aliam semper fieri speciem, aliquando autem unam. Plato autem, duo infinita: magnum & paruum.

¶ In text. 26. prosequitur amplius explicare opinionem Pythagorę: quo scilicet numerus par haberet rationē infinitatis, & materiæ, & fœminæ: & numerus par, rationē finitatis, & formæ & masculi. Primo ratione, deinde exemplo. Ratio est hæc. Id quod de se est indifferens & ab alio comprehēditur, & terminatur, habet se ut infiF nitum & materiale & fœmina: id verò quod aliud comprehendit & terminat, habet se ut finitum. s. finiens aliud & ut forma cōstituens certam speciē: sed numerus par quicunq; de se est diuisibilis & per consequēs habet se ut indifferens ad plura: addita uerò unitate, resultat numerus impar: quæ proinde facit ipsum indiuisibilē: ergo numerus impar respectu paris habet se ut finiens & terminans parem, qui de se erat sicut infinita materia indifferēs ad plura. ¶ Explicat perspicacius rem euidentissimo exemplo in mathematicis. Sunt tū terni prius adnotandi. Gnomon apud geometras est additio

Gnomonis diffinitio.

K quæ

A quæ fit quadrato æquilatero ex parte duarum costarum, quæ cum eodem quadrato reddit etiam æquilaterũ quadratum eiusdem figuræ cum priori. Quæ quidem additio constat ex duobus supplementis ad longitudinem costarum prioris quadrati cum paruo quadrato qui fit in angulo super diametrum prioris quadrati. Et est notandum, quòd quantumcunque multiplicentur, & addãtur huiusmodi gnomones, nunquam uariatur figura quadrati, sed semper manet quadratum æquilaterũ, ut patet in subiecta figura.



Vbi additi sunt duo gnomones, quibus quotcunque eadem arte possunt superaddi. ¶Secundò notãdum, quòd id quod contingit quadrato in quantitate continua per additionem gnomonum, scilicet quòd nunquam uariatur figura, cõtingit in numeris imparibus si continua serie addantur unitati. Numerus quadratus est, qui resultat ex numero per se multiplicato. Exempli gratia. Si unitati addas ternarium (qui est primus impar) resultat numerus quaternarius: qui est quadratus, cũ resultat ex his duobus, quòd si quaternario addas quinarium, resultat nouenarius, qui itidem est quadratus: Nota.2.

cum resultat ex ter tribus, & ideo hæc additio est sicut additio gnomonis ad quadratum. Rursus si nouenario addas septenarium, (qui est tertius impar) resultat 16. qui pariter est numerus quadratus, resultãs ex quater quatuor, cui si addas nouenariũ (qui est ultimus impar inter unitates) resultãt 27. qui est numerus quadratus & cubus: puta resultant ex ter tribus triplicatis. Cũ ergo additio numerorum imparium ad unitatem nũquam mutet figuram numeri, fit ut numerus impar habeat rationem unitatis, atque adeo finitatis. Numeri uerò pares si addantur serie & ordine ad unitatem, semper mutant figuram: nam si unitati addas binarium, resultat figura triangularis, scilicet ternarius: cui si addas quaternarium, resultat figura eptagona, idest septem angulorum. Signum ergo est, quòd numerus par habeat rationem multiplicatis, & per consequens infinitatis. ¶Plato uerò ponebat duo infinita principia materialia. s. magnũ & paruum, ratione iam dicta, quàm super tex. 61. euidentius explicabimus.

Numeri pares, atque impares quid denotent.

E

Qui autem de natura differunt: omnes semper subiiciunt alteram quandam naturam dictorum elemẽtorum infinito, ut aquam, aut aerẽ, aut medium horum. Eorum uerò qui finita faciunt elementa: nullus infinitum facit. Quicunque autem infinita faciunt elementa, quemadmodum Anaxagoras, & Democritus, ille quidem ex ijs quæ sunt similium partium, hic autem ex omni seminario figurarum per contactum continuum infinitum esse dicunt. Tex.27.

F

¶In tex. 27. reuertitur ad modum explicandum quo philosophi naturales posuerunt infinitum. Distinguit hic Aristot. naturales aduersus Pythagoram & Platonem, uel ex eo (ut Philoponus censet) quòd Pythagoras & Plato, (propterea quòd intendebant

A debant rebus diuinis) potius Theologi & diuini & supernaturales tūc temporis dicebantur, quàm physici & naturales, uel forsan (quod literæ sequētis capituli magis consentaneum est) quia Pythagoras more potius mathematico per numeros, qui abstrahunt à materia & motu philosophabatur, quàm modo naturali: & Plato ponebat ideas immobiles, quæ sunt principia immobilia. Itaque ambo ponebant infinitum quodammodo separatum à materia, ut cap. sequenti uidebitur: cùm tamen naturales non tractent, nisi de rebus ut sunt in materia, eo quòd principia physica omnia
B sunt mobilia. Atqui primò ait omnes eiusmodi physicos (eos saltè qui infinitum ponebant) hoc inter se conuenire, quòd ponebant infinitū principium per accidens: nam principia ponebant substantias quibus accidebat esse finita, uel infinita: ad differentiam Pythagoræ & Platonis qui dicebant infinitatem esse quodammodo de substantia principiorum, ut supra expositum est. ¶ Partitur autem prius istos philosophos in tres gradus. Nam ex illis aliqui ponebant unum principium materiale: puta aquam, uel aerem, uel ignem, ut primo lib. super textum 32. expositum est. Aquæ ue
C rò aut igni accidit, quòd sit infinitum secundùm durationem, & secundùm magnitudinem, quia de se non habet determinatam quantitatem, ut illi dicebant. Opiniones Parmenidis, & Melissi, tanquàm non naturalium, silentio præterit. In secundo gradu erant qui ponebant plura principia materialia, finita tamen: ut Empedocles de quo super eundem etiā tex. 32. diximus: qui ponebat quatuor elementa principia rerum. Et iste nullum principium poterat ponere infinitū, propterea quòd infinitum omnia replet: & per consequens non relinquit locum alteri. unde si aer esset infinitus, nullus posset esse ignis, aut quic-

quam aliud. In tertio gradu fuerunt D
illi qui ponebant principia plura, sed infinita numero: ut Anaxagoras & Democritus. Qui quidem differebant, quòd Anaxagoras ponebat infinitas particulas similes in specie cum ipso toto, differentes tamen specie à principiis alterius rei, ut infinitas carnis, infinitas ossis & c. ut libro 1. super eundem textum 32. dicebamus. Democritus uerò ponebat infinitas atomos eiusdem speciei omnium rerum, differentes tamen positione & figura: un de differentia figurarum erat causa distinctionis rerum, quæ proinde solum erat accidentalis, ut in eodem lib. super tex. 41. utcunque explicuimus. E
Quare ambo isti ponebāt principium infinitum secundùm multitudinem. s. infinitas atomos, atque adeo infinitas hæc erat sicut accidēs principiorum, quia non erat de eorum essentia.

Atq; ille quidem quamlibet partē Tex. 28.
aut secus, atq; totū, esse mixtionem. ex eo quia uidet quodlibet ex quolibet fieri, hinc enim dicere uidetur: & simul aliquando omnes res fuisse. ut hæc caro, & hoc os: & sic quodlibet. & omnia itaq;, & simul igitur. principium enim disgregationis: nō solùm in unoquoque, sed & omniū est. Cū F
enim omne quod fit, ex tali fiat corpore, omnium autem fit generatio, uerum non simul: etiam quoddam principium esse oportet generationis. hoc autem est unum, quem ille uocat intellectum. intellectus autē à principio quodam operatur cùm intellexit. quare necesse est simul omnia aliquando moueri.

In tex. 28. & sequenti prosequitur amplius explicare differentiam inter Anaxagoram, & Democritum. Ait enim, quòd Anaxagoras quodlibet affirmabat fieri ex quolibet, ut carnem ex osse, & os ex carne: quia quod-

A libet erat in quolibet, ut illic à nobis expositum est. Et ideo quodammodo secundùm illa principia fiebant ex alterutris. Segregationem autē unius ex alio, dicebat fieri ab alio principio efficiente, quod uocabat mentē. Quæ non solum erat causa particularium segregationum, ut potè quādo modo ex ęquo generatur equus, aut ex ligno cineres, sed fuerat causa primæ generationis mundi, quādo ex chao disgregatæ sunt res, ex quibus mūdus cōstat. Obidque Anaxagoras præter principium materiale, ponebat causam efficientem. Aiebat enim mentem fuisse æternam, quæ infinito tempore fecit B unum chaos rerum, ex quo postea in tempore per disgregationem creauit mundum. Qui proinde habuit principium, & non habebit finem.

Tex. 29. Democritus autem nullum aliud ex alio fieri, primorum dicit, sed tamen ipsum cōmune corpus, omniū esse principium, magnitudine secundum partes, figuraq; differens.

¶ In tex. 29. subiungit quomodo Democritus differebat ab Anaxagora. Primò enim differebat, ꝙ Democritus non concedebat quodlibet esse in quolibet, atq; adeo nec quodlibet fieri C ex quolibet: secundò ꝙ nō ponebat causam efficientē: nam intellectus non facit à casu: sed cōsulto. Vnde secundū Democritum nō erat nisi principium materiale: puta ille atomi, quæ à casu concurrentes orbiculares fecerunt cęlum orbiculare, & cōcurrētes sub alia figura & positione fecerūt aliud quodlibet ens. De qua opinione satis loco Nota. citato lib. 1. & lib. 2. q. ulti. dictum est. Semper intelligo Democritum solùm negare causam efficientem in prima institutione mundi: sed tunc fortè & à casu fuisse factum: nam tunc particularium generationum non negasset ignem & equum &c. generare ut causas efficientes.

D Tex. 30. Quòd igitur conueniens sit physicis hæc speculatio: manifestum est ex his. Rationabiliter autem: & principium ipsum ponunt omnes. Neq; enim frustra, possibile ipsum esse, neque aliam ipsi inesse potentiam: nisi ut principium. Omnia enim aut principium sunt: aut ex principio. infiniti autem non est principium: esset enim ipsius utique finis. Amplius autem & ingenium, & incorruptibile: principium quoddam cùm sit. Quod enim fit: necesse est accipere finem. & finis omnis est corruptionis. Quare, sicuti dicimus, non huius, principium: sed hoc, aliorum uidetur esse, E & continere omnia, & omnia gubernare, ut affirmant quicunque non faciunt præter infinitum, alias causas, ut intellectum, aut amicitiam, & hoc: esse diuinum. immortale enim est, perireque non potest: ut affirmant Anaximander & plurimi Physiologorum.

¶ In textu 30. disputationem aggrediens aduersus antiquos primò approbat quatuor quæ (dato infinito) optimè eius rationi ueteres attribuebant. F Primum, quòd si esset infinitum, illud deberet esse principium. Cuius ratio est. Si infinitum est, illud non est frustra: nam absurdum esset tantùm eius ens ponere frustra in rerum natura. Quòd si non est frustra, tunc aut est principiatum, aut principium: omne enim ens, aut est principium, aut principiatum: nec est dare medium, at infinitum, principiatum esse non potest: quia infinitum, non potest habere principium, aliàs haberet etiam finem: & per consequens non esset infinitum: ergo necesse erat, ut infinitum esset aliorum principiū, ne esset frustra. ¶ Secundum, quod attribuebant infinito, erat esse ingenitum

genitum

A genitũ & incorruptibile. Et hoc quoque (inquit) benè inferebant: nam si est principium, non habuit aliud principium, aliàs habuisset finem: & per consequens non esset principium infinitum. Colligitur ergo, quòd dato infinito illud debuit esse principium, & ingenitum. ¶Sanctus Tho. ait istas rationes in ęquiuoco laborare: & per cõsequens non esse approbatas ab Arist. sed recitatas ex antiquorum sententia, quoniam de ratione infiniti materialis (quale antiqui ponebãt) solùm est non habere principium, nec finem magnitudinis, cui tamen nõ repugnabat habere principiũ & finem durationis. Et ideo non subinde sequitur, si est in-
B finitum, non esse principiatum & causatum ab alio, in genera causæ efficientis. At qui secundùm uersionem Boetij, quam S. Th. sequitur probabilitatem habet hæc expositio. Vertit enim Boetius. Rationabiliter antiquos infinitum ponere esse principium. Et aduerbium, rationabiliter, potest exponi, dialecticè & apparenter. Attamen secundùm ueram trãslationem literæ Grecæ, quę est in textu nostro, uidetur ꝙ Aristo. non solũ recitat opinionem aliorum ut apparentem, sed ꝙ manifestè approbet illationem illã. Ait enim manifestum esse ex his .i. posito infini-
C to ad mentem antiquorum, ꝙ illud debet esse principium. Et ideo fortè ut Themistius & Philop. insinuant ratio Arist. stat in hoc, ꝙ dato infinito secũdùm magnitudinem, illud non potuit repẽte & subito totum produci, sicut nec potest totum corrumpi: sed deberet illud aggregari successiuè, sicuti uidemus corpora generabilia, & corruptibilia successiuè crescere, & minui. Et tunc arguit ꝙ illud non potuit habere principiũ suæ generationis: quia ante quamlibet partem genitã debuisset dari prior pars: aliàs si daretur prima unde incepit, daretur etiam ultima in eius corruptione, quod repugnat infinitum. ¶Tertium quod sequebatur ex opinione aliquorum antiquo-
D rum, eorum scilicet qui non ponebãt causam efficientem: sed solùm principium materiale, erat ut tale principium cõtineret & gubernaret omnia. Illi tamẽ pessimè errabant: nam gubernare est causæ efficientis & non principij materialis. ¶ Quartum denique, quod sequebatur ex illorum opinione erat, quòd infinitum esset quid diuinum: nam quod nec principium habet nec finem, sed causa est omnium aliorum, necesse est ut sit diuinum, ut dicebat Anaximander.

Esse autem aliquid infinitũ, fides ex quinq; maximè continget considerantibus. Ex tempore. hoc enim infi- Tex. 31.
E nitum. Et ex ea quæ est in magnitudinibus, diuisione. utuntur enim & Mathematici, infinito. Amplius ex eo, quia sic solũ non deficit generatio & corruptio, si infinitum sit: unde auferatur id qđ sit. Amplius ex eo, quia finitum semper ad aliquid finitur. Quare necesse est nullũ esse terminum, si semper terminari sit necesse alterum ad alterum.

¶In text. 31. ad rem proprius accedens arguit ad utranq; quæstionis par-
F tem. Et pro parte primò affirmatiua quinque ait modis potest quis infinitum ponere. Primò in temporis duratione. Tempus namq; secundùm antiquos (præter Platonem) fuit ab æterno, & secundùm omnes futurum erat perpetuum. Secundò in magnitudinis diuisione. Quippe cum secundùm mathematicos diuisio continui in infinitum habeat. Vnde potest quis suspicari magnitudinem dari infinitam, & multitudinem multiplicari in infinitum. Tertiò in generationum, & corruptionum perpetuitate. Erant enim futuræ secundùm ueteres omnes generationes, & corruptiones infinitæ. Quartò in partium orbis seriæ.

A Putabant enim omne corpus finitum terminari per aliud corpus. Et tunc arguebant. Vel terra est finita, uel infinita? si infinita, intentum: si finita, ergo terminatur per aquam, uel aerem. Et pariter de aere arguetur, postea de igne, & tandem de cœlis: in quibus nõ poterit dari ultimis orbis, nisi ille sit infinitus: nam si est finitus, debet terminari per alium, & ita in infinitum. Qua ratione excusari non potest, quominus aut detur aliquod corpus infinitum, aut ꝙ eorũ multitudo sit infinita.

Tex. 32. Maximè autem, & propriissimè, B quod communem facit dubitationẽ omnibus. ob id enim quòd illud, qđ in cogitatione est non deficit: & numerus uidetur infinitus esse, & mathematicæ magnitudines, & quod est extra cœlum. Infinitum autem cum sit quod extra est: & corpus infinitum esse uidetur, & mundi. Cur enim magis uacuum hic quàm ibi, (quare si in uno loco: & ubique) necesse est esse molem: simul autem si & uacuum est, & locus infinitus: & corpus infinitum necesse est esse. Posse enim ab ipso esse, nihil differt C in perpetuis.

¶In tex. 32. additur quinta rõ, quæ omnium est potissima, sumiturq; ab intellectu hoc modo. Intellectus cogitatio nullibi sistit, sed in infinitum procedit, ut cùm discurrit per numeros, (qui multiplicantur ex diuisione continui) quacunque diuisione, & numero dato, adhuc cogitatione addit unitatem: immo addit duplum & quadruplum, & sic in infinitum: & cum contemplatione effertur in cęlestes orbes supra quemlibet fingit alium. Putabãt ergo illi ita esse in rebus, sicut est in cogitatione intellectus, quod eos male fallebat. Nam cum intellectus sit spiritualis, abstractus à materia potest eius cogitatio in infinitum procedere: res autem materiales nõ ita esse possunt. D

¶Et hanc ultimam rationem confirmabant hoc modo. Si detur ultimus orbis, extra illum erit infinitum spaciũ. Quod si erit plenum, sequitur esse infinitum corpus, quod autem sit vacuũ, uidetur falsum: quia nulla est maior ratio, ꝙ detur uacuum extra cœlum quã intra. Vnde sicut locus intra cœlum totus est plenus, sequitur quòd & locus extra sit etiam plenus, & cum sit infinitus, dabitur infinitum. Quod denique postremo corroborabant: quia in perpetuis nihil differt esse, & posse, ut in cœlo intelligentiis quicquid possibile est, de facto est: sed extra cœlum est locus aptus natus repleri, ergo in E rei ueritate est repletus.

Habet autem dubitationem ipsa de infinito consideratio. Etenim nõ esse ponentibus, multa impossbilia accidunt: & esse. Amplius autẽ utronam sit modo: utrum ut substãtia, an ut accidens per se alicui naturæ, an neutro modo, sed nihilominus sit infinitũ, & infinita multitudine? Maximè autẽ physicis est considerare: si est magnitudo sensibilis infinita. Tex. 33.

Infinitum quot modis accipitur.

¶In tex. 33. arguit ad partem negatiuam: dicens, quòd utrique quæstio habet difficultatem. Sequuntur enim inconuenientia si negetur esse infinitum, ut ex præfatis rationibus patet. Et sequuntur alia quoque posito infinito. Quoniam tunc dubitatio restat quomodo esset infinitũ, vtrum esset aliqua per se substantia infinita: puta lignum, aut lapis, aut aliquod genus entium, an esset aliquod accidens proprium alicuius certæ naturæ: an uerò neutro modo: sed ꝙ posset dari infinitum magnitudine, aut multitudine in quacunque natura, uel in quocunque genere rerum. Attamen potissimum inquit, dubitatio physica est an detur infinita magnitudo sensibilis: nam de F

in-

A infinitis separatis nihil ad physicum, ut tex.39.habetur.

Tex. 34. Primùm igitur determinandum est quot modis dicitur infinitũ. Vno igitur modo, quod impoßibile est transire ex eo quia non est aptum na tura transiri, ut uox, inuisibilis. Aliter autem: transitum habens inconsumabilem. Aut quod uix. Aut quod natura aptum est habere: non tamen habet transitum, aut finem. Amplius infinitum omne, aut est secundùm appositionem, aut secundum diuisio nem, aut utroque modo.

B ¶Vnde in tex.34.& postremo, quasi disputationis initiũ, præmittit quot modis accipitur infinitum, ne disputa tio in æquiuoco uersetur. Vbi ponit duas diuisiones. Prima. Infinitũ uno modo accipitur, ut dictio, in, dicat meram negationem: & alio modo, ut dicat priuationem, scilicet negationem in subiecto apto nato: enimuero ut in uisibile uno modo dicitur de illo, qđ non potest uideri, siue sit aptum ex na tura sua ut uideatur, siue non, ut uox dicitur inuisibilis negatiuè: quia non habet naturam, ut uideatur (cum sit obiectum, non uisus, sed auditus) &

Infinitum quot modis accipitur.

C alio modo diceretur inuisibilis minimus color, qui propter paruitatẽ non potest uideri, aut color qui est in obscuro, qui ex defectu luminis uideri non ualet: ita infinitum dicitur uno modo negatiuè, quia scilicet non est quantum ut punctum & anima rationalis & angelus. Et alio modo dicitur infinitum priuatiuè: quia cùm sit quã tum nunquam potest tamen propter eius extensionem finiri: sicut partes continui sunt infinitæ impotẽtia, quia non possunt toties diuidi, quin adhuc semper sint diuisibiles. Tertius est mo dus infiniti, idest intransibilis: uidelicet, quod cũ maxima difficultate, aut uix potest pertransiri. Idque aut ratio-ne maximæ quantitatis, ut si dicamus D iter hinc ad ultimas insulas esse infini tum. Aut ratione qualitatis medij, ut si dicamus profunditaté maris, aut altitudinem nubium esse infinitam: propterea quòd nec possumus aquas penetrare, nec uolare per aërem.

¶Secunda diuisio propria infiniti est, quòd infinitum accipitur tripliciter, aut secundùm appositionem, ut in numeris, aut secundùm diuisionem, ut in quantitate continua. Et ex isto secundo modo oritur primus: nã quã ta est diuisio magnitudinis, est appositio ad numerum. Aut utroque modo, sicut in tempore. Tempus enim eo, quod est continuum, potest in infini- E tum diuidi, & eo quod est successiuum crescit ad modum numeri semper successione temporis post tempus. s. præsentis post præteritum, & futuri post præsens.

Sequitur consequenter cap. 5.

QVO DISPVTATVR, an sit infinitum. CAP. V.


EPARARILE igitur esse Tex. 35. à sensibilibus infinitum, ipsum quid existens infi- F nitum: non est poßibile. Si enim neque magnitudo est, neque multitudo, sed substantia ipsum est infini tum & non accidens, indiuisibile enim: aut magnitudo erit, aut multitudo. si autem indiuisibile: non infinitum, nisi sicut uox inuisibilis est. At neque sic dicunt esse, affirmantes esse infinitum: neque nos quęrimus, sed ut intransibile.

¶His præiactis fundamentis in c.5. quod per tex.21.distribuitur, prosequi tur impugnationem infiniti conclude re intendens, nullatenus infinitum in

A actu esse possibile: sed solùm in potẽtia. In hoc autem capite solùm procedit disputatiuè, & in sequenti incipit determinare ueritatem. At uerò cùm bifariam fuerit partitus positionẽ infiniti.s. & secundùm Pythagorã & Platonem, qui ponebant infinitum separatum à sensibilibus. s. uel in numeris abstrahendo à materia & motu (ut Pythagoras) uel in ideis (ut Plato) & secundum alios naturaliter loquentes, ponentes infinitum in sensibilibus, in primis quatuor textibus refellit infinitum primo modo, & in subsequentibus prosequitur impugnare infinitum insensibilibus. Redarguit ergo

Contra Pythagoras, & Plato.

B Aristoteles, Pythagoram & Platonem tribus argumentis. Primò. Si datur infinitũ separatum à sensibilibus, aut illud erit aliqua substantia per se subsistens, quæ secluso quocunque accidente ex sua quidditate, & natura sit infinita, aut includit accidens ratione cuius sit infinita. Primum, esse nõ potest: quoniam quicquid consideretur seclusa magnitudine, & multitudine (quæ sunt accidentia de prædicamento quantitatis) necesse est esse indiuisibile negatiuè, idest ineptum, ut diuidatur: nam diuisio nulli potest cõpetere, nisi ratione quantitatis continuæ, uel discretæ: ponere autem illo

C modo infinitum: nihil pertinet ad pręsentem quæstionem: esset enim tunc infinitum, sicut uox dicitur inuisibilis, scilicet quia non habet aptitudinem ut uideatur & sicut punctum: hic autẽ loquimur de infinito priuatiuè, quod.s.est extensum: carens termino.

Tex. 36. Si uerò secundum accidens est infinitum nõ erit utiq; elementum eorum quæ sunt, ut infinitum: sicut nec inuisibile, locutionis: quamuis uox sit inuisibilis. ¶ Amplius quomodo continget aliquid esse ipsum infinitum si non est & secundùm numerũ & magnitudinem, quorum est per se passio quædam infinitum? adhuc enim minus esset necesse est, quàm numerum, aut magnitudinem. D

¶ In tex. 36. prosequitur alterum mẽbrum, dicens. Si uerò illud infinitum includat accidens, ita ut sit per accidens infinitum (sicut substantia & qualitas est finita, uel infinita ratione quãtitatis) tunc sequitur, q̃ tale infinitũ, idest tale accidens ratione cuius conuenit illi substantiæ esse infinitam nõ erit elementum. i. nõ erit principium eorum quę sunt. i. substantiarum: quia accidens non est principium substantiæ. Quemadmodũ enim esto uox sit principium sermonis & locutionis, & uox sit inuisibilis, tamen inuisibilitas, quæ est accidens uocis, non est elemẽtum sermonis, ita licet illa substantia quæ esset principium substantiarum, per accidens esset infinita, tamẽ illud accidens nõ esset principium rerum. Cuius tamen contrarium asserebant Pythagoras & Plato, profitentes q̃ infinitum ipsum per se & secundùm suã quidditatem esset principium rerum. ¶ Secũda ratio est illic (Amplius &c.) quæ talis est ratio infiniti est propria passio numeri, uel magnitudinis: ergo minus potest per se subsistere separata à sensibilibus quam numerus & magnitudo quæ sunt eis subiectum: numerus autem & magnitudo non possunt suapte natura esse separata à sensibilibus rebus, quia quãtitas, cum sit accidens, non potest esse nisi in subiecto sensibili: ergo multò minus infinitum, idest ratio ipsa infiniti potest esse separata & per se subsistens. Plato enim quidditates formales rerum ponebat separatas, sicut & Pythagoras quidditatem impediri. E F

Manifestum autem, & quòd non contingit esse infinitum, ut actu existens, & ut substantiam, ac principium Erit enim quicquid ipsius, accipiatur, infinitum, si partibile est. Tex. 37.

Infi-

A Infinito enim esse & infinitum. idem est, si substantia infinitum sit, & non de subiecto. Quare aut indiuisibile est, aut in infinita diuisibile. multa autem in infinita esse idē, impossibile est. At uerò ut aeris aer pars est, sic & infinitum, infiniti siquidem substantia est & principium. Impartibile ergo, & indiuisibile est. At esse tale nequit, quod actu est infinitū quantum enim esse, quid necesse est.

¶In tex. 57. addit postremò tertiam B rationem: quæ subobscura est: his præsertim, qui in metaphysica Aristo. non sunt versati. Notādum est enim quòd Nota. in rebus naturalibus suppositum & natura in uia Aristo. distinguuntur: non quidem tāquam duæ res, sed ad illum sensum, quo. q. 3. super prologum Porphyrij, & cap. de substantia. quæst. 1. explicuimus, scilicet quòd quia natura quæ exprimitur per diffinitionem in abstracto explicatur, ut forma: & suppositum tanquàm habēs formam, hæc est falsa seclusa operatione intellectus in sensu formali: homo est humanitas, affirmante Arist. 3. de anima tex. 9. ꝙ aliud est magnitudo & aliud est magnitudinis esse, ut aliud aqua, & aliud aquæ esse, idest qdditas in abstra C cto, quia suppositum aquæ includit hanc materiam cum singularibus conditionibus, quę non includuntur in natura aquæ, ut explicatur per eius diffinitionem. In rebus autem separatis à materia suppositum, & natura sunt idem: quia suppositum non includit aliquid reale, quod non includatur in natura. Et quia Plato ponebat ideas separatas à materia quæ erant rationes formales rerum, & Pythagoras dicebat naturam numero abstrahendo per intellectum à singularibus esse principium rerum, atque adeò vterquè rationem infiniti ponebat substantiam per se subsistentem, ait hic Aristo. quòd secundùm illos idem erit infinitum, & esse infinito, idest quidditas ipsius infiniti: sicut si daretur homo separatus ab osse, carne &c. idem D esset humanitas & homo sola ratione differentes. Item quia ponebant illud infinitum esse principium rerum, necesse erat illud esse simplex non habens partes essentiales diuersarum rationum sicut in rei ueritate nos ponimus tàm materiam, quàm formam. Ob idque deberet illud infinitum esse omninò simplex: ut neque haberet partes integrales etheorogeneas: quas habent animalia: propterea quòd sunt in materia, scilicet carnes & ossa &c. E neque haberet materiam, & formam quas habent omnia mixta. His suppositis probatur quòd non poterat esse infinitum separatum, ut illi dicebant. Aut enim esset diuisibile, aut indiuisibile. Si diuisibile, cum esset omnino simplex sequitur quòd quælibet pars esset eiusdem rationis cum toto, & per consequens si totum esset infinitum quælibet pars esset infinita: sicut quælibet pars materiæ est materia, quia in simplicibus diffinitio quidditatiua totius conuenit cuilibet parti. Vnde sequitur quòd vel deberent concedere illud infinitum esse indiuisibile, aut si diuisibile, quod componeretur ex infinitis partibus, quarū quælibet esset infinita: queādmodū qa aer F non habet partes etherogeneas, quęlibet pars integralis aeris est aer. Vtrūque autem membrū est inconueniens. Quòd enim aliquod ens habeat infinitas partes non communicantes, quarum quælibet esse infinita, sicut totum, inuoluit manifestam repugnantiam: nam si una pars est infinita. illa replet totum locum imaginarium: & per consequens nullum relinquit locum in quo sint aliæ partes. Quòd autem illud infinitum sit indiuisibile, est manifesta repugnantia: nam ratio infiniti (quale isti ponebant) consistit in quantitate, & ratio quantitatis est, ut sit diuisibilis.

Secun-

A Tex.38. Secundùm ergo accidens est infinitum. sed si sic dictum est quòd non contingit ipsum principium dicere, sed illud cui accidit, ut aerem, aut par. Quare absurdè enunciant dicentes, sicut Pytagorei dicunt: simul enim substantiam faciunt infinitum & partiuntur.

¶Concludit ergo in textu 38. quòd non poterant ponere infinitum secundum suam substantiam & quidditatẽ, per se separatum à sensibilibus, sed si B erat infinitũ deberet esse ratione quãtitatis, quæ quidem est accidẽs. Quod si concederent: iam probatum est supra quòd non poterat tale infinitum sub ratione infiniti esse principiũ substantiæ: atque adeo erat repugnantia dicere quòd infinitum per se esse principium rerum.

Tex.39. Sed fortassis hæc quidem est uniuersalis quæstio magis: si cõtingit infinitum & in mathematicis esse, & in intelligibilibus, & in ijs quæ nullam habent magnitudinem. Nos autem consideramus, de sensibilibus, ac de ijs quorum facimus scien-C tiam: utrum in illis est an nõ est, corpus infinitum inaugmentum.

¶In tex.39. eximit se. Ph. à disputatione aduersus huiusmodi infinitũ separatum a sensibilibus quippè quæ ad metaphysicum potius pertineat (cuius est disputare de rebus separatis à materia & sensu) quàm ad Physicum, cuius negocium est de rebus quatenus sunt in materia philosophari.

Tex.40. Rationabiliter igitur speculantibus: ex huiusmodi uidebitur utique non esse. Si enim est corporis ratio quòd planicie terminatum est non utiquè erit corpus ullum, aut intelligibile, aut sensibile infinitum. D

¶Vnde in tex.40. incipit arguere aduersus infinitum sensibile. Et primò rationibus dialecticis. Hoc est enim quod ait [Rationabiliter speculantibus] seu differendi modo, ut uertit Argiropylus, idest exprobabilibus & propositionibus vulgò receptis: quemadmodum dialectica rationalis disputare solet. Prima ratio est: Corpus (ut vulgò apud mathematicos diffinitur) est quantum unica aut pluribus superficiebus terminatum, ergo E omne corpus siue sensibile sit, id est physicum, ut terra, lignum &c. intelligibile, id est mathematicum, per intellectum abstractum à materia, debet esse terminatum & finitum. Ac si dicat quòd omne corpus debet habere aliquam figuram in superficie extrema, & per consequens non potest esse infinitum.

At uerò neque numerus sic, ut separatus & infinitus. numerabile enim est numerus, aut habens numerum. si ergo numerabile, potest numerari & pertransire: utique possibile erit infinitum. Tex.41. F

¶Secunda ratio similis est in textu 41. ad probandum quòd nõ possit esse infinitum in multitudine. Omnis numerus siue separatus, idest siue accipiatur secundùm diffinitionem numeri mathematici abstracti per intellectum à materia, siue habens numerum, idest siue sit numerus physicus vt lapidum uel hominum habẽtium vnitates omnis talis est numeralis: ergo omnis erit finitus: quia infinitum pertransiri numerando non potest, & per consequens nec potest dari infinitum in magnitudine, nec in multitudine. Dicuntur rationes istæ idcirco dialecticæ, quòd licet posset negari ab alijs

omne

A omne quantum terminari superficiebus, & omnem numerum numerari, procedunt tamen probabiliter: quia eiusmodi responsio non censeretur in scholis mathematicornm habere probabilitatem.

Tex. 42. Physicè autem magis speculantibus ex hisce: manifestum erit, neque enim compositum potest esse: neque simplex. Compositum igitur non erit infinitum corpus: si finita multitudine elementa sint, necesse est enim: plura esse & æquari semper contraria, & non esse unum eorum infinitum, & si enim quomodocunque superatur, quæ in uno corpore B est potentia, ab altero (ut si ignis finitus sit, aer autẽ infinitus sit autem æqualis ignis: ad aerem æqualem potentia quantumlibet multiplicatus, solum autem numerum aliquem habens) tamen manifestum est, ꝙ infinitum excedet, & corrũpet finitum.

¶In tex. 42. exorditur Philosophus rationes physicas & naturales, quibus demonstrat non esse naturaliter possibilem infinitum. Atqui infinitum in rebus naturalibus sensibilibus posset cõsiderari: aut in mixtis, aut in elementis, aut in cęlo. De cœlo præterit hic C mentionem facere. Habet enim in more nihil, nisi proprio loco tractare, & Nota. cum usque ad libros de cęlo nusquàm demonstrauerit cœlum esse substantiã alterius speciei, seu generis, quàm elementa, solùm hic differit de mixtis & elementis: in primo autem de cœlo tex. 5. peculiariter iteratò reuocat in quæstionem an cœlum sit infinitum. Probat ergo primò quòd nullum mixtum sit infinitum hoc syllogismo. Corpus omne mixtum constat ex elementis, sed compositionem mixti intrat multitudo finita elementorum: nempe solùm quatuor, quorum nullum est magnitudine infinitum: ergo mixtum non potest esse infinitum. Quòd multitudo elementorum sit finita, relinquit tanquàm notum. Quod autẽ nullum sit infinitum, probatur. Aut vnum tunc esset infinitum: aut omnia, neutrum istarum: ergo. Probatur primum membrum. Elementa componit mixtum per actionem contrariam mutuò se corrumpendo, ut 2. de gene. tex. 33. patebit: ergo nullum eorum potest esse infinitum. Manifesta est consequentia eò quòd illud infinitum corrumperet omnia alia, & illud solùm maneret incorruptum, atque adeò mixtum non constaret ex omnibus elementis. At quia posset quis negare consequen E tiam, dicens quòd quamuis unum elementorum esset infinitum magnitudine, non illicò sequitur, ut corrumperet alia nam posset esse uirtutis finitæ. Huic solutioni obuiat phi. dicẽs quòd quamuis illud elementum infinitum esset. v.g. aer qui est maioris actiuitatis quàm ignis. v. g. in centupla, aut quauis alia proportione finita, illud tamen debet intelligi quòd æquales partes aeris & ignis sunt inæqualis virtutis. Tunc arguit Arist. Si multiplicetur aer ad tantò maiorem quãtitatem quantò ignis habet maiorẽ uirtutem, sequitur quòd erunt æqualis uirtutis: F ergo postquam tale elementum erit infinitum magnitudine, necesse est, ut habeat infinitam uirtutem, & per consequẽs omnia alia in infinitũ superet. Et eadem ratione patet quòd non possunt esse aliqua infinita, & aliqua finita.

Vnumquodque autem infinitum esse est impossibile. Corpus enim Tex. 43. est: quod omniquaque dimẽsionem habet. infinitum autem quod infinitè extensum est. Quare infinitum corpus vndequaque extensum erit in infinitum.

¶Secunda solutio esse posset, quòd omnia quatuor elementa essent infinita, ut essent æqualis uirtutis: hoc autem

A tem in hoc textu 43. ait esse manifestè impossibile: nam corpus est id quod habet omniquaq; dimensionem .i. secundùm longitudinem,& latitudinem & profunditatem ob idque corpus infinitum erit. quod secundùm hanc trinam dimẽsionem est infinitum. Quod autem hoc modo est infinitum occupat omnem locũ imaginarium: & per consequens non permittit secũ aliud corpus: nisi duo corpora essent penetratiuè in eodem loco: quod non est possibile. Atque adeò impossibile est vt quatuor corpora infinita coeant in compositionem mixti.

B

Tex.44. At verò neque unum ac simplex esse contingit infinitum corpus: neque sicut dicunt quidã, id quod præter elementa est, ex quo hæc generant neq; simpliciter. Sunt enim quidam qui hoc faciunt infinitum, sed non aerem, aut aquam nè cetera corrumpantur ab infinito. Habent enim ad se inuicem contrarietatem, vt aer quidem frigidus est, aqua uerò humida: ignis autem calidus. quorum si vnum esset infinitũ: corrupta iam fuissent alia. Nunc autẽ dicunt aliud esse id, ex quo hæc sunt.

C ¶In tex.44. reuertitur ad aliud mẽbrum principale, scilicet quòd nullum corpus simplex potest esse infinitum: corpus simplex appellat elementum, aut corpus medium inter duo elementa: quale ponebant uel Anaximander, ut ait Themist. uel fortè alij, ut lib.1. super tex.32. adnotauimus. Medium inquam uel inter aerem & ignem, uel inter aere & aquam: propterea (ut ait hic Arist.) quòd cum uiderent simplicia elementa habere inter se contrarietatem ut ignis & aqua dicebant elementa non posse esse principia permanentia, in eodem supposito. Ignis enim nõ potest esse principium aquę: nec aqua ignis.

Impossibile autẽ est esse tale: non quia infinitum (de hoc enim commune aliquid dicendum est: de omni similiter & aere, & aqua, & quolibet) sed quia nõ est tale sensibile corpus, præter vocata elementa. omne nanque ex quo est etiã resoluitur in hoc. quare esset utique hic, præter aerem & ignem, & terram, & aquam: aliud cuippiam uidetur autem nullum. D Tex.45.

¶Ait uerò Aristo. in tex.45. ꝙ hæc opinio, præter errorem quo asserebat aliquid infinitum (quod statim impugnabitur, communi ratione procedenti de omnibus elemẽtis) peccabat, ponẽs aliquod corpus simplex quintum: E nam, cum unumquodque resoluatur in ea ex quibus componitur, experiremur, quando mixtum resoluitur, restare eiusmodi corpus simplex quintum: attamen non experimur nisi quatuor dumtaxat: ergo nullum est aliud.

Neque igitur ignis, neque aliud elementorum quicquam: infinitum quid esse potest. Omninò enim & præter id quod infinitum sit aliquid ipsorum: impossibile est ipsum uniuersum, & si finitum sit, aut esse, aut fieri unum quid ipsorum, sicuti Heraclitus dicit omnia fieri aliquando ignem. Tex.46. F

¶In textu ergo. 46. probat ratione communi nullum simplicium corporum, scilicet quatuor elementorum, posse esse infinitum. Quod licet non formaliter, tamen uirtualiter, & sub verbis pressis, atque concisis duplici ratione probat. Primò ex superiori ratione, quia si esset infinitum, omnem locum occuparet, & per consequens non compateretur secum alia elementa. Et pręterea, quia esset, ut probatum est, infinitæ actiuitatis: atque adeo omnia alia corrumperet, & per consequens totum uniuersum esset unicum

A elementum. Ait esse, aut fieri, propter Heraclitum, qui ut lib. 1. super textum 32. exposuimus, ponebat ignem esse principium omnium rerum. Et cùm obijciebatur illi, quòd cùm ignis esset maximè actiuus, non posset permanere in rebus quin illis corrumperet, dicebat quòd licèt hactenus non omninò corruperit, semper tamen est actu corrumpens, & tandem totum orbem inflammabit, & tūc vniuersum totum erit ignis. Ait ergo Aristo. quòd posito aliquo elementorum infinito idē con tingeret, scilicet quòd uel totum uni-
B uersum esset illud: uel aliquando conuerteretur in illud.

Tex. 47. Eadem autem est ratio & in ipso uno, quod faciunt præter elementa Physici. Omnia nanque mutantur ex contrario in contrarium: vt ex calido in frigidū. oportet autem de omni & ex hisce cōsiderare: si potest, aut non potest, esse corpus infinitū sensibile.

¶In tex. 47 dicit idem omninò con tingere, si illud infinitum simplex non esset aliquod quatuor elementorum, sed aliud quintum medium quod alij ponebant: at si illud deberet esse principium, necesse erat, ut haberet con-
C trarietatem cùm alijs rebus: nā quicquid fit, fit ex suo contrario, ut album ex nigro, frigidū ex calido, & per consequens omnia tandem in se conuerteret cùm esset infinitum. Vbi de directo impugnat illorum rationē motiuam. Ponebant enim illud mediū esse principium propter argumentum, quod faciebant aduersus Thaletem & Heraclitum quòd si principium esset aqua, tūc ex illo non posset fieri ignis, & si esset ignis, ex illo non posset fieri aqua propter contrarietatē. Ait ergo Phi. quòd idem sequitur secundùm suorum opinionē, quia illud quintū necesse erat, vt esset contrarium alijs rebus, qui ex illo fierent tāquam ex termino à quo. ¶Subsequenter postquàm diuisim seorsum probauit, nec mixtum posse es- D
se infinitum, nec elementum simplex, facta illa suppositione, quòd elementa sint numero finita, & inde sumpta ratione à generatione mixti: persistit idē simpliciter demonstrare non facta aliqua suppositione, sed in genere, quòd nullum corpus sensibile, quodcunque illud sit, possit esse infinitum. Et id quidem quidem quatuor rationibus.

Quòd autem omninò impossibile sit esse corpus infinitum sensibile: Tex. 48.
ex hisce manifestum est. aptum est enim natura omne sensibile alicubi E
esse. atque locus est aliquis vniuscuiusque. & idem est partis, & totius, vt totius terræ, & vnius glebæ: & ignis, atque scintillæ. Quare si sit eiusdem speciei: aut immobile erit, aut semper mouebitur. Atqui impossibile est. Cur enim magis deorsum quàm sursum, aut quouis? dico autem ut si gleba sit alicubi, quoniam hæc mouebitur, aut ubi manebit, locus enim infinitus erit congenei sibi corporis. Vtrum igitur occupabit totum locum? & quomodo? Quæ igitur, & vbi quies, & motus ipsius? an vbique F
manebit? non ergo mouebitur. an ubique mouebitur? non ergo stabit.

¶In textu 48. format rationem primam tribus factis suppositionibus. Prima quòd omne corpus sensibile suaptè natura aptum est esse in loco natu
rali. Loquitur enim hic non de loco Nota.
simpliciter, & (ut sic dicam) mathematicè, qui est superficies continens loca tum, sed de loco naturali ad quem res naturalis habet inclinationem, ut centrū terræ est locus terræ, & concauum lunæ locus ignis, & sic de alijs elementis & cęlis. Vltima enim sphera, licet non in loco circunstante, mouetur tamen in loco naturali. Secunda suppositio est prioris explicatio. uniuscu-
iusque

A iusque rei naturalis est aliquis locus naturalis ad quem suaptè natura mouetur, & in quo naturaliter quiescit. Immo & animalibus inquantum sunt animalia competunt sua cuique loca. Viuunt enim pisces in aqua, & alia in aere. Tertia suppositio est quod idé locus naturalis est totius & partis: nam in loco naturali in quo quiescit totum elementũ terræ, quiescit naturaliter quælibet eius pars. Quocirca quęlibet pars terræ, nisi impediatur, mouetur ad centrum, & quælibet pars ignis ad concauum lunæ. ¶His suppositis ratio est homini. Aut corpus infinitum, quodB cunque illud sit: constabit ex omnibus partibus eiusdem speciei cum toto (loquitur enim de integralibus, ut sunt partes terræ, & aeris, & auri, & lapidis &c.) aut constabit ex partibus eterogeneis, vt animalia. Si primum aut semper mouebitur, aut semper quiescet: neutrum est possibile: ergo. Probatur simul utraque pars minoris. Si semper mouetur (loquitur de motu naturali ad locum in quo naturaliter quiescit) aut mouebitur sursum, aut deorsum, aut aliam differentiam positionis, nullum istorum: ergo. Sed antequàm ulterius procedamus adnotato
Nota.
C parentesim illam (dico autem ut si gleba sit) totum nanque infinitum categorematicè moueri non posset secundum se totum, quia non posset mutare locum cùm repleret omnem imaginarium. Quinimmò neque circulariter, ut perdoctè manifestat Arist. 1. de cœlo tex. 35. quia cùm nõ terminetur aliqua extrema superficie, non poterit signari in illa aliquod pũctũ quod motu describat aliquam portionem circuli, sicut signatur sol qui uigintiquatuor horis facit vnum circulum. Et ideo non arguit hic Arist. de motu totius, sed de motu glebę idest partis corporis illius infiniti (si esset terra. Ex cuius inaduertentia raro intelligitur hic textus. Probatur ergo quòd pars talis eleméti, nec mouebitur, nec quiescet naturaliter. Locus naturalis illius glebæ est congeneus. i. idem omnino qui D
est locus naturalis totius: locus autem naturalis totius est infinitus imaginarius: ergo idem locus infinitus erit locus naturalis cuiuslibet partis illius infiniti. Tunc arguitur. Aut quælibet pars occupabit totũ locum infinitum, & hoc est intelligibile. Si autem singulæ partes erunt in singulis partibus loci infiniti, tunc si in quocunque loco fuerit quæuis pars illius infiniti, manebit naturaliter, & sic sequitur quod nunquàm mouebitur. Si autem illic non manebit, nunquàm quiescet: nam si in aliquo loco non quiescit naturaliter, E
eadem ratione in nulla alia quiescet: quia non habet maiorem inclinationem ad unum locum quàm ad alium. Summa rationis est hæc, quòd cũ quilibet pars illius totius inclinetur ad totum locum infinitum, in nulla parte loci suaptè natura quiescet naturaliter: nec ad aliquã mouebitur naturaliter, & sic suaptè natura: nec erit mobile, nec immobile.

Si verò dissimile sit ipsum totum: Tex. 49.
dissimilia loca erunt, & primum quidem non unum corpus uniuersi est: nisi tangendo. Deinde aut finita, hęc F
erunt: aut infinita specie. Atque finita quidem non esse possunt. Erunt enim alia quidem finita, alia verò nõ, si totum infinitum est, ut ignis, aut aqua. Corruptio autem tale contrarijs esset, sicut dictũ est prius. Et propter hoc nullus eorum qui de natura differunt, unum & infinitũ ignem fecit. aut terram: sed aut aquam, aut aerem, aut eorũ medium. quoniam locus utriusque manifestus erat, determinatusque. Hæc autem utroque participant, eo qui sursum, & qui deorsum. ¶Si autem infinita & simplicia sunt, & loca infinita, & infinita

elemen-

A elementa erunt. si uerò hoc impossibile, & loca finita sunt, & totum finitum esse necesse est: impossibile enim est non æquari locum, & corpus: neque enim locus omnis maior est quàm quantum contingit corpus simul esse: simul autem neque infinitum erit corpus: neque corpus maius, quàm locus. aut enim uacuum erit aliquid: aut corpus quod nusquàm aptum natura est esse.

¶In tex. 49. impugnat aliud membrum maioris principalis argumenti. Si enim quis dicat illud infinitum constare ex partibus diuersarum specierum tunc sequitur ꝙ & loca naturalia
B illarum partium etiam differunt specie sicuti locus ignis est sursum, & locus terræ deorsum. Differentias nanque positionis uocat loca differentia specie. Et tunc sequitur primum inconueniens quòd partes illius totius non erunt continuæ, sed contiguæ. Videtur tamen consequentia inefficax: nam partes hominis puta ossa nerui & carnes differunt specie. & tamen sunt continuæ. Ad hoc respondetur, ꝙ partes animalis non sunt differentes specie perfecta, quia omnes habent esse per eãdem formam substantialem totius, & ideo sunt partes eiusdem
C speciei totalis: licet inter se differant specie partiali (ut sic loquamur) propter diuersa accidentia habentia se ex parte materiæ puta propter cõplexiones diuersas: illi autem deberent ponere partes totius infiniti esse differentes specie perfecta, ut differũt partes vniuersi: atque adeo deberent concedere illud infinitum esse unum per aggregationem. Et quia hoc non haberẽt pro magno inconnenienti (nam illo modo Anaxagoras, quem notat hic Aristo. posuit infinitum chaos in quo omnia erant aggregata & congesta) nõ illic insistit: sed transit ad aliud inconueniens. Etenim inquit species partium infiniti erunt finitæ, itaque omnes partes sint v.g. in quatuor speciebus: aut D erunt infinitæ. Si erunt finitæ species, ut puta quatuor elementa necesse est, quòd aliqua saltem illarum sit infinita in quantitate, quia ex speciebus finitis partium non potest constare infinitum nisi aliqua saltem illarum sit infinitæ magnitudinis. Si autem aliqua illarum sit infinita, reliquæ uerò finitæ, iã supra ostensum est ꝙ illa pars infinita consumeret oẽs alias. Et hoc est quod ait (corruptio autem tale) .i. talis pars infinita erit corruptio alijs contrarijs, idest corrumpet alia contraria, & per cõsequens non erunt plures partes dissimiles specie. ¶Qua inquit de causa nullus eorũ qui natura- E liter loquuti sunt ponens unũ principium infinitũ, dixit illud esse aliquod extremorum, puta terram, aut ignem: propterea ꝙ utriusque locus est manifestus, sed aquam uel aerem, quæ quodammodo sunt medio in participãtia utroque extremo Literam hãc fateor quòd apud neminem interpretũ intelligere possum, neque uideo qualis sit consequentia, ꝙ ex eo ꝙ vna pars infiniti non potuit esse infinita, & reliquę finitæ, non ponebant antiqui ignẽ, aut terram esse principium infinitum, benè tamen aquam, uel aerem. Nisi ue- F rum sit (quod Philoponus ait) hanc rationem esse truncam, & mancam cui aliquid deficit. Debet ergo introduci tanquàm noua cõfirmatio isto modo. Item si una illarum partium esset infinita, cum illa corrumperet alias, omnia essent unũ elementum infinitum: nam illa pars deberet esse simplex corpus. Quod autẽ hoc sit impossibile, patet: nã infinitnm (ut dictũ est) nullum sibi uẽdicat locum: & tamẽ quodlibet elementum uendicat sibi propriũ locum. Et tũc subiungit quòd ad euitandum hoc inconueniens nullus dixit illud infinitum esse terram, uel ignem: quia de illis negare non poterant habere manifesta loca naturalia, sed de aliis

interme-

A intermedijs, quia non est tàm manifestum habere propria loca, poterant utrumque dicere esse infinitum. Prætermittit hic aliud mébrum quod illi possent respondere, scilicet ꝙ partes infiniti quæ sunt specierum finitarum, sunt omnes infinitæ magnitudinis, qa illud iam supra impugnatum est, uidelicet, non posse esse simul plura infinita, eò quòd unum occupat totum locum. ¶Prosequitur ergo aliud membrum, siquis diceret partes illius infiniti esse infinitarum specierum, ut ponebat Anaxagoras in suo chao. vnde B dicebat mundum fuisse factum: nam aduersus hác opinionem dirigit disputationé hanc. Tunc(inquit) sequitur, quòd loca naturalia pariter erunt infinita: nam tot debent esse loca naturalia quot sunt res naturales, ut alius est locus grauium, alius leuium, & alius cœlorum, & alius cuiuscunq; elementi. Quòd autem consequens sit falsum, scilicet esse infinita loca naturalia ostendere prætermittit tanquàm prr se notum: nam species locorum naturalium tantum sunt tres, ut habetur. 1. de cœlo, ad medium deorsum, & à medio sursum, & circa medium in cœlis. Sequelam uerò probat, scilicet ꝙ tot debent esse loca quot locata, per simi- C litudinem ad loca mathematica. Hoc Nota. enim est hic animaduertendum ad intelligendã literam. Quemadmodum.n. in loco cõtinui locus debet ęquari locato, ut neque locus sit maior quã locatum(aliàs daretur uacuum) neq; locatum maius loco(aliàs daretur locatum extra locum) ita in naturalibus, neque debet esse aliqua differentia loci, ad quem aliquod corpus naturale non habet inclinationem: neque rursus debet esse corpus naturale, quod ad suum locum proprium non habeat inclinationem.

Tex. 50. Anaxagoras autem inconuenienter dicit de infiniti quiete. fulcire.n. seipsum dicit infinitum. hoc autem quia in ipso est (aliud enim nihil continet) tanquàm ubi utiq; aliquid sit, D Tex. 51. ibi aptum natura sit esse. hoc autem non verum erit enim vtique quicquam alicubi vi, & non vbi aptum natura est esse. si igitur quammaximè non mouetur totum(quòd enim in seipso fulcitur & in seipso est. immobile esse necesse est) cur tamen non aptum natura sit moueri, dicendum erat. non enim satis est: sic dicentẽ euadere. erit enim utique, & quodlibet aliud non motum, sed aptum natura esse nihil prohibet. quoniam E & terra non fertur, neque si infinita esset: coercita tamẽ à medio. sed non qui non est aliud quo feratur, manebit in medio: sed quia non est apta natura sic. sed tamen licebit utique dicere: quod fulcit seipsam. Si igitur neque in terra hæc causa est si existent infinita, sed quia grauitatem haberet (graue autem manet in medio: terra autem in medio est) similiter & infinitum manet utique in seipso propter aliam quandam causam, & non quia infinitum est, & fulcit ipsum seipsum. F

¶In tex. 50. refert solutionem Anaxagoræ aduersus quem punctim tendebat argumentum hoc. Quippe cuius opinio erat unum fuisse chaos infinitum ante mundi creationem, ubi infinitæ rerum species latitabant. Vnde ad hoc argumentum respondebat, quòd illud infinitum chaos non habebat aliquem locum naturalem in quo esset, aut ad quem moueretur, sed in seipso sustinebatur. Cùm enim haberet partes infinitas sese inuicem alia aliam tenebant, & per consequẽs erat natura sua immobile. Hanc uerò opinionem respuit Arist. duabus rationibus. ¶Prima est hæc in textu 51. Si illud

lud

A lud infinitum esset natura sua immobile, eo maximè esset, quia ubi unumquodque est, ibi naturaliter quiescit, hoc tamen est falsum: quoniam multa sunt in loco per uiolentiam ubi non naturaliter quiescunt, ut graue super trabem: ergo dato quòd illud infinitum non moueretur, non subinde sequitur quòd quiesceret tanquàm in loco naturali. Ratio tendit ad hoc q; si illud infinitum de facto non moueretur, fuisset ex eo quòd cùm esset infinitum non haberet locum quo moueretur, sed una pars teneret uiolenter aliam: hoc autem non satis ostendit B esse suaptè natura immobile, tāquàm existens in suo loco naturali: sed sicut graue quiescit sursum: quod non est propriè quiescere, sed impediri à proprio motu. Et ideo tenebatur Anaxagoras reddere rationem ex natura rei cur esset immobile: aliàs quæcunque res, ubicunque detineretur, diceretur ex natura sua quiescere. ¶Dilucidat argumentum exemplo terræ. Vbi notandum est, quod terra secundùm Aristo. inter omnia elementa, quia est ultimum graue, est suaptè natura immobilis: nec enim mouetur à medio, nec ad medium, nec circa medium: reliqua uerò elementa mouentur circa medium. Dicunt enim, ignis rapitur circulariter ad motum orbis lunæ: C quòd pariter aer. Quòd si aliqua pars terræ mouetur est de per accidēs: quia sursum detinetur. Ait ergo quòd si daretur terra infinita, & coercita à medio, id est impedita ratione suæ infinitatis ne ueniret ad medium: nihilominus illa terra esset immobilio Ratio tamen immobilitatis non est reddenda ex eo quòd se sustinet, nec est in aliquo loco (quàmuis ita sit q; se sustineat) sed ex eo est immobilis, quia natura sua est talis: ut sit centrum mundi immobile. Pari ergo modo nō satis est Anaxagoræ reddere rationem immobilitatis illius chaos propter infinitatem, sed ex natura rei.

Nota.

Simul autē manifestum est: quòd & quamlibet oportebit partem manere. vt enim infinitum in seipso manet se fulciens: sic & quęcunque accipiatur pars in se ipsa manebit. Totius enim & partis eiusdem sunt speciei loca. vt totius terræ, & glebæ, deorsum: & totius ignis, & scintillæ sursum. Quare infiniti locus in seipso est: & partis idem erit. manebit igitur in seipsa. D Tex. 52.

¶In tex. 52. subdit secundam rationem. Si chaos illud infinitum eò esset immobile, quia se sustinet in seipso, E eadem ratione quælibet eius pars esset immobilis: nam idem est locus, & natura totius & partis, ut totius terrę, & glebæ: & totius ignis, & scintillæ: consequens tamen est falsum: nā quælibet pars illius erit suaptè natura mobilis ad suum cuiusque locum quandoquidem ita nunc experientia compertum est, vt partes uniuersi quæ ab illo chao separatæ fuerant, ad sua propria loca mouentur.

Omninò autem manifestum est, Tex. 53. quod impossibile est, simul infinitū dicere corpus, & locum quendā corporibus esse si omne corpus sensibile, F aut grauitatem habet, aut leuitatem, & si graue quidem est, ad medium habet lationem natura, si uerò leue sursum: necesse est enim & infinitum corpus hanc eandem natura subeat legem. Impossibile autē est: aut totum utrumlibet, aut dimidiatum, utrumque pati. quomodo enim diuides, aut quomodo infiniti erit, hoc quidem sursum, illud uerò deorsum aut ultimnm, aut medium?

¶In tex. 53. facit secundā rationem principalem earum quatuor quas antè textum quadragesimum octauum

A proposuimus. Et ratio est hæc. Corpus vnumquodq; sensibile proprium sibi uendicat locum naturalem : puta sursum, aut deorsum, sed dato corpore infinito, non possumus signare has differẽtias positionis: ergo repugnat quòd sit infinitum & simul naturale. Sensibile corpus appellat mixtum, vel elementum. Nam cœlum nõ habet sensibilem qualitatem. Et tunc probat maiorem, quia omne huiusmodi corpus, aut est graue, aut leue. ut antiqui ipsi concedebant. Si autem est graue, mouetur ad medium, scilicet deorsum : si uerò est leue, mouetur à medio puta sursum. B Minorem autem probat : quia in corpore infinito, nec possumus signare medium, nec subinde sursum, & deorsum, neq; secundùm se totum, neq; secundùm medietates, quia non posset aliquo modo diuidi, ut una medietas diceretur sursum, alia deorsum. Non enim esset maior rõ de hac quàm de illa diuisione, ut in aliqua secundùm diceretur sursum & deorsum.

Sensibile quodnã sit.

Tex. 54.

Amplius, omne corpus sensibile in loco est. loci uerò species & differentiæ sunt: sursum & deorsum, antè, & retrò, dextrum, & sinistrum. Atq; C hæc non solùm ad nos, & positione: sed & in ipso toto determinata sunt. Impossibile aũt est infinito hæc esse.

Sex differẽtiæ positionis.

¶In tex. 54. subiungit rationem tertiam principalem. Omne corpus sensibile est in loco ratione suæ quantitatis: loci autem sunt sex differẽtiæ, scilicet sursum, deorsum : dextrum, sinistrum: antè & retrò: istæ autẽ differentiæ signari nõ possent si uniuersum esset infinitum: ergo. Maiorem relinquit tanquàm notam experientia: eò quòd natura totius speculanda est ex natura partium : in omnibus autem partibus uniuersi has differentas comperimus. In uiuentibus enim superius & inferius sumitur secundùm alimentum, pars nanque superior est illa qua sumitur alimentum, ut caput in animalibus, & radix in arboribus : contraria uerò est deorsum : antè uerò & retrò sumitur in animalibus secundùm sensum. vt pars anterior sit facies ubi uiget sensus : cõtraria uerò sit posterior. Sed dextrum & sinistrũ sumitur secundùm motum localem : qui in homine incipit à parte dextra, ubi magis uiget motus. in rebus uerò inanimatis suaptè natura designantur, sursum & deorsum per comparationem ad cẽtrum mundi: sunt enim motus à centro, uel ad centrum. Reliquæ uerò differentiæ sumuntur in corruptibilibus per comparationem ad animalia. ut illa columna sit dextra, quæ est ad nostram dextram &c. Addit uerò Phi. ꝙ nõ solùm in corruptibilibus, sed etiam in toto uniuerso, puta in cœlo dantur istæ differentiæ positionis, non quidem per ordinem ad nos, sed ex natura sua, ut enim probatur. 2. de cœlo dextrũ cœli est oriens, quia si eius motus habuisset principium, inde cœpisset moueri, & per respectum ad oriens sumuntur aliæ differentiæ, ut ibidem est uidere. Quòd autem in corpore infinito non possint signari istæ differentiæ, manifestum est, ut modo dicebamus. quia non posset signari medium : cuius respectu dignoscuntur aliæ differentiæ.

D E F

Tex. 55.

Simpliciter autem si impossibile est locum esse infinitum, in loco autem est omne corpus: impossibile est infinitũ esse corpus aliquod. At verò quod alicubi est in loco est, & quod in loco, alicubi. Si igitur neque quantum, possibile est ipsum infinitũ esse (quantũ enim aliquod erit : ut bicubitum, aut tricubitũ. hæc enim significat ipsum quantum) sic & in loco, quod alicubi. hoc autem est, aut sursum, aut deorsum, aut in alia aliqua distantia earũ, quæ sex sunt. horũ aũt unumquodque terminus aliquis est.

¶In

A ¶In textu 55. & postremo huius capitis subijcitur quarta & postrema ratio principalis. Omne corpus est in loco (hoc enim differt substantia corporea ab incorporea, quòd illa sit in loco: hæc uerò minimè) sed nullus locus potest esse infinitus: ergo neque corpus fieri potest ut sit infinitũ. Probat minorem, quia sicut non potest esse res alicuius generis, nisi in aliqua certa specie (non enim potest esse animal, nisi sit vel homo vel equus &c. neque potest esse quantum, nisi bicubitum, uel tricubitnm aut in alia specie quantitatis) ita nec potest esse locus naturalis: nisi secundùm aliquam differentiam positionis. s. sursum deorsum &c. quæ sunt species loci natura- B lis: sed locus infinitus, nec erit sursum nec deorsum &c. ergo non est possibilis infinitus locus. ¶Ex probatione minoris potest sumi argumentum nouum ꝙ non sit infinitum actu: nam si est infinitum, erit quãtum: si uerò erit quantum in actu, erit bicubitum, uel tricubitũ, aut in alia specie quãtitatis, & per cõsequens non erit infinitum.

Nota.

¶ *Subsequitur statim caput sextum.*

QVONAM MODO, sit infinitum.

C

CAPVT VI.

Tex. 56.



VOD igitur actu non sit corpus infinitum: manifestũ est ex his. Quòd verò si non sit infinitum simpliciter, multa impossibilia accidunt, manifestum est. Temporis enim erit quoddã principium atq; finis. Et magnitudines nõ erunt diuisibiles in magnitudines. Et numerus non erit infinitus. Cùm aũt determinatur sic, ꝙ neutra ex parte uideatur fieri posse: arbitrario iudice est opus. Atq; manifestum est: ꝙ quodãmodo quidẽ est, D quodammodo verò non est. dicitur autẽ ipsum esse aliud quidem potentia, aliud verò actu. Et infinitum est quidem appositione, est etiã & ablatione. magnitudo autẽ ꝙ secundùm actum quidem non sit infinita: dictum est. diuisione autem est. non enim difficile est: tollere indiuiduas lineas. relinquitur igitur potentia esse ipsum infinitum.

Infinitũ quomodo datur. Quæstionis tertiæ & simul quartæ materia.

¶Postquam superiori cap. disputauit Arist. de infinito ad partem potissimum negatiuam, in tribus capitulis sequentibus ueritatem statuere prosequitur. E In hoc. n. 6. per textus sex distributo, manifestat quomodo sit infinitum, quomodo uerò nõ, & in sequẽti diffinit quid sit infinitũ: ac demũ in 8. respondet rationibus aduersariorũ, quibus contendebant infinitum asserere. In hoc ergo tex. 56. ait ex his quę hactenus facta sunt argumẽta manifestum esse nõ esse infinitum in actu: sed nihilominus si penitus infinitũ repellatur, alia uidenẽ inconuenientia subsequi: tria, vel maximè. Primum. Daretur initium, & finis tẽporis: qď apud Aristotelem, & eos omnes qui ponebant mundum perpetuum, erat impossibile. Secundum. In diuisione magni- F tudinis daretur terminus, quod tñ est impossibile: nã quantum non potest diuidi, nisi in partes quantas: & quæcũque pars minima, dummodo sit quanta, erit etiam tũc diuisibilis. Tertiũ ꝙ in numeris esset terminus: cũ tñ numeranti nullus sit terminus, sed cuicunq; numero possit fieri additio. Quocirca arbitrario inquit, iudice opus est, ut. s. aliquo modo ponatur infinitum & aliquo modo negetur. Et hæc est conclusio princeps huius materiæ. Est quidẽ infinitum non in actu, sed tãtum in potentia. Duobus enim inquit modis fit infinitum. s. & appositione, & diuisione: appositione quidem nõ est infinitũ

Cõclusio, qua asseritur dari infinitum in potentia.

A in actu, idest non est dabilis magnitudo: quæ habeat infinitas partes æquales non communicantes: ablatione uerò & diuisione datur infinitum in potentia.i.continuũ est diuisibile in sem per diuisibilia. At verò quia aliqui ex antiquis, ut lib. 1. tex. 30. uisum est: dicebant diuisionem non abire in infinitũ: sed dicebant dũ linea diuidit secundũ lõgitudinem deueniendũ esse ad linulas, quæ propter suã paruitatem essent indiuisibiles. Quã opinioné ferũt fuisse Xenocratis, ait facilè esse illa indiuisibilia tollere.i. per se est manifestũ ex ipsamet diffinitione lineæ, quòd B nulla possit esse simpliciter indiuisibilis. Est enim linea longitudo sine latitudine & profunditate. Sed hæc opinio.6.huius ex professo reprobatur.

Tex. 57. Non oportet autem quod potentia est, accipere quemadmodũ si potest hoc, statua esse, ꝙ & erit hoc statua: sic & infinitũ aliquod, quod erit actu. Sed quoniam multipliciter dicitur esse: quemadmodũ dies est, & certamen, ex eo quia semper aliud & aliud fit, sic & infinitum. Etenim in hoc est & potẽtia & actu esse. Olym- C pia enim sunt: ex eo quia potest certamen fieri & ex eo quia fit. ¶ Aliter autem: & in tẽpore manifestum est ipsum infinitum, & in hominibus & in diuisione magnitudinũ. Omninò enim sic est infinitũ, ut semper, aliud atque aliud accipiatur, & acceptum quidem, semper finitum sit, sed semper alterum atque alterum.

¶ Attamẽ quia esse in potẽtia dupliciter accipitur, explicat in hoc tex. 57. quomodo infinitum sit in potẽtia. Ad cuius euidentiam subnectit tres distinctiones. Prima. Aliquid est in potentia dupliciter, Vno modo, quia potest totum reduci ad actum: quemadmodum æs est in potentia statua, & semen est in potentia animal: quæ quidem potentia reducuntur cõpletè ad actum. D Et isto modo non est possibile infinitũ in potentia, vt possibile sit aliquando esse infinitum in actu. Alio modo dicitur aliquid esse in potentia, quod successiuè potest reduci ad actum, qui nunquã cõpletè habetur. Quemadmodum continuum potest diuidi in duas medietates, & in quatuor quartas: & ita sine termino. Atqui distinctio hæc, ortum habet ex simili distinctione huius quod est, esse. Esse enim contingit dupliciter, uel quia totum est simul secũdum oẽs partes ut homo, & domus, & reliqua permanẽtia alio modo quia est in fieri & successione: quemadmodũ dies & operationes successiuæ, ut E certamẽ Olympicũ. ¶ Octingentis fermè annis antè aduentũ Christi instituti sunt ludi Ioui in Pisa, & Helide prope montem Olympum: quiquidẽ fiebãt à quatuor in quatuor annos. Et inde cœperunt Græci per Olympiadas computare. ut quatuor quiq; anni essent Olympias una. Et quia certamina illa & agones durabãt ꝑ aliquot dies, ponit exemplum Aristo. de illis, tanquam de successiuis rebus. Cùm ergo potẽtia sit ad esse, fit ut potentia ad esse rei permanentis sit potẽtia quæ potest secũdum se tota reduci ad actum: F potentia uerò ad res successiuas non reducitur ad actũ qui totus sit simul, sed cuius semper sit aliud post aliud accipere. ¶ Illic uerò [Aliter autẽ &c.] subiungit secundam differẽtiam. Designat enim tres gradus eorum, quæ successiuè fiunt: in quibus potest inueniri ratio infiniti. Aliter enim (inquit) in tempore est infinitum, & aliter in hominibus, idest in hominum generatione, quæ durat quamdiu durabit tempus. Non enim accipitur hic, homò, ea ratione, qua est ens permanens (in quo multi decipiuntur) quia illo modo nõ põt esse infinitus, sed pro generatione hominũ perpetua, ut patet ex subsequentibus. Et tertiò est infinitum in diuisione magnitudinis. Cõueniunt

Aliquid esse in potentia dupliciter cõtingit, sicuti, & etiam esse.

Olympiades unde initiũ habuere.

Tria successiua.

Nota.

A niunt autem hæc tria,& differũt.Conueniunt(inquit) quia nullum istorum est inanitum in actu, sed in omnib. est aliud post aliud accipere,ita ut semper id quod est acceptũ,est finitũ, & quod restat accipiẽdum,est infinitũ.Si enim accipias diuidere continuum, accipis duas partes diuisas,deinde quatuor,& ita consequenter.ita quòd præteritum semper est finitum, sed infinitum procedit in futurum semper in potentia, quæ nunquàm tota reducitur ad actũ.

Dubitatio. At uerò uidetur ꝙ in tẽpore & in hominum generatione secundùm Arist. id quod est præteritum etiam sit infinitum: nam fuit mundus à parte ante

B infinitus, sicut erit à parte post. Respondetur: mentem Arist. esse ꝙ si alicuius infiniti partes incipiantur numerari, semper illæ quæ sunt numeratæ

Solutio. erunt finitæ:tempus uerò,& series generationum non potuit incipi numerari ab initio,quia nullum habuit initium, sed si nunc incipias numerare dies, vel futuros uel præteritos & pariter homines tunc semper,numerati, sunt finiti, numerandi uerò infiniti.

Tex.58. Amplius ipsum esse multipliciter dicitur. Quare infinitum non oportet accipere sicuti hoc aliquid,ut hominem,aut domum,sed ut dies dicitur & certamen, quibus esse, non ut substantia quædam factum est, sed in generatione semper aut corruptione finitum, sed semper alterum, atque alterum. At in magnitudinibus quidem permanente accepto, hoc accidit. in hominibus autem,& tempore:corruptis, sic ut non deficiant.

C

¶Post cõuenientiam horum trium successiuorum subdit in hoc tex.58. eorum differentiam. Resumit autem prius conclusionem superiorem:uidelicet, quòd infinitum in potentia non est sicut hoc aliquid,idest sicut substantia hæc singularis & permanens, quæ tota potest ad sensum demonstrari, ut homo uel domus:at sicut dies & certamen, quæ nondum completè facta sunt,sed sunt in fieri.Differt tamen inter tempus,& generationes,& diuisionem continui, quia in tempore & generationibus & corruptionibus semper accipitur unum post aliud, priori tamẽ corrupto:fluunt enim dies & generationes,ut una transeunte,alia succedat,quia sunt entia successiua.In diuisione autem cõtinui partes sunt permanentes: nempè illæ quæ continuæ erãt,permanent diuisæ. Et ita per diuisionẽ magnitudinis crescit multitudo.

D

E

Tex.59. Quod autem est secundùm appositionem idem quodammodo est, & quod est secũdùm diuisionem. Nam in eo quòd finitum est: secũdùm appositionem fit èdiuerso. quatenus enim diuisum videtur in infinitum: eatenus appositum uidebitur ad determinatum. In magnitudine enim finita, si accipiens quis determinatam assumat eadem ratione, non eandem aliquam totius magnitudinem ratione accipiens: non pertransibit finitam.sin verò sic augeat rationem, vt semper aliquam eandem accipiat magnitudinem: pertransibit.proptere a quòd OMNE finitum absumitur quouis finito. Aliter igitur non est, sed sic est infinitum. Potentia enim, & in diuisione. Et actu etiam est:sicuti diem esse dicimus,& certamen. Et potentia sic est: ut materia, & non per se,sicut finitum.

F

Omne finitũ pe ablationem finiti consumitur.

¶In tex.59. subsequitur tertia differẽtia:quę est inter infinitũ per diuisionẽ,& infinitũ per appositionẽ:quę ambo sunt in permanentib.Quod est dicere,inter diuisionẽ continui & augmentum numeri:quorum utrunque procedit in infinitũ.Ponit tamen(ut in superiori)cõuenientiã, & deinde differentiam.

A tiam. Ait enim quòd idem est infinitum per appositionem & per diuisionem, conuerso modo. Et enim, ut modò dicebamus, per diuisionem continui crescit numerus. [Quatenus autem (inquit) diuisum uidetur in infinitum, eatenus appositum uidebitur, & determinatum] uerbum hoc est animaduertendum, ut tex. sequenti adnotauimus. Ad cuius intellectum notandum est dupliciter posse fieri finitæ magnitudinis diuisionem. Vno modo seruando partium eandem proportionem. Qua hic appellat eandem rationem, non tamen eandem quantitatē, ut si pedale diuidatur proportione dupla. Secundo modo seruando eandem quantitatem, non autem eandem proportionem. Si autem diuidatur primo modo nunquam potest pertrāsiri magnitudo pedalis: sed abibit in infinitū diuisio. Vt si prius diuidatur in duas medietates: & medietas rursus ī duas: deinde quarta in duas, & ita in infinitum. Si verò diuidatur secundo modo per partes æquales, quantacunque sit illa magnitudo finita, tandem pertransibitur. ut si sit decupedalis & in qualibet diuisione dematur pedale, decem diuisionibus pertransibitur: quia omne finitum per ablationem finiti tandem cōsumitur. Et nota quòd in priori diuisione, seruata eadem proportione, minuitur semper quantitas partium: quia semper accipiuntur minores & minores: in secūda uero, seruata eadem quantitate, proportio quidem totius ad partem quæ demitur, minuitur: nā semper demitur pars in minori ꝓportione: decupedalis enim ad pedale est proportio decupla, sed nouempedalis quātitatis ad pedalem est nonocupla: quæ est minor proportio, & octo ad unum adhuc minor. Nihilominus proportio totius ad residuum semper augetur: nam decem ad nouem est proportio sexquinona: & nouem ad octo, sexquioctaua, quæ est maior proportio: & ita consequenter demendo semper pedale. Et hoc est D quod ait [sic augeat rationem.] Concludit ergo Arist. quòd infinitum, datur solum in potentia, seruata tamen diuisione in eadem proportione: non autem aliter, idest seruata eadem quantitate partium. Vnde quodammodo potest dici infinitum in actu: non secundum se totum, sed sicut dicitur esse in actu, id quod est in fieri: sicuti dies & annus. Est autem in potentia infinitum per similitudinem ad materiam. Vt enim potentia materiæ non potest tota satiari, quia est indifferēs ad quācunque formā, ita neque diuisio continui potest terminari: quando procedit eadem proportione.

Nota

B

C

Et secundum appositionem igitur sic infinitum potentia est: quod idem dicimus quodammodo esse, cum eo quod est secundum diuisionem. Semper enim aliquid ipsius extra est accipere: non tamen excedit omnem determinatam magnitudinem. vt in diuisione, excedit omnem determinatam & erit minor. Vt autem omnem excedat secūdum appositionem neque potentia possibile est esse: siquidem non sit secundum accidens actu infinitum. vt dicunt qui de natura disserunt, id corpus, quod extra mundum est, cuius substantia, aer est, aut aliud quid tale. infinitum. Sed si non possibile est esse infinitum actu corpus sensibile: sic manifestum est, quòd nec potentia utique erit secundum appositionem, nisi (ut dictum est) cōtrario diuisioni modo. Tex. 60.

E

F

¶In tex. 60. subiungit differentiam inter infinitum per diuisionem, & per appositionem. Ait nanque infinitum per appositionem eodem modo esse, non in actu, sed in potentia: nam similiter

liter

A liter apponũtur numero partes minores & minores, ut diuiduntur à quantitate. Vnde ſicut quacunq; parte diuiſa à magnitudine, ad huc pōt alia minor diuidi in eadem proportione, ita quacunque addita alicui magnitudini poteſt addi alia minor in eadē proportione. Eſt tamen differentia ꝙ via diuiſionis exceditur minus quæcũq; quantitas: uia autem appoſitionis non poteſt in maius excedi quæcunque. Sit. n. pedale quod debet diminui per diuiſionem proportione. v. g. dupla: tunc quacunq; quantitate quantũcunq; minima ſignata dabitur minor in tali diB uiſione. ut notum eſt. Si tamen per diuiſionem unius quantitatis: debet alia creſcere, tale augmentum nō excedet quancunq; quãtitatem: immo dabitur quantitas minima ad quam non perueniet. ſed ad quamlibet citra illã. Exempli gratia. Dētur duo pedalia. a. & . b. vt per diuiſionem. a. debeat creſcere. b. tunc bipedale erit minima quantitas ad quam. b. non perueniet. Nam in prima diuiſione aufertur medietas. a. & additur. b. & in ſecunda aufertur una quarta, & additur. b. & ita conſequenter proportione ſubdupla. Nunquam ergo b. perueniet ad bipedalem quantitatem, ſed ad quamlibet citrà illã. Et C idem omninò cõtingit in quauis quantitate ſumantur illa duo, ut ſi quodlibet ſit centum, aut mille pedũ, quantitas amborũ ſimul erit minima ad quã nunquam peruenit augmentum, ſi per unius diuiſionem augeatur alterum. ¶Infert igitur Phil. ꝙ ſi nunquam per appoſitionem poteſt dari infinitum in actu, fit ut neq; hoc modo poſſit dari infinitum in potentia. puta ꝙ ſecũdùm ſe totum reducatur ad actũ: quemadmodum æs, quod prius eſt in potentia ſtatua, poſtea eſt in actu ſtatua. Vnde falſum eſt, quod naturales illi philoſophi dicebant: qui ponebant infinitum modo naturali, ſcilicet de per accidēs ratione quantitatis in ſubſtantia ſenſibili. dicentes quòd extra cœlum (nam intra capi non poterat) erat infinitus D aer, aut alia quæuis ſubſtantia. Probat autem conſequentiam, ſcilicet quòd ſi non ſit ens infinitum in actu, non poterit dari infinitum per appoſitionem: nam infinitum per appoſitionem fieri non poteſt: niſi addendo ſemper partes æquales. At verò partes æquales diuidi non poſſunt, niſi ab eo, quod eſt infinitum in actu.

Quoniam & Plato ob hoc duo infinita fecit: ꝙ & in auctione videtur Tex. 61. excedere, atq; in infinitũ abire etiam in diuiſione. Cùm tamē fecerit duo: non vtitur duobus, neq; enim nume E ris ſecundùm diuiſionem, infinitum exiſtit (unitas enim minimum eſt) neque in auctione. vſque enim ad denarium facit numerum.

¶At quia poſſet quis dicere, ꝙ quãquam non detur infinitum in actu ſecundum naturaliter loquentes. i. in rebus ſenſibilib. de per accidens ratione quantitatis, nihilominus ſecũdùm Platonem poſſe dari infinitum, ait in hoc tex. 61. & poſttemò huius capitis, ꝙ Plato quãquam utebatur noīe infiniti, nō tamē utebatur re infinita tanquàm F principio materiali. Vbi notãdũ quòd Platonis magnũ & paruum. Plato, licet differebat ab alijs in principio formali, quod ponebat ideã cuiuſcunq; ſpeciei infinitam quodãmodo in uirtute, ut potē cuius participatione fieri poſſent infinita indiuidua, tamē in principio materiali quodammodo cõueniebat cum Pythagoricis: appellans illud, numerũ: ſeu magnum & paruum, quia enim generationes, & corruptiones uariantur per potētiam materiæ, generatio uerò fit per augmentum & quaſi per appoſitionē, corruptio uerò per diminutionē, & quodammodo per diuiſionem, principia materialia appellabat metaphoricē (vt ait Themiſt.) magnum & paruum. Et quia potētia materiæ de ſe eſt indeterminata ad infinitas formas, & quam-

A cunque quãtitatem, vtrumq; hoc principium appellabat infinitum. vt supra tex. 26. dixit Arist. in quo differebat à Pythagora, qui ponebat unum principium infinitum, quod appellabat par: & aliud finitum, quod appellabat impar. Plato igitur posset ab aliquo censeri ponere infinitum in actu, tam per diuisionem, quàm per cõpositionem. Ait uerò Aristo. quòd solùm ponebat infinitum in potentia ex parte materiæ: nã in actu non ponebat infinitum, scilicet in specie quoniam principia rerum etiam appellabat numeros: si-
B cut Pythagoras, & tamen in numeris per diuisionem uenitur ad unitatem, quæ in ratione quantitatis discretæ est indiuisibilis, & per appositionem tantùm ponebat 10. unitates differentes specie: nam super numerũ denarium non fit augmentum, quasi per additionem nouarum specierum, sed per repetitionem præcedentium unitatum.

¶ *Subsequitur illico cap. 7.*

QVIDNAM SIT INfinitum.

CAP. VII.

Tex. 62. Cccdit autem, contra esse infinitum: quàm ut di-
C cunt. Non enim cuius est nihil extra, sed cuius semper aliquid extra est: hoc infinitum est. Signum autem est. nam annulos infinitos dicunt, non habentes palàm: quoniam semper aliquid extra est accipere, secundùm similitudinẽ quidem quandam dicentes, non tamen propriè. oportet enim, & hoc esse, & nũquam idem accipi. in circulo autem non fit sic. sed semper quod est consequenter: solùm alterum.

¶ Habito in superiori capite quonammodo sit infinitum, nempè nõ in actu, sed in potentia: in hoc septimo, quod nouem textus amplectitur, colligit ueram diffinitionem infiniti. Ait ergo in hoc tex. 62. ꝙ infinitum contrario modo diffiniri debet, quam ꝗdam suorum prædecessorum diffiniebant. Quippè qui diffinitionem assignabant negatiuè: dicẽtes infinitum esse id extra quod nihil est assumere: secundùm quam diffinitionem uniuersus mũdus esset infinitus. Potius ergo construenda est diffinitio affirmatiuæ, ut infinitum sit illud cuius secundùm quantitatem accipiẽtibus partes, semper extra quamlibet partem aliam sit accipere. Quod explicat exemplo annuli. Is D
nanque dicitur infinitus, non in re, sed per similitudinem. Fertur enim annulus esse infinitus, propterea quia ratione figuræ nõ est signabilis pars ultima secundùm longitudinem lineæ, sed quacunque data, extra illam sequitur alia continua. Ex eo tamen deficit, à ratione perfecti infiniti, quia pars quæ sumitur proxima præcedenti, non est semper alia ab omnibus prius sumptis: nam si attramẽto signes unum punctum in annulo, unde incipias, cum iterum uenias ad idem punctum necesse est, si procedas, resumere partes prius sumptas. E

F

Infinitum igitur, idest cuius secundùm quantitatem accipientibus, semper aliquid accipere extra est. Cuius autẽ nihil est extra, idest perfectum & totum: sic enim diffinimus totum: cuius nihil abest. vt hominẽ totum, aut arculam, vt autem diffinimus singulare: sic & quod propriè est, vt totum, cuius nihil est extra. cuius autem absentia est extra: non omne est, quicquid abest. Tex. 63. Infiniti diffinitio.

¶ Ex hoc ergo exemplo colligit tex. 63. exactam diffinitionem infiniti: dicens. Infinitum esse id cuius secũdùm quantitatem accipientibus semper datur aliquid accipere extra. i. quotcunque & quantiscunque partibus secundum Totius diffinitio

dum

A dum quantitatem enumeratis, adhuc datur alia pars, non solùm præter illam cui proximè annumerat, sed præter omnes enumeratas. Diffinitio hęc generaliter competit infinito tàm in actu, quàm in potentia, magnitudine, & multitudine. ¶Illa uerò (inquit) diffinitio propter negationem quam illi assignant infinito, potius cõpetit toto. Totum enim est cuius nihil deest: eorum. s. quæ ad eius naturam & perfectionem pertinẽt. vt totus homo tota domus. Et quemadmodum diffinimus totum singulare. s. hoc aut illud quod est pars uniuersi, proportionali ratione diffinimus totum uniuersum.
B Est enim uniuersum ille rerum ordo extra quem nihil est: uel cui nihil deest ad completam rationem. Cuius autem absentia est extrà, id est, cuius aliqua pars deest, non est totum. vt domus sine tecto non esset domus: & homo sine manu, quamuis esset simpliciter homo, non esset tamen perfectus homo.

Tex.64. Totum autem & perfectum aut idẽ penitus, aut proxima natura sunt. Perfectum autem nihil non habens finem. Finis autem: terminus est. Quapropter meliùs existimandum est, Parmenidem Melisso dixisse. Hic
C enim infinitum totum dicit. Ille autem totum terminatum esse, ex æ-
Prouerb. quo à medio distans. NON enim linum lino est continuare, uniuerso ac toti infinitum.

¶In text. 64. ex dictis diffinitionibus elidit opinionem ponentium infinitum: dicens, quòd infinitum si esset, non esset totum: & per consequens neque ens. Quod ostendit hoc syllogismo. Totum, & perfectum, aut sunt penitus idem, aut simillima & proxima ex natura sua: sed infinitum non esset perfectum: ergo non esset totum: totum uerò, & ens idem sunt: ergo esset non ens. Ait in maiori D quòd, aut sunt idem, aut proxima, vel (quemadmodum exponit S. Thom.) quia perfectum superius est quàm totum: Angelus enim est perfectus in sua natura & specie. Et tamen propriè non est totum: quia totum dicitur per respectum ad partes: quas angelus non habet. Vel (quemadmodum ait Themist.) licèt idem corpus sit totum & perfectum, dicitur tamen totum respectu partium, idest cui nulla eius pars deest: perfectum autem respectu finis: ut illud sit perfectum, quod peruenit ad finem & completam perfectionem. Quare puer diceretur totus homo: non tamen perfectus homo. Et hinc patet E probatio minoris. Infinitum enim quia nõ haberet finem, non esset perfectum: & per consequens non esset totum: nam perfectum secundum vtranque expositionem superius est quàm totum. ¶Infert hinc corollarium quòd melius existimãdum est dixisse Parmenidem quàm Melissum. Enimuerò ut lib. 1. super text. 25. adnotauimus, licet Parme. & Meliss. in hoc Parme. & Meliss. conuenirent, quòd ponerent omnia esse unum: differebant tamen quòd Meliss. ponebat illud esse infinitum. Parme. verò aiebat uniuersum esse finitum & circulare: cui assignabat F medium, unde superficies ultima æqui distaret: quemadmodum pericheria circuli æque undique distat à centro. Et propterea dicebat esse immobile, quòd partes quasi in æquilibrio se inuicem sustinerent. Meliss. uerò dicens uniuersum esse quidem totum, & esse quoque infinitum, pugnantia dicebat. Si enim erat infinitum, non habebat finem, & per consequens, nec erat perfectum: nec totum. ¶Erat autem prouerbium apud Græcos, linum lino nectere, quod (quicquid Erasm. dicat) ex hoc loco manifeste colligitur in eos conuenire qui cohærentia & conuenientia dicunt,

A dicunt, neque suis uerbis repugnant. Ait enim, quòd dicere uniuersum esse totum, & esse infinitum, nõ est linum lino continuare, idest consona dicere: sed potius repugnantia. Ratio Adagij erat, quia linum optimè continuatur cum lino, aut cum ex eo filium ducitur, aut cum modo connectitur, aut fortè cum texitur.

Adagij ratio.

Tex. 66.

Quoniam hinc quidem hanc de infinito dignitatem accipiunt: omnia scilicet continere & totum ipsum in seipso habere. propterea quòd habet quandam similitudinem cum toto. Est enim infinitum: perfectionis magnitudinis materia, & potentia totum, actu uerò non. Diuisibile autem est: & ad diuisionem, & ad oppositam appositionem. Totum autem, & finitum: non secundùm se, sed secundùm aliud, & non continet, sed continetur quatenus infinitum est.

B

¶In tex. 65. prodit Arist. apertius antiquorum errorem. Textus est apud interpretes subobscurus: uidetur tamé eius expositio ita habere. Nempe quod cum diffinirent infinitum negatiuè: dicentes, infinitum esse cuius extra nihil est accipere (quæ quidem diffinitio potius toti, quàm infinito conuenit) proprietates eas, & conditiones quæ conueniunt toti & uniuerso, attribuebant infinito. Applicabant enim infinito illam dignitatem quæ est omnia continere, & totum ipsum, idest uniuersum in seipso habere & complecti: propter similitudinem (inquit) quam infinitum habet cum toto, cui illæ conueniunt proprietates. Nam sicuti totum complectitur in se omnes suas partes, ita infinitum habet suas. Horum autem opinionem refellit Aristoteles tali ratione. Id quod se habet ut totum solùm in potentia & non in actu, non continet alia, sed potius cõ-

C

D tinetur: infinitum est totum non in actu, sed in potentia: ergo non continet, sed potius continetur. Maior patet ratione, quia cõtinere dicit actũ, & contineri dicit potentiam, & præterea liquet exemplo: totum enim quia est ens actu per se subsistens continet partes, quæ sunt entia in potentia, eo quòd non per se subsistunt. Et eadem ratione, quia materia est ens in potentia ad formam, forma continet materiam actuando illam. Minorem uerò probat hoc modo per similitudinem ad materiam, quæ est ens in potentia ad formam. Ratio infiniti consistit in hoc, ut ex supradictis patet, quòd diuisio unius quanti, & appositio ad aliud quantum nõ habeat terminum: sed semper quacunque unius & appositione ad aliud facta, possit noua fieri. Et per consequens ratio infiniti est sicut infinita potétia materiæ, quæ consistit in hoc, quòd quacunque forma informetur, semper est in potentia ad aliam. Ob idque ratio infiniti non consistit in hoc, quod est actu trásactum, sed in illo quod restat futurũ faciendum. Et ideo potius est ratio potentiæ ad futurum, quàm actus. Et hoc est quod ait infinitum esse materiã perfectionis magnitudinis, idest infinitum est in potentia ad perfectam & absolutam diuisionem. sicut materia est in potentia ad formam, idest sicut ratio infinitæ potentiæ materiæ consistit in hoc, quod nunquam finiatur per aliquam formam, ita ratio infiniti consistit in hoc, quod nunquam perficiatur diuisio magnitudinis: & per consequens infinitum dicit quid imperfectum. Fit ergo ut ratio infiniti sit ratio totius, non in actu, sed in potentia: & per consequens infinito non conuenit continere, sed contineri. ¶Concludit ergo, quòd infinitum inquantum infinitum non terminat, nec continet: sed alia est ratio infiniti, & alia continentis & totius. Est enim aliquid infinitum, propterea quòd ali-

E

F

A quid est in infinitum diuisibile, & per diuisionē unius fit appositio ad aliud: est autem totum & finitum: non secúdùm se, idest quatenus infinitum, sed secundùm aliud, idest secúdùm quod unitur per unam formam. Exempli gratia. Vnum pedale est infinitum in potentia ea ratione qua est diuisibile in semper diuisibilia, & quæ ad hoc diuiduntur, & apponuntur alteri in infinitum procedendo certa proportione, ut supra dictum est: est tamen totum & finitum inquātum partes sunt unitæ per unam formam, qua totum est unum suppositum. Ex his ergo cōcludit contra illos, quòd infinitū quatenus infinitum potius continetur: B quàm continet: quia illud pedale est infinitum quatenus habet partes infinitas, quæ continentur in toto.

Tex. 66. Quocirca ignotum est: quatenus est infinitum: speciem enim non habet materia. ¶ Quare manifestum est, quòd magis in partis ratione infinitum sit, quā in totius. Pars enim materia totius est. Sicut æs Aeneæ statuæ. ¶ Quoniam si continet in sensibilibus: & in intelligibilibus ipsum magnum & paruum, oportebat continere intelligibilia. Inconueniēs autem & imposibile est ignotum, & C indeterminatum continere, & determinare.

Infinitum non est cognoscibile ¶ In tex. 66. elicit ex dictis corollaria tria. Primum, quòd infinitum inquātum infinitum, est ignotum quod lib. 1. tex. 35. prius dixerat. Ratio est quia cū obiectum intellectus sit ens, nihil cognoscitur nisi sub ratione entis, sicut nihil uidetur, nisi sub ratione colorati. Ob idque nihil cognoscitur ratione materiæ, quæ est ens in potentia, sed ratione formæ quæ dat esse & speciem rei: nam neque chimeram ipsam cognoscere possumus, nisi fingēdo compositum ex partibus animalium aliquarum specierum. Cum D ergo infinitum habeat rationem materiæ, ut explicatum est: quia inquātum infinitum, est in potentia quę nunquā terminatur, fit ut inquantum infinitū non sit cognoscibile. Si enim lignum esset infinitum, cognosceretur quidē per eius diffinitionem ratio ligni: non tamen cognosceretur quantum esset. ¶ Secundum corollarium. Infinitum habet potius rationem partis, quam rationem totius. In quo contradicit illis qui eadem diffinitione diffiniebāt infinitum, qua totum. Probat eadem ratione, quia infinitum inquantum infinitum habet rationem potentię & materiæ: materia uerò habet rationē E partis, quæ habet esse per formam. Et exemplo id potest explicari, ut supra dicebamus: pedale namque habet rationem infiniti propter diuisionem in partes, quæ finiri non potest. Vnde in tali diuisione, cum partes quæ sunt actu per se separatæ tanquam entia totalia subsistentes, fiunt finitæ: partes autem diuidendæ sint entia in potentia, & non totalia, sed partialia fit, ut infinitum semper habeat rationem partis. Est reuera arguta ratio. ¶ Tertium corollarium peculiariter infertur aduersus Platonem. Plato enim ponebat infinitum ex parte materiæ, magnum & paruum, ut tex. 61. explicatū est: ex parte uerò formæ, puta ideæ, F ponebat infinitum in uirtute. Ait ergo, quòd malè Plato ponebat infinitum ex parte materiæ, & simul dicebat infinitum omnia continere: nam tunc illud infinitum materiale contineret suo modo etiam ideas, quæ sunt entia intelligibilia: sicut idea etiam in genere causæ formalis contineret ista materialia. Quòd autem infinitum materiale contineat intelligibilia, est impossibile. Infinitū enim dicit quid indeterminatum, & ignotum: intelligibilia uerò sunt de se determinatissima, quæ nihil habent ad mixtum de potentia: & per cōsequens suaptè natura

Infinitum ut pars.

Plato.

A tura notissima. Et est animaduertenda uis rationis huius: nam secundùm Aristot. principium materiale nullatenus continet formam, quia solùm est ens in potentia: Plato uerò ponebat magnum & paruum infinitũ in actu.

Tex. 67. Secundùm rationem autem accidit, ut & quod & secundùm appositionem, non esse uideatur infinitum sic, ut omnem excedat magnitudinem: in diuisione autem esse: continetur enim, sicut materia, intus & infinitum. continet autem species.

B

¶In tex. 67. constituta, expositaque diffinitione infiniti, prosequitur inde colligere conditiones & proprietates infiniti. Et sunt istæ quæ sequuntur optimæ sanæ considerationes. Atqui primo reddit rationem illius theorematis, quod tex. 59. protulerat: nempè ꝙ infinitum secundum appositionem nõ excedit crescendo quancumque magnitudinem, infinitum autem secundum diuisionem excedit decrescendo quamcunque paruitatem, at enim rationem huius esse, quòd infinitum in diuisione continetur intus tanquã materia: infinitum autem per appositio-

C nem apponitur exterius tanquam à forma. Vbi meminisse oportet, quòd ut lib. 2. super tex. 31. adnotauimus, totum respectu artium se habet ut forma, & partes respectu totius, ut materia: eo quòd forma est quæ dat esse, & partes existunt in toto. Cum ergo corpus quantum diuiditur in suas partes, proceditur à toto ad partes: nam terminus à quo diuisionis est totum, & terminus ad quem, partes separatę: ideoq; processus est materialis: atq; adeo partes quæ diuiduntur, continẽtur intus tanquam materia diuisionis. Et cum de ratione materiæ sit potentia interminabilis, quacunque facta diuisione, restat pars diuisibilis: & per consequens nõ dabitur minima pars, D quin illa sit diuisibilis in toto: nã per se bene datur minima, quæ potest per se subsistere, uel maxima quæ non. ut lib. 1. quæst. 4. dictum est. Quando uerò infinitum crescit per appositionẽ, est contrarius processus à partibus cõponentibus ad totum compositũ: qui quidem processus habet similitudinẽ cum processu à materia ad formam. Vnde sicuti forma extrinsecus aduemiens constitueus materiam in certa specie, terminatur ad maximam quantitatem illius speciei, ita cum unum quantum augetur per diuisionem alterius, non exceditur in tali augmento quæcunque quantitas, sed terminabi- E tur ad quantitatem compositam ex quantitate quę profuerat in illo quod augetur, & ex quantitate per cuius diuisionem augetur, ut si pedale augetur per diuisionem alterius pedalis, terminabitur augmentum extrinsecè ad bipedale. Itaque nunquam ueniet ad bipedalem quantitatem, sed ad quamlibet citra illam.

Tex. 68. Rationabiliter autem & hoc, in numero quidem esse uersus minimum terminum: uersus autem plura, semper omnem excedere multitudinem. In magnitudinibus uerò è contrario. Versus enim minus omnem excedere magnitudinem: F sed uersus maius, non esse magnitudinem infinitam. Causa enim est: quoniam unũ est indiuisibile, quodcunque unum sit, ut homo: unus homo, & non multi. Numerus autem est una plura, & quanta quædam. Quare necesse est stare ad indiuisibile. duo namque, & tria denominatiua sunt nomina. Similiter autem, & aliorum numerorum unusquisque. Versus autem plus, semper est intelligere. Infinitæ enim sunt bipartitiones magnitudinis. Quare potentia

Differt inter magnitudinem, & numerum.

A tentia quid est: actu autem non est: sed semper excedit exceptum omnē determinatam multitudinem. At non separabilis est numerus hic bipartitionis, neque manet infinitas, sed fit, sicut & tempus, & numerus temporis.

Cōclusio. ¶In text. 68. manifestat quomodo in hac parte differat inter quātitatem cōtinuam, & quantitatem discretam. Vbi hanc ponit conclusionem. In numeri uersus minimum datur terminus, non tamen uersus maximum: in magnitudinibus uerò è contrario uersus minimum non datur terminus, da B tur tamen uersus maximum. Cuius ratio (inquit) est: quoniam principiū numerorum est unitas, quæ quidem est indiuisibilis, ut habetur. 5. metaph. tex. 12. Dub. Sed dicet quispiam fortè contradictionem esse, quòd in diuisione continui non detur minima pars: & tamen in numeris detur unitas indiuisibilis: nam unitas idem est, quod res una, quæcunque autem res una Solutio. quanta est diuisibilis. Respondetur autem, quòd licèt nulla sit unitas, quæ in ratione quantitatis continuæ sit diuisibilis in partes, tamen in ratione quātitatis discretæ, & numeri utimur unitate tanquam aliquo indiuisibili, C unde incipimus numerare: sicut puncto indiuisibili utimur, ut principio quantitatis continuæ. Et notato exemplum Aristo. Vt enim homo, licet quatenus corpus quantum sit diuisibilis, tamen in ratione hominis non est diuisibilis in plures homines: quia perfectio hominis cōsistit in indiuisibili. Ita ergo unitas in ratione numeri est indiuisibilis. [Cum autem numerus (inquit) sit una plura quædam.] Boetius uertit, uno plura, sed neque ita est græce, nec mens sic explicatur Aristot. quippe qui intelligit, quòd numerus est unitates plures (accipitur enim concretum, una, pro abstracto, unitates) Vnde duo (inquit) & tria sunt denominatiua à duabus & tribus unitatibus. Quocirca. 5. metaph. tex. 19. ait D quòd senarius non est bis tria: sed semel sex. Non enim denominatur à ternario multiplicato: sicuti species humana non est species equina duplicata. Et ideo in numeri diuisione sistere necesse est in unitate indiuisibili. At uerò uersus augmentū non datur maximus numerus. Ratio est, quia numerus crescit ex diuisione continui: unde cum continuum sit diuisibile in semper diuisibilia, numerus itidem augetur in infinitum. Occurrit autem tacitæ obiectioni, qua quis possit obiicere, quòd sequitur inde dari infinitum: E cui respondet, ꝙ non conceditur numerus infinitus in actu, sed solū in potentia: sicuti nec cōtinuum potest esse actu diuisibile in omnem suam partē: sed solum est diuisibile in infinitū potentia. Vbi notat, ꝙ partes unitæ non faciunt numerum quoadusq; sint partes separatæ. Negat ergo hic Arist. infinitum numerum. i. infinitam multitudinem rerum actu separatum. Et hoc est quod ait, ꝙ numerus hic bipartitionis nunquam actu est infinitus: sed fit infinitus sicut tempus, quod quidem nunquam est actu infinitum: sed est in fieri. Bipartitionem appellat diuisionē continui in duas medietates, & alterius medietatis in duas, & quartæ par F tis in duas, & ita semper proportione dupla, quæ quidem diuisio procedit in infinitum.

Tex. 69. In magnitudinibus autem contrarium est: etenim diuiditur in infinita continuum. Versus autem maius non est infinitum, quantùm enim cō tingit potentia esse, & actu contingit tantùm esse. Quare, cùm infinita nulla sit magnitudo sensibilis, non contingit excessum esse omnis determinatæ magnitudinis. esset enim aliquid cœlo maius.

¶In

A ¶In tex.69.declarat contrarium in magnitudinibus usu uenire. Cũ enim uersus minimum per diuisionem nullus sit terminus, ait, quòd uersus maximum augendo est terminus. Et ratio est illa quæ iam supra dicta est: quia cum aliquid augetur, est processus à partibus ad totum, totum autẽ physicum cuiuscunque speciei sit, determinat sibi certam quantitatem, & quãuis etiam determinet minimam, illud habet uerum de quantitate per se subsistente: sed in toto nulla est tam minima, quæ non sit rursus diuisibilis. Ait ergo, quòd cum nulla sit magnitudo actu infinita per cuius diuisionem, &
B appositionem ad alteram possit fieri infinitum (quia nulla in rebus sensibilibus potest esse maior cœlo) fit ut neque in potentia possit esse huiusmodi infinitum taliter, ut sit reducibilis ad actum. Commentator assignat rationem cur numerus crescit in infinitũ: magnitudo uerò minimè. Ait enim rationem esse: quia augmentum numerorum fit per appositionem nouarum specierum: nam omnes numeri differunt specie: augmẽtum uerò magnitudinis fit in eadem specie. ut augetur lignum in eadem specie, & homo in eadem specie &c. & cum quælibet forma determinet certam quantitatem, fit ut cuiuslibet augmenti detur terminus. At uerò ratio hæc, licet satisfaciat de augmento propriè dicto naturali animalium, non tamen satisfacit de augmento impropriè dicto, quod posset fieri per additionem quãtitatis ad quantitatem, sicut aqua, uel aer, uel ignis possit in infinitum crescere, quod quidem augmentum etiã fieret per additionem nouarũ specierum in genere quantitatis, sicut in numeris, puta per bicubitum tricubitũ, &c. Et ideo ratio Aristot. non procedit hoc modo, nisi quòd cum augmẽtum fiat per appositionem partium, quæ diuiduntur ab alio, & quantitas quæ diuiditur non potest esse actu infinita, fit ut neque augmentum possit fieri in infinitum. D

Tex. 70. Infinitum autem non est idem in motu, & magnitudine, & tempore: tanquam & una quædam natura. sed posterius dicitur secundùm prius, ut motus quidem: quia prius magnitudo in qua mouetur, aut alteratur, aut augmentatur. tempus autem propter motum. Nunc igitur utimur his: posterius autem tentabimus dicere, & quid est unumquodque, & propter quid omnis magnitudo sit in magnitudines diuisibilis.

E ¶In tex.70. & postremo huius capitis, quia posuerat plures species infinitorum in potentia, puta generationes, tempus, & magnitudines, ne aliquis crederet, quòd infinitum se habet ad illas species sicut genus uniuocum, dicens aliquam certam naturam infinitatis, ait, quòd infinitum non dicitur ęquè primò de his tribus. Nomine motus intelligit generationes & alterationes quæ perpetuæ fiũt, quarum motus perpetuus cœlorum est causa, tempus enim (inquit) est infinitum ratione motus infiniti cęlorum, tempus namque est mensura motus, ut uidebimus in 4. motus autem est finitus, uel F infinitus ratione magnitudinis, quæ mouetur. motus enim augmenti animalis est secundùm naturam subiecti finitus usque ad terminum præfinitũ à forma naturali. Motus autem cœli est infinitus (secundùm Arist.) ratione subiecti, quod est circulare & perpetuum, & ideo partes sunt in continua successione loci: magnitudo autẽ est infinita modo exposito in potentia diuisionis ex natura ipsius magnitudinis. Itaque tempus est infinitum ratione motus: motus autem ratione magnitudinis: magnitudo uerò per se ratione quantitatis. Est enim de intrinseca ratione quantitatis habere in

se, &

A se, & facere in substantia partem extra partem. Addit autem, quòd nunc utimur his infinitis, gratia exẽpli: sed postea in 4. uidebitur an tempus sit infinitum, & in 5. utrum magnitudo sit infinita, & per consequens motus.

QVO' RESPONDETVR rationibus infiniti.

CAP. VIII.

Tex. 71. ON remouet autem ratio mathematicos à contemplatione: auferens sic esse infinitum, ut actu sit uersus augmẽtum intransibile. neque enim nunc indigent infinito, neque utuntur: sed solùm esse quantamcunque uelint, finitam. Maximè autem magnitudini secundùm eandem est secari rationem: quantamcunque magnitudinem alteram. Quare ad demonstrandum quidem ille modo nihil differet. esse autem in existentibus erit magnitudinibus. B

¶ In octauo & ultimo capite huius libri, quod quinque tex. habet, respondetur rationibus, quibus ueteres sibi persuadebant esse infinitum. Atqui C primùm omnium in hoc tex. 71. ait, quod ratio hæc supradicta qua negatũ est infinitum esse in actu non obstat cõtemplationi mathematicorum: mathematici nanque supponunt in suis demonstrationibus lineas quantæcunque magnitudinis, nunc pedales, nunc centupedales, & in quacunque alia libitum est quantitate, atque adeo uidentur infinitum asserere. Respondet Aristot. quod mathematici non utuntur linea infinita: sed finita quacunque opus est, & quantacunque ipsi fingant, diuidere etiam fictè possunt: esse uerò nequit maior, quàm maxima linea quæ in ueritate est in sensibilibus, qualis est diameter mundi, puta linea recta trãsiens à conuexo primi cœli per centrum D mundi, usque ad idem conuexum è regione. Quòd si aliquando fingant maiorem procedentem extra mundum: quia illi non loquuntur de lineis, ut sunt in materia sensibili: sed abstrahendo à materia, fingunt lineas quæ non sunt, ac si essent. Et ideo ait, quòd quantum pertinet ad demonstrationes nihil refert lineas, quas fingunt mathematici esse, uel non esse: sed quantum ad rem physicam multum refert, an sit aliquod corpus infinitum, nec nè.

Quoniam autem causæ diuisæ sunt quadrifariam: manifestum est, quòd ut materia infinitum causa est, & quòd esse quidem ipsius priuatio est. per se autem subiectum continuum ipsum & sensibile est. Videntur autem & omnes alij tanquam materia, utentes infinito. Quocirca & inconueniens est: continens facere ipsum, & non contentum. Tex. 72. E

¶ In tex. 72. quia supra tex. 30. cõsenserat cum antiquis infinitum, si sit, quomodocunque sit, habere rationẽ principij: & ipse posuerat quodammodo infinitum, puta in potentia, cõcludit, quòd inter quatuor genera causarum infinitum solum habet rationem causæ materialis, ut expositũ est. Ratio enim infiniti habetur ex diuisibilitate continui in partes quæ se habent ut causæ materiales. Et in hoc (inquit) etiam ueteres consenserunt ponentes infinitum ut causam materialem. In hoc autem sibi repugnarũt dicentes infinitum continere omnia: cùm materiæ conditio potius sit contineri, quàm continere. F

Reliquum est autem aggredi: secundùm quas rationes infinitum esse uidetur, non solum potentia, sed ut Tex 73.

A ut determinatum. Alia enim ipsorum non necessaria sunt: alia autem habent alias quasdam ueras obiectiones. Neque enim, ut generatio non deficiat: necessarium est actu infinitum esse corpus sensibile. contingit enim, alterius corruptionem generationem alterius esse: cum omne finitum sit.

¶ In tex. 73. tandem aggreditur respondere rationibus antiquorum, quibus contendebant possibile esse infinitum in actu. Quarum aliæ quidem nõ sunt necessariæ, idest nihil concludũt:
B aliæ uerò habent quodammodo ueritatem. Sunt autem rationes quinque quæ positæ sunt tex. 31. Atqui prima, quæ illic erat & tertia: sumebatur ex perpetua serie generationis quæ in infinitum procedit, si modò admittatur mundum esse perpetuum, ut erat in eorum opinione. Quapropter ponebant infinitum principium materiale extra cœlum, unde per quædam formalia putabant materiam generationum deriuari: sicut mulier cum net ex penso deducit filum. Respondet ueruntamen Aristot. propter necessitatem generationum non opus esse infinita materia in actu: nam cùm genera-
C tio unius sit corruptio alterius, eandem materiã unde exit una forma, intrat alia: ad quod proinde sufficit infinita potentia materiæ. Si uerò id quod generatur esset perpetuum, non possent in infinitum durare generationes sine infinita materia. Vnde cum animæ sint perpetuæ, sumitur magnũ argumentum, quòd si mundus fuerit ab æterno, sint infinitæ, ut quæstio. 4. disputabimus.

Tex. 74. Amplius tangere, & finitum esse, alterum est illud enim ad aliquid est, & alicuius (tangit enim omne aliquid) & finitorum alicui accidit. Finitum autem non ad aliquid est. Neque tangere, cuiusuis quod uis est. D

¶ Secunda ratio quæ illic erat quarta, sumebatur ex serie & ordine partium uniuersi. Arguebant enim, ꝙ si aqua est finita, necesse est terminari per aerem, & aerem per ignem: & ita ascendendo in infinitum multitudine: aut saltem deueniendo ad aliquod infinitum magnitudine, quod non terminetur per aliud. Respondet autem tex. 74. non ualere consequentiam, si aliquid est infinitum, illud tãgit aliud per quod extrinsecè terminatur: quia tãgere dicit respectum, & relationem ad aliud quod tangitur: esse autem finitum nullam dicit relationem ad ex- E trinsecum: sed solùm ad terminum intrinsecum, & ideo accidit alicui finito, quòd tangat aliud circunstans, ut aer tangit ignem, & ignis cœlum. Supremum autem cœlum potest esse finitum, absque eo quod tangat aliud superius circunstans.

Intellectione autem credere in- Tex. 75. conueniens est: non enim in re super abundantia & defectus est, sed in intellectione. Vnumquemque enim nostrum intelliget utiq; aliquis multò maiorem seipso augmentans in infinitum. Sed non propter id, ex- F tra urbem quispiam est, extra ve tantillam magnitudinem quã habemus, quoniam intelligit aliquis: sed quoniam est. hoc autem accidit. Tempus autem, & motus infinita sunt, & intellectio: nõ permanente accepto. Magnitudo autem neque diuisione, neque intelligibili augmentatione est infinita. Sed de infinito quidem quo modo est, & quomodo non est, & quid est: dictum est.

¶ In tex. 75. & postremo respondet aliis rationibus unde ad tertiam, quæ illic

A illic erat quinta, uidelicet, quòd si intellectus supra quemlibet numerum potest intelligere alium, & supra quod libet corpus adhuc aliud, cōsequi subinde ut ita sit in rebus, negat consequentiam: intellectus enim ut supra dicebamus: quia est immaterialis, intelligens res abstrahendo à materia, potest multo plura intelligere, quàm sint in rei ueritate. Potest enim quis intelligere hominem maiorem toto cœlo, qui tamen naturaliter non est possibilis. Ad aliam rationem quæ illic erat prima de tempore & motu respondet, quòd solùm probatur motus & tempus esse infinitum in poten B tia, quæ reducitur ad actum, non simul: sed successiuè. Intellectus enim D est qui apprehendit continuitatem tēporis & motus per ordinem prioris, & posterioris: attamē in re nunquam erit tempus nec motus infinitum in actu: sed cum aduenit una pars, alia iā transacta est, & non permanent simul. ¶Ad quintam rationem quæ illic erat secunda de magnitudine, iam responsum est, quòd magnitudo licet sit diuisibilis in potentia in infinitum, tamen nunquam potest esse ut actu sint factæ omnes diuisiones.

¶*Sequitur quæstiones tertia & quarta.* E

FINIS TERTII LIBRI.

DOMINICI SOTO
SEGOBIENSIS,

C Theologi, ord. Prædicatorum, super Quartum Physicorum Aristotelis Commentaria. F

QVO' DISPVTATVR, an sit locus.
CAPVT I.

Tex. 1.


IMILITER autem necesse est naturalem, & de loco, ut de infinito: cognoscere, si est, an non, & quomodo est, & quid est. Etenim quæ sunt, omnes existimant alicubi esse, quod uerò non est, nusquam esse. Vbi enim est hircoceruus, aut sphinx? Atque motuum, communis maximè, maximèque proprius, secundùm locum est, quem uocamus lationem.

¶Quarti huius libri propositū est, cùm in superiori de motu qui est actus mobilis, dictum sit, de utriusque mensura dicere: nempè de loco, qui est mensura mobilis: in quo esse oportet quicquid mouetur, & subinde de uacuo, quod ex antiquis nonnulli necessarium esse censebant, ut res aliqua

A mouetur, atque adeo de tempore, quod est mensura motus. Quare cum liber iste à traductoribus in quatuordecim capita sit distinctus, & à commentatore per tex. 133. distributus, in tria præcipua membra secatur totus. Priora namque quinque capitula usque ad tex. 49. sunt de loco: quatuor uerò consequentia usque ad text. 86. de uacuo, ac demum quinque postrema de tempore. ¶Caput hoc primum (quòd tredecim textus habet) totum expendit Phil. ut in more habet, proponendo, & disputando. Proponit ergo statim, quòd philosopho naturali incumbit, ut de infinito, ita de lo

Prima ratio.

B co nosse, an sit, quomodo sit, & quid sit. Idque probat quatuor rationibus. Prima. Ad philosophum naturalem pertinet tractare de entibus: sed omnia entia quæ sunt, sunt in loco: ergo ad ipsum pertinet tractare de loco, tanquam de mensura rei quæ est in loco. Maior est nota, & minorem probat ex communi concessione physicorum, asserentium quicquid est, esse in loco, propterea quòd id quod non est (ut hircoceruus & sphinx) non est in loco. ¶Sed oritur dubitatio duplex ex hac ratione. Prima, quia minor illa simpliciter est falsa: non enim omne ens est in loco, ut patet de intelligentiis. Ait enim Boetius lib. de ebdomadibus, communem esse animi

Dubiũ duplex.

C conceptionem apud sapientes incorporalia non esse in loco. Quod & Aristot. hic tex. 39. docebit nempe sola corpora esse in loco, scilicet propriè ut mensurentur, & circũscribantur loco. ¶Altera dubitatio est circa probationem eiusdem minoris. Non enim sequitur, nihil eorum quæ non sunt est in loco: ergo quicquid est, est in loco: arguit enim uirtualiter ex opposito antecedentis ad oppositum consequentis, scilicet si hoc non est, non est in loco: ergo si est, est in loco. Respondetur, quòd Aristot. non affirmat minorem illam ex propria sententia:

D sed ex concessione antiquorum, qui cum non cognoscerent, nisi res sensibiles, existimabant quicquid est esse in loco. Quod probabant alia ratione. Ea quæ non sunt, non sunt in loco: & ratio quare non sunt in loco est, quia non sunt: ergo ea quæ sunt, propterea quòd sunt, sunt in loco: nam si negatio est causa negationis, affirmatio est causa affirmationis. Aristot. uerò quia nõdum examinauit quibus rebus conueniat propriè esse in loco, utitur ratione ab aliis recepta. Tametsi in rei ueritate sola entia naturalia, scilicet corpora materialia, de quibus propriè physicus tractat, sint in loco: Quapropter ad physicum propriè pertinet tractare de loco, & non ad metaphysicum: cuius contemplatio extenditur ad ens, ut est commune omnibus rebus, tam illis quæ sunt in loco quàm illis quæ propriè non sunt in loco. ¶Secunda ratio est. Ad physicum propriè attinet tractare de motu locali, utpotè qui omnium est communissimus & maximè proprius: sed motus localis (ut nomen ipsum designat) fieri non potest nisi in loco: ergo ad physicum propriè pertinet tractare de loco. Quatuor dignitates attribuit hic Commentator motui locali respectu aliorum. Prima est, quòd est communissimus: quia quibuscunque conuenit alia species motus, conuenit localis: & non è conuerso, ut patet de cœlis. Secunda quæ ferè est eadem, ꝙ motus localis conuenit uniuersaliter omnibus entibus naturalibus, scilicet compositis ex materia & forma: alij uerò motus non conueniunt cœlo, immo nec augmentatio propriè conuenit elementis & mixtis inanimatis. Et propterea dicit Aristo. ꝙ est maximè proprius rebus naturalibus. Tertia, ꝙ motus localis est prior aliis: nam ad alterationem & generationem, & augmentationem requiritur applicatio agentis ad passum quæ fit per motũ localem. Quarta denique, quòd est causa

Solutio.

Tex. 2.

E

Secunda ratio.

Quatuor dign. motus localis.

F

Tex. 3.

om-

A omnium aliorum . cum quia applicatio agentis est quodammodo causa aliorum motuum: tum præsertim quia motus localis cęlorum est causa omnium inferiorum.

Tex. 2. Habet autem multas dubitationes quid nam sit locus: non enim idem uidetur speculantibus ex omnibus quæ insunt. Amplius autem neque habemus quicquam ab aliis, aut ante dubitatum, aut prius traditum de ipso.

¶ Aliæ duæ rationes sunt in textu 3.
B Tertia ergo est. Cognitio huius, quid est locus, habet dubitationes multas: nam speculantibus naturam loci, ex his quæ accidunt loco, non eadem apparet natura, & quidditas loci, ut in subsequentibus uidebimus. Ex illa enim, uerbi gratia, conditione loci, quod debet continere locatum, aliqui putarunt locum esse formam locati, alij esse corpus circunstans: locatum & ergo ad physicum pertinet huiusmodi ambiguitates diffinire. Respondere uidetur hac ratione tacitæ obiectioni, qua quis posset dicere, per se esse notum locum esse, & per consequens non pertinere ad physicum de
C illo disputare. Quarta ratio est. Nihil ab antiquis habemus de loco traditũ, aut dubitatum, aut si quid dixerunt saltem id nec planè, nec copiosè: ergo operepretium est de loco hic pertractare.

Tex. 3. Quòd igitur locus sit, uidetur manifestum esse, ex transpositionis uicissitudine. ubi namque nunc est aqua: huic egressa tãquam ex uase iterum aer inest. Aliquando autem eundem locum hunc aliud aliquod corporum obtinet. hoc autem ab iis quæ insunt, & transferuntur omnibus, alterũ esse uidetur in quo enim aer nunc est: aqua in hoc prius erat. D
Quare manifestum est, quòd locus & receptaculum, aliquid erat diuersum ab utrisque: ad quod, & ex quo transferebantur.

¶ In tex. 3. aggreditur disputare ad utranque partem quæstionis primæ. s. an locus sit. Atque ad partem affirmatiuam format tres rationes à posteriori: nam illo modo experientia probantur principia physica, & locum esse, sicuti motum esse, est principium physicum. Et tendunt omnes rationes quò probent locum esse rem aliquam positiuam præter locata, & non penitus E
uacuum, ut ex antiquis quidam opinabantur. Prima ratio sumitur ex successione rerum in eodem loco per motũ localem. Experimur enim, ꝙ in eodẽ uase, quo nunc est aqua egressa aqua, succedit aer, ergo idem erat locus distinctus & ab aqua & ab aere, qui prius continebat aquam, & deinde cõtinet aerem. Et est adnotanda ratio: nam si- Nota.
cuti argumentabatur lib. 1. materiam esse ex successione diuersarum formarum in eodẽ subiecto: quia. s. ubi nunc est forma stuppę, succedit forma ignis, quod est indicium subesse illic materiam receptaculum utriusque formæ, simili modo arguit nunc de loco. Qđ F
si quis inficiari contendat hanc rationẽ non procedere ex experientia: quia cum aer sit inuisibilis, non experimur in uase aqua uacuo succedere aerem. Respõdetur ꝙ in clepsidra aqua plena habent in fundo minuta foramina experimur, quòd quãdiu occlusum fuerit orificium superius, aqua non cadit solum, quia non potest intrare aer ad replendam clepsidram, ne detur uacuum: sed quamprimùm discoopertum fuerit orificium, intrante aere cadit aqua.

Amplius autem lationes physicorum corporum, & simplicium, Tex. 4.

A ut ignis, & terræ & talium: non solùm ostendunt, quòd est aliquid locus. sed quòd & habet quandam potentiam, fertur enim unumquodque in suum locum non prohibitum: hoc quidem, sursum, illud uerò deorsum. Hæc antem sunt loci partes, & species: sursum, & deorsum & reliquæ distantiarum sex.

¶ Secunda ratio sumitur in textu 4. ex motu naturali grauium & leuium. Grauia suaptè natura mouentur deorsum, & leuia sursum: ergo signum est locum deorsum esse aliquid positiuum, & pariter locum sursum, & non omnino uacuum. Probatur consequentia, quia si res suaptè natura mouetur ad aliquem locum. id non est, nisi ut melius se in esse conseruet: signum ergo est in illis locis uim esse conseruatiuam locati: quæ non posset, si esset illic penitus uacuum. Adnotandum est hic tamen, quod locus naturalis non habet uim attractiuam, & motiuam in genere causæ efficientis, sicut magnes attrahit ferrum alterando ipsum: sed solùm in genere causæ finalis, ut enim animal mouetur ad pastum, ita graue naturali impetu mouetur deorsum. ¶ Subiungit, quòd sursum, & deorsum: sicut & reliquæ differentiæ quatuor positionum sunt partes, idest species naturalis loci.

Tex 5. Sunt autem talia non solùm ad nos: dextrum & sinistrum, atque sursum & deorsum: nobis enim non semper idem, sed secundùm positionem ut conuertimur fiunt, idcirco idem crebro, dextrum, & sinistrum est, sursum & deorsum, & ante & retro. In natura autem determinatum est seorsum unumquodque, non enim quodcunque contigit sursum, est, sed quò fertur ignis, & leue, similiter uerò & deorsum, non quodcunque contigit: sed cohabentia grauitatem, & terrea: tanquam non positione differentia solùm, sed & potentia. Ostendunt autem, & mathematica, cum enim non sint in loco, tamen secundùm positionem ad nos habent dextra, & sinistra (adeo ut solùm intelligatur ipsorum positio) non habentia natura horum unumquodque.

¶ Posset quis forsan rationem factã eneruare dicens sursum & deorsũ non esse naturalia loca habentia uim conseruatiuam locati: eo quòd istæ differentiæ sumuntur per respectum ad hominem, & non ex natura rei. Cui dubitationi succurrit Phil. in textu 5. dicens, huiusmodi differentias non solùm sumi in naturalibus respectu hominis, sed esse ex natura rei. Ad cuius intelligentiam notandum est, quod istæ differentiæ loci sunt differẽtiæ corporum: corpus autem accipitur dupliciter, scilicet mathematicè & physicè. Corpus mathematicum solum dicit corpus quantum, ut abstrahit à materia & motu. non considerando sitnè graue, an leue. Quocirca huiusmodi corpora non habent ex natura sursum & deorsum: sed idem omnino corpus modò est sursum (quando est supra caput nostrum) modò destrorsum, modò sinistrorsum (sicut nos mouemur. Vt cum ego deambulo, parietem quem modò habeo dextrum, postea habeo sinistrum. Et hoc est qđ ait Arist. [nobis enim nõ semper idẽ: sed secundũ positioné ut conuertimur]. i. secundùm dispositionem nostram. Ex quo sequitur, ꝙ si nullum esset animal in mundo, inanimata non essent hoc modo sursum & deorsum, nec in aliis differentiis positionis. Corpus uerò physicum, quia natura sua graue est, aut

Margin notes: D, E, Tex. 6., Loci differẽtiæ sunt corporũ., F

A aut leue, habet ex natura sursum, & deorsum. Et hoc est qđ ait [non quod cunque cõtigit] idest sursum & deorsum non est locus, ut accidit se habere respectu hominis, sed quò mouentur leuia, est locus sursum, & quò grauia deorsum. Subiungit exemplum in mathematicis, ut si triangulum in pariete depingas, unus Angelus dicitur sursum, & alius deorsum, uel destrorsum, uel sinistrorsum solùm respectu hominis, quia natura trianguli non uẽdicat sibi potius locum sursum, quàm deorsum. Si autẽ triangulus esset ferreus, inquantum graue appeteret locum deorsum, & si esset igneus, appe-
B teret locum sursum.

Tex. 6. Amplius uacuum affirmantes esse, locum esse dicunt. Vacuum enim locus erit utique priuatus corpore. Quòd igitur aliquid sit locus præter corpora omne corpus sensibile in loco: per hæc aliquis existimabit. Vi debitur autẽ utique, & Hesiodus rectè dicere, faciens primum chaos dicit igitur. Omnium quidem primũ chaos factum est: sed postea terra lata. quasi oporteret primum fuisse receptaculum iis quæ sunt: propterea quòd putabat quemadmodum mul-
C ti: esse omnia alicubi, atque in loco.

¶ In tex. 6. subsequitur tertia ratio, sumpta ex auctoritate eorum qui astruebant esse uacuum, uacuum enim est locus aptus repleri, priuatus tamen corpore: ergo ex ipsa diffinitione uacui consequitur locum esse rem aliquam præter corpus quo locus caret, & quo posset repleri. Inducit in testimonium Hesiodum poetarum antiquissimum. Is enim explicabat generalem productionem orbis hoc modo, quòd primum factum est chaos, & rerum omnium confusio, mox latissima terra, tanquam receptaculum rerum disgregãdarum ex illo chao, quasi prius necesse esset uas & receptaculum fieri, quã repleretur corporibus. Et mouebatur ex eo quia supponebat cum philosophis aliis, necessarium esse locum quo res reciperentur. Licet in hoc falleretur oportuisse prius fuisse uacuum, quàm plenum.

Si autem tale est, mirabilis quædam erit loci potentia, & prior omnibus. Sine quo namque nullum aliorũ est, illud autem sine aliis necesse est primum esse. nõ enim perit locus iis, quæ in eo sunt, corruptis. Tex. 7.

¶ Colligit ergo in tex. 7. ex ueterum et confessione, ꝙ non solum locus est aliquid positiuũ, sed ꝙ habet quandã mirabilem uirtutem, & ꝙ locus inquãtum locus est prior locato, inquantũ locatur. Nam id quod sine aliis esse potest, & alia nequeũt sine illo esse, prius est illis, habetque respectu eorum uirtutem aliquam: sed locus ita se habet respectu locatorum (non enim pereũtibus locatis, perit locus) ergo locus est prior locatis.

At uerò dubitationem habet: si est, quid est. utrùm moles aliqua corporis, aut quædam altera natura? quęrendum enim est genus ipsius primum. Distantias igitur habet tres, longitudinem, & latitudinem, atque profunditatẽ: quibus determinatur corpus omne. Impossibile autẽ est corpus locum esse. in eodem enim essent utique duo corpora. Tex. 8.

In text. 8. argumentatur ad partem negatiuam nõ esse locum, rationibus sex. Quæ quamquam directè procedãt aduersus quæstionem an sit locus, petunt nihilominus quid sit, & potissimum inuestigant genus diffinitionis loci, sit ne corpus, an superficies, an uerò materia, uel forma. Nec tamen sunt rationes necessariò concludentes, sed apparentes quales fieri possunt contra ueritatem. Ad quas pro-

A inde infra tex.47. respondebitur. Est igitur prima. Si locus est, ille est corpus, sed locus non est corpus: ergo locus non est. Maior licet non exprimatur in textu, probatur tamen. Corpus est quod habet trinam dimensionem, s. longitudinem, latitudinẽ, & profunditatem: ergo & locus corporis necesse est easdem habeat dimensiones, ut totum locatum circunscribat (locus enim meus tam lõgus latus & profundus est, q̃ ego) & per consequens apparenter sequitur, ꝙ locus itidem sit corpus. Minorem uerò. s. ꝙ locus non sit corpus probat: quia cùm locus, & locatum debeant esse ęqualia, sequere

B tur ꝙ duo corpora essent simul. i. quodammodo in eodem loco: nam uerus locus, cum adæquatè cõtineat locatũ, non debet occupare maiorem locum, quàm locatum, ut patet de superficie cõcaua amphoræ & de conuexa aquę, quæ se habent ut locus & locatum: & à mathematicis censentur esse simul. Corpus uerò amphoræ idcirco nõ est locus adęquatus aquę, ꝙ occupat maiorẽ locũ, & per cõsequens amphora & aqua nõ sunt simul. Et hoc est quod ait, ꝙ si unum corpus esset locus alterius: ambo deberent esse simul, ad hũc sensum ꝙ locus unius non excederet locum alterius, quod est impossibile,

C nisi duo corpora se penetrarent.

Tex 9. Amplius, si est corporis locus, ac receptaculum: manifestum est, quòd & superficiei & reliquorum terminorum. eadẽ enim conueniet ratio. ubi nanque erant prius aquæ plana, erũt rursum quæ sunt aeris. At uerò differentiam nullam habemus puncti, & loci puncti. Quare si neque ab hoc est locus diuersus: neq; ab aliorum ullo. neque est quicquam præter unumquodque horum locus.

¶In tex. 9. sequitur ratio secunda. Si aliquis esset locus corporis, eadem ratione deberet etiam esse locus superficiei, & locus lineæ, & locus puncti, D sed nullus est locus puncti: ergo nec est locus lineæ, nec sup̃ficiei, nec subinde corporis. Maior probatur: nam ratio qua supra ostendebatur locum esse, erat, quia in eodem loco succedunt continuo diuersa corpora, ut in loco quo nunc est aqua, statim fit uinum, uel aer: sed eadem est ratio de superficie, & de aliis speciebus quantitatis: nam ubi nunc est superficies conuexa aquæ, & lineę & puncta eiusdem superficiei, succedunt illico superficies linea, & puncta aeris. Minor uerò, scilicet quòd puncti non sit locus, est eadem ratione manifesta: nempè quia locus debet esse ęqualis locato: punctum uerò cum sit indiuisibile, E neque æquale est, neque inæquale.

Quid enim tandem & nos ponemus esse locum? neque enim elementum, neque ex elementis aut corporeis, aut incorporeis esse potest talẽ habens naturam, neque corporeorum neque incorporeorum magnitudinem enim habet locus corpus autem nullum. Sunt autem sensibilium corporum elementa corporea, ex intelligibilibus autem elementis, nulla fit magnitudo. Tex.10.

¶Ratio tertia in tex.10. est huiusmodi. Si locus est, quæritur quid tandem est: aut enim est elementum, aut ex elementis compositum, corporeum uel incorporeum, nullum istorum ergo. F Ad intelligentiam maioris notandum est, ꝙ antiqui non cognoscentes, nisi sensibilia, omnia dicebant esse, aut elementa, aut ex elementis composita: & ideo putabant etiam cęlum componi ex elementis. quod tamen est falsum, ut 1. de cœlo probat Arist. Quòd quia nõdum hactenus probauerat, loquitur secundùm opinionem antiquorum: cęlum enim quod illi censebant componi ex elemẽtis, est locus ignis. Nota.

A ignis uerò aeris: locus uerò terræ est mixtus ex elemẽtis: nam terra partim tegitur aqua, partim uerò circundatur aere: minorem uerò. s. q̃ nec sit elemẽtum corporeum, neque ex talibus cõpositum probat, quia omne tale elementum, aut mixtum debet esse corpus: sed priori ratione probatum est locum nõ esse corpus: ergo nec est elementum, nec compositum ex illis. Et ita est certè, q̃ locus adæquatus aeris non est ignis: sed superficies eius concaua. At uerò ne Platonici ponentes ideas spirituales, & alij ponentes intelligentias compositas ex elementis incorporeis dicerent aliquod horum
B spiritualium esse locum cęlorum, propterea q̃ intelligentiæ quodammodo continerẽt secundùm illos cęlum: subiũgit, q̃ nec talia incorporea possunt esse locus: quia locus debet esse magnitudo, & ex intelligibilibus elementis nulla sit magnitudo.

Tex. 11. Amplius autem: & cuiusnam ponet aliquis iis, quæ sunt, causam esse locum? Nulla enim quatuor causarum ipsi inest. Neque enim est, ut materia eorum quæ sunt: nam nihil ex ipso constitutum est. Neque ut species & ratio rerum, neq; ut finis: neque mouet ea quæ sunt.
C
¶ In text. 11. formatur quarta ratio hoc modo. Si locus est aliquid, cùm locus contineat locatum, & continere idem uidetur pollere q̃ causare: sequitur quòd locus in aliquo quatuor causarum genere contineat locatum, consequens tamen est falsum, quia locus non est causa materialis locati: nã causa materialis est, ex qua fit aliquid cùm insit: & locatum non fit isto modo ex loco, ut potè qui nõ intrat compositionem locati. Neque est species, & ratio, idest causa formalis: aliàs locatum sortiretur speciem à loco, & sic omnia quæ succederent in eodem loco fierent eiusdem speciei. Neque uidetur locus esse finis locati, quin potius locus sit propter locatum, ut dolium propter uinum, quàm econuerso. Neque locus est causa efficiens locati, quia locus deorsum cum sit terminus motus grauis, non potest esse causa efficiens eius: nam causa efficiẽs est prior effectu, terminus uerò est posterior. D

Amplius autem & ipse, si quid est eorum quæ sunt: alicubi erit. Zenonis enim dubitatio, quandam rationem quærit. Si enim omne quod est, in loco est: manifestum est quòd & loci locus erit. atque hoc, in infinitum procedet. Tex. 12.
E
¶ In text. 12. subditur quinta ratio quæ erat Zenonis. Si omne quod est, est in loco (ut pro confesso habebant antiqui) & locus est aliquid positiuè, sequitur, ut & locus ipse sit etiam in loco, & cùm locus & locatum nõ sint in eodem loco (ut ratione prima dicebamus) sequitur ut locus sit in alio distincto loco, & ille secundus in alio, & ita in infinitum. Cui tamen rationi respondebitur infra, quòd non quicquid est, est in loco, ut patet de intelligentiis, & primo cœlo.

Amplius si ut omne corpus est in loco, sic & omnino in loco corpus est: quomodo ergo dicemus de iis quæ augmentantur? Necesse enim est ex his, augmentari locum simul cum ipsis, si neque minor, neque maior cuiusque locus est. Propter hæc ergo non solum quid est, sed etiam si est dubitare necesse est. Tex. 13. F

¶ Tandem in tex. 13. subdit sexta & postrema ratio, quæ procedit ex communi quadam antiquorum concessione, scilicet omne corpus esse in loco, (ne detur aliquid esse in uacuo) & rursus quicquid est in loco esse corpus, quia indiuisibilia nõ sunt in loco. Tũc sic. Si locus est, oẽ corpus est in loco,

A rursus, ergò quando corpus augetur, puta quando arbor crescit, tunc uel locus pariter eius augetur, & hoc non, quia ut infra uidebimus, locus est immobilis, idest non mouetur ad motum locati, sed semper manet idem locus pluribus succedentibus locatis, si verò locus non augetur, fit ut corpus illud quod additur per augmentum, sit extra locum, quia in loco alio esse nõ potest quàm in loco totius. Sophisma est quod infra soluetur. Concludit ergo Aristo. quòd dubium est de loco, non solùm quid est, uerùm & si est.

¶ *Sequitur subsequenter caput 2.*

B QVO' DISPVTAtur quid sit locus.

CAP. II.

Tex. 14.



VONIAM autem aliud quidem secũdùm se, alius verò secũdùm aliud dicitur. & locus alius quidem est communis in quo omnia corpora sunt, alius verò proprius in quo primò (dico autẽ vt nunc qui in cœlo est, quia in aere: hic autem in cœlo & in aere, quia est ĩ terra. similiter autem & in hac: quia in hoc loco, qui nihil plusquàm te cõtinet) si igitur locus est, quod primũ continet unumquodque corpus: terminus utique erit. Quare uidebitur species ac forma cuiusque, locus esse: quo terminatur magnitudo & materia. magnitudinis. hæc enĩ est unius cuiusque terminus.

Locus cõmunis & proprius.

C

¶ Quemadmodum superiori capite disputando inquisiuit philosophus an sit locus. ita & in hoc secundo, quod nouem textus habet, disputatione inuestigat quænam res sit locus. Quod quidem ex illis proprietatibus & conditionibus uenandum est (ut tex. 2. adnotauimus) quæ competunt loco. Vnde ut tex. 8. ex illa cõditione loci, qđ D locus debet ambire omnes tres dimensiones corporis locati, ratiocinabaĩ locũ ipsum esse corpus, proportionabiliter ex alijs duabus eius cõditionibus argumẽtaĩ modò locũ debere esse formã aut materiã. Distinguit ãt prius de loco, ꝙ quẽadmodũ in entibus aliquid conuenit alicui per se primò: aliquid verò per accidens, seu per aliud: ita & rei cuiuspiã duplex est locus: cõis. s. & inadæquatus, atq; proprius & adęquatus. Vt cõmunis locus meus est cęlũ: quia quẽadmodũ homini cõuenit esse sensibilem, non per se primò, sed quia est animal, quod est quoddã cõe genus sub quo continetur homo, ita cęlũ est E locus cõis meus, non quia me adæquate continet, sed quia ego sum in aere, & aer in cœlo: & sum etiam in aere, quia sum in terra, quæ est in aere: sum autẽ in terra, quia sum in ista particula, quę me adæquate continet. Vti si dicas qđ ego sum Salmanticæ, quia sum in scholis: in scholis autẽ sum, qa sum in gymnasio: ĩ gymnasio verò, qa sum in cathedra, in hac. s. cõcauitate aeris, quæ me adæquate ambit. Locus ergo communis non est terminus adæquatus locati: sed locus proprius: nõ enim ego sum tãtus quãtũ est gymnasiũ: sed quantũ est concauũ hoc aeris, qui me circunscribit. ¶ Hoc supposito format F hunc syllogismum. Forma est terminus continens materiam: quippè quæ dat esse rei constituẽs rem in propria specie: sed locus est terminus adæquate continens locatũ (accipiuntur præmissæ doctrinaliter ĩ sensu uniuersali) ergo locus est forma substãtialis locati. Fallacia paralogismi est, ꝙ procedit ex puris affirmatiuis in secũda figura: forma enim est terminus intrinsecus generationis tanquam pars ipsius rei: locus autem est extrinsecus, circunscribens totum compositum.

Sic ego considerantibus, locus, vniuscuiusque species est. quatenus Tex. 15.

autem

A autem uidetur locus esse distantia, magnitudinis sic materia. hęc namque diuersa est à magnitudine. hæc autem est id quod cõtinetur sub specie ac definitur, ut sub plano ac termino. est autem tale materia, & indefinitum cùm enim remouetur terminus, & passiones à sphera, relinquitur nihil præter materiam. Quãobrem & Plato materiam & receptaculum idem esse ait in Timæo. Susceptiuum enim & receptaculum, vnum & idem. Alio verò modo & ibi dicens susceptiuum, & in ijs, quæ vo
B cantur non scripta dogmata, locum tamen & receptaculum, idem esse declarauit.

¶In tex. 15. facit secũdã rationẽ ad probandũ q̀ locus sit materia: intendẽs similẽ syllogismũ superiori. Est tñ ualde obscura ratio: ut esse solent quæ opiniones Platonis tangũt. Atq; adeo profectò diuinandum potius est, quàm exponẽdum quid hic senserit Plato. Vbi ex Themistio & reliquis antiquis conijectari licet: Plato ponebat locum esse distantiã inter latera cõtinentis, seu locantis, quã Græci appellabãt, diastema, ut illud inane quod est inter latera dolij uacui: qđ vulgus, non percipiẽs
C aerẽ, putat esse simpliciter uacuũ. Vbi (vt hic adũbrat Arist.) fingebat esse nescio quas dimẽsiones interminatas distinctas à locato in q̃bus ueluti in materia recipitur locatum. Quemadmodum li. 3. diximus ipsum ponere numeros à materia separatos. Vel fortè ĩ rei ueritate, cẽsebat locum ignis q gignitur esse materiam ipsam stuppę, in qua recipitur forma ignis: nam ad hũc sensum impugnatur ab Aristo. Sed tñ non poterat id cõsequenter dicere, quãdo uinum infunditur dolio, unde exit aer sine aliqua noua generatione, aut corruptione. Vtcũq; verò ille senserit (de quo latius infra tex. 36.) qđ tñ refert Arist. est, q̀ si locus teneatur esse distãtia & interuallũ qđ est inter latera loci, vr̃ q̀ locus sit uelut materia magnitudinis illius quæ recipiť in loco: siue illa sit dimensio interminata & spaciũ: qđ recipit successiuè diuersa locata, siue sit materia, ut dicebamus de generatione ignis ex stuppa. Si hoc (inquit) est locus, necesse est dicere q̀ locus est materia. Quod probat quia tale spaciũ res diuersa est à magnitudine q̃ locatur ĩ loco, & sicut materia physica terminatur per formã, ita distãtia illa terminať plano & termino. i. superficie cõuexa terminãte locatũ: propriũ aũt est materiæ de se esse indefinitã & terminari p aliud. Quòd autẽ tale spa E
ciũ terminetur per superficiẽ magnitudinis, probat tali similitudine. Quẽadmodum si à globo pherico auferetur terminus. i. superficies cõuexa circularis auferenturque omnes passiones, idest forma substantialis cum suis qualitatibus, nihil remaneret nisi informis materia, ita si à loco puta dolio auferas formam & quantitatem locati, in rei ueritate nihil manet, nisi uacuum, sed tamen secundùm Platonem remanebant illæ dimensiones indeterminatæ, quas uocabat spacium. At uerò ne quis obijciat quòd Plato, ut uisum est lib. 1. tex. 32. & lib. 3. tex. 26. & 61. ponebat materiam rerum F
magnum & paruum, & per consequẽs non ponebat huiusmodi distantiam & interminatas dimensiones, esse materiam. Respondet Phi. q̀ diuersimodè quãtum ad uocem loquutus est Plato de materia: nam in Timæo (qui dialogus est Platonis) dicit materiã idem esse quod receptaculum formarum: in his uerò q̃ uerbotenus dixit sine scripto (quę opera Gręcè dicunť agrapha, Latinæ uerò, non scripta, quæ postea Arist. scripto mandauit) dixit materiã esse locum. Quod quidem receptiuũ ipse appellabat magnum, & paruum. Ratio ut aliàs diximus est, quia cùm omnia generabilia sint corporea, ma-

teria m

A teriam generabilium putabat non esse, nisi quantitatem: aut fortè appellabat eam quantitatem & dimensiones: quia idem est materiale & quantum, & quoniam prima passio, & differentia quantitatis est, magnum & paruum, appellabat materiã magnũ & paruum. Et eandem appellabat locum: falsus similiter ut authores primæ opinionis: ut enim illi non distinguentes inter terminum extrinsecum & intrinsecũ, putabant formam esse locum, ita & Plato non distinguens inter receptiuum intrinsecum [qualis est materia respectu formæ] & receptiuũ extrinsecum B (qualis est locus) dicebat materiã esse locum: simili (ut de forma dictum est) syllogismo deceptus in secunda figura ex puris particularibus. Omnis materia est receptiuum: omnis locus est receptiuum, ergo locus est materia. Nisi forsan [quod & Philopo. adnotauit & Nota. mihi est probabile] nũquam Plato docuit locum idem omninò esse cũ materia: sed locum per analogiam & metaphoram appellabat materiam, quia vt locus successiuè suscipit diuersa locata, ita & materia diuersas formas. At quia Aristo. uoluit hic reprobare opinionem, qua quis posset dicere locum C esse materiam, citauit Platoné locum appellantem materiam. Solet nanque & hoc assiduè facere.

Tex. 16. Dicunt enim omnes, aliquid esse locum: quid autem est, hic solus aggressus est dicere. Meritò autem ex his, considerantibus, uidebitur utique esse difficilè cognoscere, quid est locus: si horum vtrùmuis est, siue materia, siue species. Hæc enim & altissimam habent speculationem. & seorsum à se inuicem non facile est ipsa cognoscere.

¶In tex. 16. infert quòd cùm ueteres omnes concessissent locum esse [ꝙ ad primam quęstionem pertinet] solus tamen Plato aggressus est dicere de secunda, quid sit locus. Subdit aũt quòd D cùm sub dubio sit, locus nè sit materia, an forma, quæstio loci meritò censetur difficilis. Nam quæstio de huiusmo di principijs difficilis est. Etenim cùm materia & forma dicãtur relatiuè [est enim materia potentia formæ, & forma actus materiæ] fieri nequit ut altera sine altera cognoscatur, quod rem facit difficilem.

At uerò ꝙ impossibile sit utrumuis horum esse locum: non est difficilè uidere: species enim atque materia non separatur à re. locum autem E contingit. In quo nanque aer erat: in hoc rursus aqua (ut diximus) est, vicissim trãslatis & aere & aqua, & alijs corporibus similiter. Quare neque pars, neque habitus. sed reparabilis locus est ab vnoquoque: etenim videtur tale quid esse locus, quale vas. est enim vas locus transferri valens. vas autem nihil est ipsius rei. Tex. 17.

¶In tex. 17. & subsequẽtib. arguit, locum neq; materiã esse, neq; formam, idque rationibus sex facillimis. Prima. species, idest forma & materia non separantur à re, idest sunt partes eius: lo- F cus uerò separatur à re, idest est res subiecto distincta, quæ moto locato manet immota: ergo locus nec materia est, nec forma. Ait verò locum con tingere separari: non quòd sit aliquis uerus locus, qui non sit realiter distinctus à re, sed uel hoc dicit propter supremum cœlorum orbem, qui nõ habet extra se locum: uel fortè, quia non est id per se manifestum in omnibus: nam distinctio loci à locato cognoscitur per hoc quòd in eodem loco succedũt diuersa locata: ut patet in exemplo Arist. uidelicet, quòd ubi nunc est aqua, succedit aer manente eodem loco. De toto autem elemẽto terræ, quia non mutat locum, aut de uno orbe,

qui

A qui eſt intra aliũ, non eſt ita per ſe notum ſenſui, locum diſtingui à locato. ¶Infert inde hoc corollarium. Ea ratione qua nec materia, nec forma ſunt locus compoſiti, fit ut neque aliqua eius pars integralis, neque habitus, neque aliquod eius accidens ſit eius locus, quia nullum iſtorum diſtinguitur ſubiecto à locato, ſed inſunt ei & mouentur ad locum eius. ¶Ad maiorem tamen euidentiam ſubdit quòd locus eſt uelut uas. Conueniunt enim (ut ſtatim uidebimus) locus & uas, ꝙ utrunque continet locatum: differũt tamen,
B quòd locus eſt uas quoddam intranſferibile, ideſt quod nõ mouetur ad motum locati, ſed manet immobile: uas autem eſt quidã locus (ut hic inquit) transferibilis, ideſt mobilis cum locato. veluti uter uehitur cum uino.

Tex.18. Quatenus igitur ſeparabilis eſt à re: eatenus ſpecies non eſt. Quatenus uerò continet, eatenus diuerſus eſt à materia. ¶ Videtur autem ſemper id quod alicubi eſt, & ipſum eſſe aliquid, & aliud aliquid extra ipſum. ¶ Platoni tamen dicẽdum erat ſi liceat digredientes dicere: quare non ſunt in loco, & ſpecies & numeri: ſi
C quidem id quod particeps eſt, locus ſit, ſiue magnum, atque paruum ſit id quod particeps eſt, ſiue materia quemadmodum in Timæo ſcripſit.

¶In textu 18. ſubdit alias rationes ſecundam nempè & tertiam. Colligens prius tamẽ ex ſuperiori ratione, quòd licèt locus differat à materia & à forma: diuerſis tamen rationibus. Conuenit enim locus cum forma, quia cõtinet locatũ, quemadmodũ forma continet materiã: differt tñ ab illa in hoc, quòd locus eſt cõtinens extrinſecum, forma verò intrinſecum, tãquàm pars compoſiti. In eo autem quo conuenit cum forma, ſcilicet quia continet, differt à materia, quę continetur. ¶Ratio ſecunda ſumpta eſt ex modo loquendi. Inſinuauerat enim in prima ratione in aliquibus non eſſe ita per ſe notum locum eſſe ſeparabilem à locato. D
Ait ergo quòd quamuis nunquam locatum dimoueretur ab eodem loco, nihilominus ex hoc ipſo quòd conceditur locatũ eſſe in loco, uidetur ſemper quòd locatum ſit unum aliquid & extra illud ſit aliud, puta locus in quo ſit. Tertia ratio peculiariter procedit aduerſus Platonem, qua molitur eum Ariſt. in contradictionem cogere. Erat enim in opinione Platonis ideas, eo ꝙ eſſent immateriales, non eſſe in loco. E
idemq; cenſebat de numeris, quos ponebat ſeparatos à materia. Forſan ideas ipſas, eo quòd eſſent rerũ ſpecies appellabat numeros, quia ſpecies ſunt ſicut numeri. Dixit uerò hic magnum, & paruum, ſeu materiam eſſe locum receptiuum formatum. Hæc autẽ duo ſibi ſunt inuicẽ contraria. Nam ſi ideæ ſeparatæ participantur in materia: ſeu (quòd idem eſt) locus eſt particeps illarum (ſicuti Petrus & quocunque indiuiduum eſt particeps ſpeciei) ſequitur ideas illas & numeros eſſe in loco. Atque adeo redditurus erat rationem Plato, cur non eſſent in loco. F

Amplius, quomodo ferretur in ſuum locum, ſi locus eſſet materia, Tex.19.
aut ſpecies? impoſsibile enim eſt, cuius neque eſt motus, neque ſurſum, aut deorſum locum eſſe. Quare quęrendus in huiuſcemodi eſt locus. Tex.20.
¶ Si uerò in ipſo locus eſt (oportet enim ſiquidem aut forma, aut materia eſt) erit locus in loco, tranſmutatur enim ſimul cum re & mouetur, & ſpecies, & inde finitum: non ſemper in eodem, ſed vbi utique eſt & ipſæ res. Quare loci erit locus.

¶In textu 19. ſequitur quarta ratio hæc ſi materia, uel forma compoſiti, (v.g. ignis aut lapidis eſſet locus eiuſdem cõpoſiti, impoſsibile eſſet quòd huiuſmo-

A huiusmodi grauia & leuia mouerentur ad certa loca naturalia, mouentur autem ad certa loca: ergo nec materia, nec forma est eorum locus. Minor est manifesta ex natura rerum: sed maior, id est sequela illa probatur dupliciter. Primò, quia id cuius non est motus .i. ad quod non est motus, neque est sursum & deorsum .i. neque est terminus qui sit sursum, aut deorsum ad quod res moueatur, non potest esse locus: nam locus grauium est punctum im- B mobile deorsum, & locus leuium, punctum fixũ sursum, ad quod res mouentur, sed neque materia, nec forma est talis terminus & pũctum fixũ ad quod ignis, aut lapis moueatur, utpotè cum sint ubicunq; est ipsum compositum, & cum illo moueatur: ergo neutra earum est locus. Quinta ratio est in tex. 20. [Si uerò &c.] Si forma, uel materia esset locus cõpositi, sequeretur, quòd locus esset in ipso, scilicet locus ignis esset intrinsecus in ipso igne, & locus lapidis in ipso lapide. Vnde rursus sequeretur quòd loci esset locus, quod est impossibile de loco rerum naturalium. Nam huiusmodi loca rerum na- C turalium sunt (ut dictum est) puncta fixa, uel superficies sursum & deorsum, quæ non mouentur ad alium locum, sed entia naturalia mouentur ad ipsa. Sequela tamẽ probatur. Materia & forma (quas hic nuncupat, speciem & indefinitum, quia materia de se est inde terminata ad speciẽ quam recipit per formam) mouentur ad motum ipsius compositi, nec sunt semper in eodem loco, sed ubicunque est compositum: unde sicut compositum est mobile ad loca naturalia, ita & materia & forma mouẽtur ad eadẽ loca: & p consequens si huiusmodi partes essent loca naturalia, locus moueretur ad aliũ locum: & sic loci esset alius locus naturalis.

Tex. 21. Amplius, quando ex aere aqua facta est perijt locus. non enim in eodem loco est, quod factum est corpus. Quæ igitur corruptio? ¶ Ex quibus igitur necessarium est esse aliquid locum, & rursus ex quibus dubitabit utique aliquis, de substantia ipsius dictum est. D Tex. 22.

¶ In tex. 21. sequitur sexta & postrema ratio sub hac forma. Si materia, uel forma esset locus, sequeret, quòd locus corrũperetur ad corruptionem locati: consequens tamen est falsum: quia locus manet idẽ immobilis: nam in quo prius erat aer, postea est, aqua. Sequela tamen probatur. Si forma aeris est locus eius, talem locum manifestum est corrũpi cum ex aere fit aqua: E quod si sit materia quodãmodo etiam corrumpitur: nam licèt eadem materia prima maneat, non tamen manet propria materia hæc cum conditionibus indiuiduantibus & qualitatiuis dispositionibus (quæ dicitur materia secunda) Quod autem locus corrumpatur, est falsum ut dictum est. Et hoc est quod ait [Quæ igitur corruptio?] idest quomodo potest dici, quod locus corrumpatur ad corruptionem locati. ¶ In textu igitur 22. concludit dicens satis dictum esse, ex quibus, scilicet rationibus colligatur, ut necessarium sit locum esse (quod factum est in primo F capite) & rursus dictum est capite hoc secundo, ex quibus dubitari põt quidnam sit locus. Quam proinde quęstionem (ut puta quid sit locus) capite proximo tractare exorditur.

¶ *Sequitur statim caput tertium.*

QVO DETERMINARI incipitur, quid sit locus.

CAPVT III.

POST hæc autem accipiendũ est: quot modis aliud in alio est. Vno igitur modo: ut digitus in manu, & omninò pars in toto est. Alio uerò ut totum Tex. 23.

in

A in partibus; non enim est præter partes totum. Alio autem modo, ut homo in animali, & omnino ut species in genere. Alio autē ut genus in specie, & omnino pars speciei in speciei ratione. Amplius ut sanitas in calidis & frigidis, & omnino species in materia. Amplius ut in rege, Græcorum res, & omnino motus in primo mouente. Amplius ut in ipso bono, & omnino in ipso fine. Hoc autē est, id cuius causa. Omnium autem maximè proprium est, quod ut in uase, & omnino quod in loco.

¶Postquàm hactenus Philo. disputando inquisiuit, an sit, quidque sit locus incipit iam modò quæstiones has diffinire. Prius autem in hoc 3. capite, quod septem habet textus, dissoluit dubia, quæ non nulla necessariò erant prætermittenda. Atqui in tex. 23. primùm omnium distinguit, quot modis una res dicatur esse in alia. Qui sunt octo numero, sumpti ex usitato modo loquendi inter philosophos. ¶Primo modo unum dicitur esse in alio, tanquam pars in toto. ¶Et secūdo modo tanquam totum in partibus. Vtroque enim modo loquimur uidelicet, digiti quinque sunt in manu, nasus est in facie &c. & rursus, homo est in suis membris, structura domus est in parie tibus. At uerò quia modus secundus loquendi nō est tam solitus, quàm primus, confirmat eum Aristo. dicens ꝙ totum non est præter partes, idest totum non esse potest, nisi in partib. conseruetur. ¶Tertius modus est, ut species est in genere: & quartus èconuerso, ut genus est in specie. Dicimus. n. in genere animalis tot esse species, album q; esse in genere qualitatis & bicubitum in genere quātitatis. Et item viceuersa, genus animal esse in ratione hominis. Attamen cum phrasis secunda non uideatur adeo recepta, ut

Octo modis una res dicitur esse in alia.

C

D prima, eò quòd genus, cum contineat sub se species tanquàm quid cōmune, non tam apparet esse in specieb. quàm sint species: in illo subdit nihilominus ratione, quòd licèt genus sit quid cō mune, est tamen pars etiam diffinitionis speciei, & hac ratione dicitur esse in ratione speciei sicuti & differentia hoc modo, rationale, est in homine. ¶Quintus modus est quo species, scilicet forma, est in materia quomodo sanitas est in calidis & frigidis: utpotè cum sit proportio, & temperamētum quatuor primarum qualitatum. Esse enim in aliquo est consistere & cōseruari in illo. ¶Sextus modus est quo res E publica est in regis potestate, qui fortunis, atque adeo ciuium uita pro suo arbitrio utitur. ¶Septimus modus est quo appetens bonum & finem dicitur esse in illo. Quemadmodum dictū est, ubi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Et in uniuersum amātis animus est in re amata. ¶Octauus ac postremus modus (sed tamen omnium proprijssimus) est quo aliquid est in uase, & omnino quo est in loco. Quemadmodum dicimus terram esse in cētro, & ignem in lunæ concauo. Modi isti essendi in aliquo non dicuntur omnino uniuocè, sed analogicè. ¶Vt quemadmodum ensdicitur principaliter de F substātia & analogicè de accidēte per comparationem ad illam, & sanum de animali principaliter, & de urina & medicina, per respectum ad animal, ita esse in aliquo prius ad sensum notum fuit esse in loco, & per analogiam dicuntur cætera. Inde enim quòd locus continet & conseruat locatū, sumptum est ut quòd quicquid aliquo modo inesse pendet, ex alio dicatur esse in illo, & ideo pars est in toto, & uiceuersa totum in partibus. Nam ut lib. 2. tex. 28. & 31. adnotauimus, totum & partes habent se ut forma & materia: totum enim conseruat partes in genere causæ formalis, quia partes sunt per esse totius: uita enim totius hominis uiuit

Nota.

A viuit manus: partes uerò è cõuerso in genere causæ materialis cõseruant totum, quia totum constat ex partibus. Pari modo species est in genere tanquàm pars in suo toto potentiali. Vt enim ca. de differentia refert Porphyrius, genus potestate continet species, in quas diuiditur. Et è conuerso, genus est in specie tanquam pars in suo toto actuali: nã diffinitio speciei in se actu continet genus & differẽtiam. Eadem ratione respublica est in potestate regis, tanquã in causa efficienti, & amans in amato, quòd tanquam finis trahit ad se amantem. Ac denique uniuersæ creaturæ sunt in Deo: iuxta illud Hester. 13. in ditione tua cuncta sunt po-
B sita. Prætermisit hic modum essendi in tempore, uel quia sub modo essendi in loco continetur, uel fortè, quia de illo futurus erat infra specialis sermo. Alijs igitur modis prætermissis, qui ad rem præsentem pertinent, est esse in loco.

Tex. 24 Dubitabit autem aliquis utrum unum, & idẽ aliquid in seipso contingat esse an nihil, sed omnia aut nusquam, aut in alio? Dupliciter autem hoc est, aut secundùm se, aut secundùm alterum. cùm .n. sint partes to-
C tius, & id in quo, & id quod in hoc: dicetur totum in seipso esse. dicitur .n. & secundùm partes, vt albus, quia superficies alba sit. & sciens, quia ratiocinatiuum. ¶ Amphora igitur non erit in se ipsa, neque uinum: uini uerò amphora erit. Quod nãque inest: & id in quo est: utraque eiusdem partes sunt.

¶ In tex. 24. mouet dubium, præsenti negocio necessarium. Cùm .n. modus loquendi, quo dicimus aliquid esse in aliquo, arguat distinctionem inter id quod est, & id in quo est (unde sumitur argumentum distinctionis inter locatũ & locum) Anaxagoras nihilominus (vt lib. 3. tex. 50. visum est) dice- D
bat infinitum esse in seipso. ob id Aris. examinare operæpretiũ hic duxit, an aliquid propriè sit in seipso. Cui dubio respõdet distinguens hoc posse contingere, aut per se primò, aut per aliud. Id conuenit alicui per se primò, cui cõuenit per se totũ .i. per suã quidditatẽ sicut homini conuenit esse risibilẽ. Per aliud aũt conuenit, id quod conuenit per aliquid sui: sicut totus homo dicitur crispus ratione capillorũ: & calciatus, quia pedes habet calciatos: & albus, quia exteram superficiem habet albam: & sciens quia scientiã habet in anima. Ait ergo ꝙ si amphorã plenam uini consideremus, ut unum totũ cum
uino (est enim totum per aggregationem) dicere quodammodo possumus eam esse in seipsa, ut si dicas amphora uini est in se. Non quòd totum aggregatum: sit in toto aggregato, sed quia uinum, quod est una pars illius aggregati, est in amphora quæ est alia pars, totum enim ratione unius partis est in se ratione alterius. Est tamẽ modus ualde improprius, quia uinum nõ est pars illius aggregati ex amphora & uino, ueluti anima est pars hominis scientis secundùm animam, sed exempli gratia concessit hoc ueteribus illis Philoso. qui impropriè loquebantur. E F

Sic igitur contingit, quippiam in seipso esse. Primò autem non contingit, vt album in corpore. superficies enim in corpore. scientia autẽ in anima secundùm hęc autem quæ partes sunt, ut in homine appellationes existunt. Amphora autem & uinũ, cùm seorsum quidem sunt, partes non sunt, sed cùm simul. Quapropter cùm sint partes: erit ipsum in seipso. vt album in homine, quoniam in corpore, & in hoc, quoniam in superficie. in hac autem, non amplius secundum aliud est. Et diuersa quidem spe- Tex. 25.

cie

A cie hæc sunt, & aliam naturam habet vtrunque & potentiam, & superficies & albu m.

In tex. ergo. 25. respõdet ad quęstionem, quòd primo modo non contingit aliquid esse primò in seipso, idest secundum se totum: benè tamen non primò, idest ratione partis. Secundam partem probat in hoc textu, & primam in duobus sequentib. Ait enim ꝙ si amphora seorsum consideretur, & seorsum uinum .i. quando uinũ non est in amphora, tunc nihil est in seipso, nec primò, nec non primò, quando uerò B sunt simul .i. amphora est plena uino, tũc si loquamur de toto aggregato ac de una re, totum ratione uini est in se ratione amphoræ. Est enim amphora uini in amphora uini: sicut album est in corpore, non primò, quia albedo non est in partibus intrinsecis corporis, sed ratione superficiei quæ est terminus corporis, & scientia est in homine ratione animæ. ¶ Subdit autem quòd res quæ est primò in aliquo, idest secundum se totum, debet esse diuersa ab illo in quo est, ut albedo quæ per se primò est in superficie, est res distincta genere ab illa, distinguunturq; potentia: nam superficies est quantitas C quæ est subiectum qualitatis: albedo uerò est qualitas, quæ se habet ut forma, & actus quantitatis.

Tex. 26. Neque igitur inductiuè considerantib. aliquid in seipso uidemus secundùm aliquem determinatorum & ratione manifestum, ꝙ impossibile est. Oportebit enim ambo utrũq; esse (ut amphoram, & uas, & uinum usse: atq; uinum: uinũ & amphoram) si quidem verè primò cõtingit quippiã in seipso esse. Quare si quàm maximè in sese sint: amphora quidẽ accipiet uinũ, non quatenus ipsa uinum est, sed quatenus illa, uinum autem erit in amphora, non quatenus amphora ipsum est, sed quatenus illa D amphora est. Secundum igitur ipsum esse, ꝙ alterum sit: manifestum est. Alia nanque ratio est, eius in quo, & illius quod in hoc est.

In tex. 26. probat primam partem conclusionis: nempè quòd nihil potest esse primò in se, & inductione & ratione. Inductione, quia in nullo modorum octo, qui supra positi sunt, reperitur aliquid primò esse in se. Totum enim est in partibus & èconuerso: totum verò partes singulæ differũt re: atque simul sumptæ saltem ratione E differunt à toto. Et pari modo differũt genus & species. Nam de alijs modis manifestum est quomodo id quod est, realiter differat ab eo, in quo est. ¶ Rationes autem format duas. ubi considerandum est non esse idem quòd una res sit in alia primò, & quòd sit per se: sicut nec est idem quòd sit in alia non primò, & quòd sit per accidens. Nam ad hoc quòd sit primò satis est quòd sit secundum se totum & non solùm secũdùm partem, sed ad hoc ꝙ sit per se requiritur ꝙ sit ab intrinseco rõne sui & non rõne alterius. Exempli gratia. Nauis est in mari & primò & per se: sicuti homo est etiã in naui: homo uerò ille est in mari, primò quidẽ, quia F secundum se totũ: non tamẽ per se (sicut si nataret nudus in mari) sed per accidens, ratione nauis quæ est in mari. Primò ergo probat ꝙ nihil potest esse in seipso primò & per se. Et perseuerat in exemplo amphoræ. Si totum hoc quod est amphora vini est in se primò & per se, sequitur (inquit) ꝙ ambo sunt utrunque, idest quòd amphora esset & amphora & uinum copulatim, & uinum itidẽ esset ambo simul: consequẽs est impossibile: ergo & antecedens. Probatur sequela. Si amphora uini, capit & continet unum tanquam locus, manifestũ est hoc esse ratione amphoræ, quæ continet, & non rõne uini qđ cõtinetur: ergo si totum

ratione

A ratione etiam totius aggregati capit & continet, amphora esset totum aggregatum. Et eadem ratione si totum est & continetur in se, hoc est ratione uini, quod continetur: nam amphora non continetur: si ergo itidem ratione totius totũ est in se, sequitur ꝙ vinũest uinũ & amphora. Perinde ac si arguas. Homo est risibilis ea ratione qua est rationalis: si ergo itidem est risibilis ea ratione qua animal rationale: fit ut rationale, idem sit quòd animal rationale (quod certè est uerum.) Minorẽ autem, scilicet quòd amphoram esse totum, scilicet uinum & amphoram sit

B impossibile, probat. Manifestum enim (inquit) est quòd alterũ sit ipsum esse uasis ab ipso esse uini: alia enim est ratio uasis (quæ est continere) & alia ratio uini, quæ est contineri.

Tex.27. At uerò neque secundum accidẽs contingit. Simul autem duo corpora in eodem inerũt. nam & ipsa amphora in se ipsa erit: si id cuius natura susceptiua est, contingat in seipso esse, & insuper illud cuius est susceptiuũ: ut si uini uinum. Quòd igitur impossibile sit in seipso aliquid esse primò manifestum est.

C ¶In tex.27. subiungit secundam rationem, uidelicet, quòd nihil est in seipso per accidẽs, idest ratione alterius, ueluti nauta est in mari ratione nauis in qua est. Nam tunc (inquit) sequeretur quòd duo corpora essent simul in eodem loco, quod est impossibile. Ratio est implexa & obscura: nisi hoc prius consideretur, quòd amphoram esse in se per accidens, paralogizatur hoc modo. Vinum est in amphora, & amphora est in uino: ergo de primo ad ultimum amphora est in se. Quod quidem sophisma facilè potuisset Phil. diluere negando consequentiam. Nam vt primum sit in tertio ratione secundi, exigitur ut eo modo sit in secundo, quo secundum est in tertio. ut quia nauis est localiter in mari, & nauta eodem modo est in naui: fit ut nauta sit in mari. In proposito uerò non est ita. Quoniam uinum est localiter in amphora: amphora uerò non est localiter in uino, sed tanquam terminans & continens ipsum, ut textu sequenti patebit. Et ideo non sequitur quòd amphora sit in se. Supersedit tamen Phil. argumentũ infringere, & intulit aliud inconueniens. Quòd est huiusmodi. Si amphora est in seipsa de per accidens, id erit ratione uini: accidit enim amphoræ ut uinum sit in illa, & illa uiceuersa suo modo sit in uino. Arguit ergo. Si amphora cuius natura est conti- E nere dicitur esse in seipsa ratione uini, quod continet, sequitur in amphora esse duo corpora, scilicet & amphoram ipsam, & id rursus cuius est susceptiua [ut si uini, uinum,] idest si susceptiua uini, uinum erit in illa, & sic duo corpora erunt in eodem loco. Quòd est absurdum. ¶Concludit ergo ex dictis, quòd impossibile est idem esse in seipso primò, idest secũdum se totum, ut eadem sit ratio continentis & contenti. Et in illo verbo. Quod igitur, secat Commen. tex.28. Commodius autem secatur hic. F

Tex.28. Quod aũt Zeno dubitabat, quòd si locus est aliquid, in aliquo erit: soluere nõ est difficilè. Nihil enim prohibet in aliquo quidem esse primùm locum, non tamen in illo ut in loco, sed ut sanitas quidem in calidis sicut habitus, calor autem in corpore, ut passio. Quare non necesse est in infinitum abire.

¶In tex.28. ex his, quæ in hoc capite dicta sunt, dissoluit primò dubitationẽ Zenonis de loco. tex.12. propositam. Arguebat enim. Si locus est aliquod corpus positiuum, sequitur ꝙ locus ipse erit in alio loco, & ille in alio, & ita in infinitum. Respondet Phil. quòd locus omnis est in aliquorũ qui-

dem

A dem tãquam in loco: uerùm quodammodo, ut forma in materia. Vt enim dictum est totum esse in partibus, ut forma in materia quam cõtinet, & cui dat esse, & uicissim partes in toto, sicut materia in forma, qua recipit esse & conseruatur: ita locatum est in loco tanquam conseruatum in conseruante: & è cõuerso in locato est locus tãquam cõseruans in cõseruato. vt Deus est in rebus. Et quia formæ proprium est dare esse, atque adeo cõseruare modum essendi loci in locato, comparat modo essendi formæ in materia, ut sanitas quæ est proportio qualitatum est in ipsis qualitatibus: & habitus, uel dispositio est in subiecto. Non quòd sit
B omnimoda similitudo: quia locus non inest formaliter locato, sed sicut forma terminat & cõtinet materiam intrinsecè, ita locus terminat & continet extrinsecè. Vnde supremum cœlum, quod omnium locus est, quæ sub illo continentur, est quidem in aliquo: uerùm non tanquam in loco, sed tanquam in eo quod terminat, continet, & conseruat. Quocirca non sequitur processus in infinitũ in locis. ¶ Ex quo sequitur quòd quamuis nihil sit in seipso positiuè (ut hactenus monstra-
C tum est) nihil tamen prohibet aliquid esse in seipso negatiuè, id est, non in alio, tanquam in loco.

Tex.29. Illud autem manifestum, quod cùm uas nihil sit eius, quod in ipso (aliud enim est primò & quod inest & id in quo inest) non erit utique, aut materia, aut species, locus, sed aliud. Illius enim aliquid hæc sunt: quod inest, & materia & forma Hæc igitur sunt dubitata. Quid autem tandem sit locus: hic utique fiet manifestum.

¶ In tex. denique. 29. & postremò respondet ad alias duas dubitationes capitulo secundo discussas: an uidelicet locus sit materia, aut forma. Ait enim quòd cùm locus ex natura sua sit extra rationẽ locati (alia enim ratio continentis & terminantis, & alia contenti & terminati) materia uerò & forma sint de intrinseca ratione rei, fit ut neutra earum sit locus ipsius compositi, sed locus sit utrique extrinsecũ. ¶ Subdit autem hactenus dubitationis modo disputatum esse: atque ideo in subsequentib. determinari superest, quidnam sit locus. D

¶ *Consequenter caput 4.*

QVO' DEFINITVR QVID sit locus.

E

CAPVT IIII.



ACCIPIAMVS autem de ipso quæcunque uidentur uerè secundùm se inesse ipsi. Censemus igitur locum esse primum quidem quod continet illud, cuius locus est: & nihil ipsius rei esse. Amplius, primùm locum neq; minorem esse, neq; maiorem præterea neque deseri ab unoquoque, & separabilem esse. Ad hæc autem, omnem locum habere sursum, & deorsum, & ferri natura, & manere in proprijs locis: unumquodq; corporum. Hoc autem facere, aut sursum, aut deorsum. Tex.30. F

¶ Descendens denique Arist. in hoc cap. 4. per 13. textus distributo, ad diffinitionem loci, præmittit in quinque prioribus textibus quatuor suppositiones, & documenta quinque. ¶ In tex. ergo isto 30. iacit quatuor suppositiones, quibus loci naturam explorantur. Omnes autem sumuntur ex communi consensu loquentium de loco: nam inde petendæ sunt huiusmodi dignitates. Prima suppositio est. Locus (ut in cõfesso est uniuersis) est primũ q͞d cõtinet locatũ, & nihil ipsius est. Lo

A cus enim uini est amphora: & locus pecunię, bursa. Designat ergo tres con ditiones loci. Prima quod contineat locatum: qua reprobat uacuum: quod cùm nihil sit, nihil subinde continere potest. Altera quòd sit primùm .i. proximè tangens locatum. Locus namque pecuniæ existentis in bursa non tam propriè dicitur arca ubi est bursa, quã bursa ipsa. vnde ut q. 1. examinabimus locus est superficies ultima concaua continentis locatum. Tertia conditio est quòd distinguatur à locato & à qua libet eius parte, ita enim propriè loquuntur homines de loco. ¶Secunda suppositio est. Primus locus, idest propinquissimè attingens locatum, nec

Tres conditiones loci.

B maior, nec minor est, sed æqualis locato. Ait, primus, quia locus materialiter acceptus pro corpore continente (qualis est amphora respectu aquę) maior est locato. Hæc etiam suppositio sumitur, ex modo loquendi, eo ꝙ locus est iusta exactissimaque mensura locati. ¶Tertia suppositio. Locus non deseritur, nec separatur ab unoquoque locato. Non prętendit quòd in eodem loco neutiquam esse possit nisi unum idemque locatũ: constat enim in eodem loco succedere diuersa locata: sed uult dicere quòd unusquisque

C locus semper habet aliquod locatum: sicuti quodcunque locatum est in aliquo loco. Ita ut dicantur ad cõuertentiam. Locus est: ergo locati locus est, locatum est: ergo loco locatum est. Non tamen sequitur, corpus est: ergo in loco est, ut patet de supremo cœlo. ¶Quarta suppositio est. Locus omnis sursum est, aut deorsum: & ad quécunque locum fertur aliquod corporum. Hæc autem suppositio intelligitur solùm de locis naturalib. grauium & leuium, quia cùm de cœlo nihil hactenus diffinierit, loquitur secundùm famosam antiquorum opinionem: qui putabant cœlos etiam constare ex natura graui, uel leui: cùm tamen in rei veritate cęlum, nec sursum, nec deorsum, nec prorsus ad locum, sed præcisè in loco moueatur. D

Suppositis autem: his reliqua speculari decet. oportet autem tentare considerationem sic facere: ut ipsum quid est reddatur, vt & quæ dubitantur, soluantur, & quæ uidentur inesse loco insint. & amplius, ipsa difficultatis, & earum quæ circa ipsum dubitationum causa erit manifesta. sic enim pulcherrimè demonstrabitur: unumquodque.

Tex. 31.

¶Post quatuor suppositiones subdit documenta quinque. Primum in hoc tex. 31. explicat quatuor conditiones quas habere debet diffinitio, cum loci, tum etiam cuiuscunque rei, ut sit bona. Ait nanque talem habendam hic esse loci considerationem, ut eius diffinitio, primò explicet ipsum quod quid est: nam ut habetur 7. Top. c. 2. diffinitio est oratio explicans quod quid est, idest naturam rei. Secundò debet esse talis diffinitio, ut per eam omnia dubia & quæ supra mota sunt, & quæ de loco submoueri possunt, terminentur. Etenim ut est 3. meta. tex. 1. ueritatis cognitio dubiorum est solutio. Tertia conditio diffinitionis est, ut per eam accidentia, quæ rei propriè insunt, dignoscantur: nam cùm diffinitio explicet naturam rei, & naturam accidentia propriè subsequantur, per diffinitionem cognoscuntur accidentia propria. Competit denique bonæ diffinitioni, ut per eam aperiatur causa difficultatis, & discordiæ opinionum quæ de natura rei controuersantur. E F

Diffinitio, ut sit bona, quatuor conditiones habere debet.

Primum igitur considerasse oportet: quòd non quæreretur utique locus, si non motus aliquis secundum locum esset. propter hoc enim & cęlum maximè in loco putamus esse: quia semper est in motu. Huius autem

Tex. 32. Locus per motus inuestigatur.

A tem aliud quidem est loci mutatio, aliud verò augmentum, & decrementum. Etenim in augmento & decremento transmutantur: & quod prius erat hic, iterum translatum est in maius, aut minus ¶ Est auté quod mouetur: aliud quidem per se actu, aliud uerò per accidens. Eius autem quod secundùm accidés: aliud quidem potest moueri per se, ut partes corporis, & in nauigio clauus: alia uerò nõ possunt, sed semper secundùm accidens, ut albedo & scientia. hæc enim sic transmutantur secundùm locum: B quia id in quo sunt, transmutatur.

¶In tex. 32. subsequuntur duo alia documéta. Secundum ergo documentum est, quòd nunquam fuisset quæsitum disputatumque de loco, nisi esset motus aliquis localis. Enimuerò (ut tex. 3. uisum est) quemadmodum materiam philosophi perscrutati sunt ex successione diuersarum formarum in eodem subiecto, ita indagauerunt locum, uidentes, in eodem loco diuersa succedere corpora: idemq; corpus diuersa loca mutare. Vnde quidam antiqui credentes omne cœlum moueri, C inferebant supremum etiam cœlum esse i loco. Et hoc est quod ait hic Philo. [propter hoc cœlum putamus in loco esse] aut enim intelligit de orbibus inferioribus: aut si intelligit de supremo, loquitur secundum illorum opinionem. De qua 6. huius & 1. cœli copiosior habebitur sermo. ¶Est autem triplex motus localis: alius enim est totius loci mutatio qui dicitur motus ad locum. Et hic per se primò dicitur motus localis, quia terminus talis motus non est alius, quàm locus. Alij duo sunt motus non ad alium distinctum locum, sed ad maiorem uel minorem. vt augmentatio & diminutio. Et isti non sunt per se primò motus locales: nam augmentatio non est

Triplex motus localis.

motus ad locum, sed ad quantitatem: D & pariter diminutio, sed de per accidens & consecutiuè, aucta uel diminuta quantitate augetur, uel diminuitur locus. Nec sine causa adiecit hanc distinctionem, quia locus non tam manifestè cognoscitur per augmentum, uel decrementum locati (ubi non mutatur totus locus, sed fit mutatio à parte ad totũ locũ, uel à toto ad partem) quam cognoscitur per motũ localem: qui est per se primò motus ad locum. ¶Tertium documentum est. Eorũ quæ mouentur, aliud est quod actu mouetur per se, ut totum suppositum: puta E homo, uel lapis: aliud uerò, quod mouetur per accidens, ut partes eius, & accidentia. Rursus horũ quę actu mouentur per accidens, aliud est quod potest per se moueri. ut pars si abscindatur à toto. Et clauus nauis mouetur per accidens ad motum nauis, & per se à gubernatore. Aliud uerò est quod neutiquã potest per se moueri, ut accidentia. Quæ cùm non possint separari à subiecto, nó possunt moueri motu proprio. Subiecit itidem hãc distinctionem: primò quia quot modis contingit moueri localiter, tot modis contingit esse in loco, scilicet per se & per accidens. Secundò, quia locus nõ tam F innotescit ex his quę mouẽtur per accidens, quã ex his quę per se mouẽtur.

Quoniam autem dicimus esse in cœlo, ut in loco, quia in aere, hic autem in cœlo est, & in aere auté, non toto, sed propter vltimum ipsius & continens in aere esse dicimus. si .n. totus aer sit locus: non æqualis erit uniuscuiusque locus, & unumquodque. uidetur autem æqualis esse. talis autem is est: primus in quo est. Tex. 33.

In textu 33. quia dixerat locum inuestigari ex motu: non ex quocunque, sed ex motu ad locum: atque adeo eorum maximè quæ per se actu mouentur: addit quartum documentum tale.

A Non omnis locus dignoscitur per motum: quia non locus communis, sed tantum proprius. Vbi repetit distinctionem illam loci, quam fecerat textu 14. est enim alius locus communio: qui non est æqualis locato: sed est locus, aut quia est loci locus. ut cælum est locus meus, quia est locus aeris in quo ego sum: similiter totũ corpus in cuius parte ego sum (ut elementum aeris) est materialiter locus meus: quia sum in aliqua eius particula. Et quia per motum non mutatur locus communis: sed locus proprius, puta superficies qua me tangens circundat, per talem B motum non cognoscemus locum communem: sed proprium. Et hanc superficiem appellat ultimum continentis uersus locatum. Vbi ait quòd non est homo in toto aere [sed propter ultimum ipsius continens] Et eandem appellat primum locum. Nam quòd incipiendo ab aère uersus me, est aeris ultimum, incipiendo à me, est mihi primum.

Tex. 34. Cùm igitur non diuisum est quod continet sed continuum: non ut in loco dicitur esse in illo, sed ut pars in toto. Cum uerò diuisum est, & tangens: in primo quodam est, ul- C timo continentis, quod neque pars est eius quod in ipso est, neque maius spacio: sed ęquale. in eodem enim sunt ultima se tangentium. ¶ Et cùm continuum sit, non in illo mouetur: sed cum illo. diuisum autem in illo. Et siue moueatur continens, siue non: nihil minus. ¶ Ampliùs autem cum non diuisum est: ut pars in toto dicitur, ut in oculo acies, & in corpore manus. Cùm autem diuisum est. Vt in cado aqua, aut in fictili uinum: manus enim cũ corpore mouetur, aqua autem in cado.

¶ Vnde in textu 34. quinto documento explicat quomodo primus locus debet esse ultimum continentis: quo potissimum explicatur natura loci. Ait enim quòd illud ultimum continentis debet esse ultimum, non in potentia, sed in actu. Illud enim est ultimum in potentia respectu alicuius, quod est cõtinuum alteri: illud uerò est ultimũ in actu, quod est actu diuisum: atq; alteri contiguum. Exempli gratia. Totum continet partẽ non quidem ut locus locatũ. Humerus. n. continet brachium: sed quia est continuus brachio, non est ultimum actu corporis uersus brachium, & ideo nõ est locus brachij. Et eadẽ ratione oculus, qui est cõtinuus cerebro, nõ est in illo tanquã in loco: si autẽ esset discõtinuus, illa superficies cerebri circuntangens oculum esset proprius locus eius. Etenim quia esset vltimũ actu cõtinentis, esset primus locus oculi. Vnde colligit ꝙ locus, nec est pars locati, neq; maior locato: sed æqualis: quia ultima se tangentium. i. superficies cõuexa locati & concaua locãtis in eodẽ sunt simul loco: ut infra & q. 1. amplius explicabimus. ¶ Probat aũt quòd totum nõ continet partẽ: sicut locus locatum duabus rationibus. Prima illic (& eum continuum.) Pars non mouetur in toto, sed cũ toto. i. ad motum totius: si autẽ est diuisa à toto, poterit moueri in toto, siue totum contineus moueatur, siue non: hęc autẽ est natura locati, vt possit moueri in loco continẽte, siue ille moueatur siue non: ergo pars continua nõ est in toto: sicut in loco. Brachium enim & oculus non mouentur, nisi ad motum totius: quãdo enim moueo oculũ, totus moueor secundũ partẽ: si aũt oculus esset discontinuus in eadẽ parte cerebri qua modo ẽ, tũc posset moueri oculus in cerebro quiescẽte. Cognoscit ergo locus ꝑ hoc ꝙ ad motũ locati non sequitur motus loci. Qđ est mente obseruandum. Hac. n. rõne

D E Natura loci. F Nota.

cogno-

A cognoſcitur ſanguinem eſſe in uena ſicut in loco mouetur enim in uena, & ex uena ipſa manente immota, & per conſequens eſt illi, non continuus, ſed contiguus. ¶ Secũda ratio eſt illic[amplius autem] quæ ſumitur ex modo loquendi diuerſo. Nam pars alteri continua dicitur eſſe in illa alio modo eſſendi eorum, qui notati ſunt textu 23. ſicut forma in materia. ut acies, ideſt pupilla dicitur eſſe in oculo tanquam quædam diſpoſitio oculi: & manus in corpore tanquam organum eius. Quando autem diuiſum eſt, dicitur eſſe in illo: ſicut in uaſe. ut uinum in cado.

B

Tex. 35. Iam igitur manifeſtũ ex his: quid eſt locus. Quatuor enim ferè ſunt: quorum neceſſe eſt locum unum aliquid eſſe, aut enim forma eſt, aut materia, aut ſpacium aliquod medium extremorum, aut extrema, ſi non eſt ullum ſpacium præter inexiſtentis corporis magnitudinem. Horum autem, quòd tria non poſsint eſſe, manifeſtum eſt. Sed propterea quòd continet, uidetur forma eſſe. in eodem enim ſunt extrema continentis

C & contenti. Sunt igitur utraque termini, ſed non eiuſdem. ſed ſpecies quidem rei, locus autem continentis corporis.

¶ His præiactis ſuppoſitionibus ac documẽtis in reſidua parte textus conſtituit exactam diffinitionem loci: incipiens à genere diffinitionis. Quod inueſtigat modo diuiſiuo: ita enim. 2. poſte. tex. 17. oſtendit inueſtigandam eſſe diffinitionem. Format ergo huiuſmodi rationem. Locus uel eſt materia, uel forma locati, uel ſpacium interceptum inter locatum & latera cõtinentis, uel ultima ſuperficies cõcaua continentis: nõ tria priora: ergo quartum. Maior eſt nota ex ſupra dictis cap. 2.

D ubi enarrauit opiniones antiquorum credẽtiũ locum eſſe eorũ aliquo triũ. Minorem autem probat ſigillatim. Et primò de forma repetit rationẽ quam fecerat tex. 14. ad probãdum formam eſſe locum, propterea quòd proprium loci eſt terminare locatum: ſunt enim ſimul ſuperficies cõuexa locati & concaua locantis (quas hic appellat extrema continentis & contenti.) Forma eſt etiam terminus materiæ & ſuppoſiti: nam generatio terminatur ad formam: ergo forma eſt locus. Reſpondet quòd quamuis utraque, ideſt tam forma, quàm locus ſint termini, diuerſimodè tamen & diuerſorum, quia forma eſt terminus intrinſecus rei locatæ dans illi ſpeciem: locus autem non eſt terminus intrinſecus locati, ſed locantis: cui non dat ſpeciem: ſed terminat quantitatem eius uerſus locatum: atque adeo eſt terminus extrinſecus locati. E

Ex eo autem quòd mutatur ſæpè, manente continente, contentum & diuiſum, ut ex uaſe aqua: ipſum medium eſſe aliquod uidetur ſpacium, tanquam aliquid exiſtens præter ipſum corpus tranſlatum. Hoc autem non eſt: ſed quoduis incidit corpus eorum, quæ transferuntur ac tangere apta natura ſunt. Tex. 36. F

¶ In textu 36. proſequitur oſtendere quòd locus nõ ſit ſpacium & interuallum quòd eſt inter latera continentis. Opinio hæc (ut elicitur ex iſtis antiquis & ex Commentatore) ſumpta eſt ab æſtimatione vulgi. Cùm enim in dolium uacuũ infunditur uinum, vulgares non putant vinum recipi in dolio, ſed in ſpacio illo: ubi (cum aerem non experiuntur) exiſtimant eſſe ſimpliciter uacuum. Obidque aliqui antiqui, aut Platonici, aut alij, dicebant eſſe in illo inani quaſdam dimenſiones interminatas, quæ erant quantita-

A tes separatæ ab aere inde exeunte, & à vino subintrante, quæ quidem se penetrabant prius cũ aere & postea cum aqua. Eo modo (ut reor) quo Christiani credimus corpora gloriosa cũ quantitate cœli se penetrare. Ratio istorum erat hæc, quam hic tangit Aristo. Locus est id quod manet immotũ quando locatum mouetur: ergo præter aerem exeuntem a uase & aquam succedentem debet esse aliquid quod sit locus manens immobilis illud autẽ non potest esse dolium continens: ex eo (ut dicit hic S. Tho.) quia etiam aliquãdo ad motum locati mouetur doliũ continens, & tamen locus debet manere B immobilis. Vel fortè ratio qua putabant corpus cõtinens non esse locum, erat, quia locus debet esse æqualis locato: & continens semper est maius locato, quia non aduertebant quõ locus debet esse ęqualis locato solũ secundũ superficiẽ concauam. Et ideo ponebãt illas dimensiones quæ adæquatè se penetrant cum locato, esse locum. ¶Negat ergo Aristo. ita esse, ut illi putant quòd intra latera continentis sit res aliqua immobilis præter corpora, quæ trãsferuntur, idest pręter aerem exeuntem & aquam subintrantem quæ successiuè tangunt latera continentis, atq; C adeo replent totum spacium: nec manet aliquid immobile præter continẽs ipsum. Et hoc est quod ait. Hoc autem non est &c.

Tex. 37. Si aũt esset aliquod spaciũ aptum natura, ac manens in eodem loco: infinita utiq; essent loca. Translato .n. aere & aqua idem facient partes omnes in toto, quod nunc tota aqua in uase. ¶Simul autem, & locus erit mutatus. Quare erit loci & alius locus: & multa loca simul erunt. non est autẽ, alius locus partis in quo mouetur, cũm totum uas trãsfertur, sed idem. In quo enim sunt, uicissim transferuntur aer, & aqua, aut partes aquæ: sed non in quo sunt loco. qui pars est D eius loci, qui est locus totius cœli.

¶Subsequenter in textu 37. probat quòd infra latera continentis nulla sit alia res quàm corpus locatum, duobus rationibus quas Themist. Philoponus & prisci omnes meritò aiunt esse obscurissimas, & uix unquam expositas. Ratio prima est hæc. Si locus esset spacium (puta dimensio inter latera spacij, distincta à locato) sequeretur quod essent simul infinita loca, actu respectu partium locati. consequens est impossibile: ergo & antecedẽs. Sequelam diuersi diuersimodè exponunt. Eam tamẽ sic mihi uideor intelligere. Partes E locati secundum Arist. & rei ueritatẽ, nec sunt per se in loco neq; habẽt propria loca: sed sunt per accidens in loco totius. Cuius rõ est quia locus per se & proprius debet esse actu diuisus à locato, & illi æqualis secundum totas superficies, concauam loci, & conuexam locati, & manifestũ est quòd nulla pars aquæ existentis in uase est hoc modo in loco propriè? Nam partes interiores non tangunt superficiem concauã uasis, quæ est locus, sed sunt continuæ alijs partibus aquæ, & pars superficialis non potest dari quin secun- F dum profunditatem sit etiam cõtinua aquæ. Quare si locus est superficies continentis, nulla pars locati habet per se proprium locum. At si locus non sit superficies continentis, sed dimensiones illæ quæ se penetrant cum toto locato, non requiritur, æqualitas loci & locati secundum superficies, sed secundùm totam quantitatem dimensionis loci se penetrantis cum toto locato. Ideoque singulis partibus locati respondent singula propria loca: ut puta dimensio, quæ se adæquatæ penetrat cum tali. Et per consequens sunt infinita loca. ¶Quòd si quis arguat, quòd illæ dimensiones sunt omnes continuæ: & per consequens non sunt actu propria loca, sicut non sunt Obiectio.

actu

A actu diuisa entia. Responsio ad hoc est adnotanda, quòd secundum illorum opinionem non requiritur, ut aliquid sit proprius locus, ꝙ non sit cótinuus alteri loco: hoc enim requirit secúdum Arist. idcirco quòd superficies concaua loci debet esse æqualis superficiei conuexæ locati: & ideo qñ pars continui discótinuatur producitur noua superficies, quæ fit actu locus. ut si oculus discontinuaretur à parte cerebri in qua est & maneret in eodē loco. At uerò secundum illorum opinionem, si pars locati discontinuaretur, in eodem loco maneret in quo modò est (ut inquit hic S. Thom.) puta in eisdem dimensionibus: atque adeo eadē B dimensio, quæ tunc esset proprius locus partis, est & modò. Quin etiam (quantum illorum opinionem coniector) neque dimensiones totius spatij vasis, quæ sunt locus totalis aquę, sunt actu per se diuisæ: quinimo continuātur cum dimensionibus penetrātibus se cum lateribus uasis: & illæ cū alijs quæ sunt locus circunstantis. Itaque sunt eædem dimensiones cōtinuæ per totum orbem cum quibus se penetrant elementa & mixta. Et hoc est qđ ait hic Phil. [idem facient partes omnes &c.] idest, sicut tota aqua est in dimensionibus quæ sunt partes aliarum dimensionum tanquam in proprio lo- C co, ita & omnes partes sunt in toto. i. dum uniuntur, sunt in suis proprijs locis. ¶ Secunda ratio est illic. [Simul autem &c.] Et est hæc, Si locus aquæ esset spacium illud contentum inter latera uasis, sequeretur ꝙ loci esset alius locus, idest quòd duo & plura essent loca adæquata, quorum unus esset in alio: quod est absurdum: Probatur sequela. Cum uas plenum aqua transfertur & mutatur simul cum aqua, necesse est ut transferatur illud spacium quod erat inter latera uasis: tunc ergo totum illud aggregatum ex uase & spacio (.i. ex dimensionibus & aqua) recipitur in alio spacio, scilicet in alijs dimensionibus: per consequens illæ di- D mensiones & spacium inter latera uasis, quod est locus aquæ, recipientur in alijs dimensionibus tanquam in loco adæquato: consequens tamen (inquit) est falsum. Cùm enim (inquit) totum uas transfertur, nó est alius locus partis in quo mouetur. Aquam totam appellat partem illius aggregati ex uase & aqua. Et vult dicere ꝙ cùm uas transfertur, aqua uel aer, quo uas est plenum, non mutat per se locú, sed per accidens ratione uasis. Et hoc est quod ait [in quo enim sunt &c.] aqua uel aer in eodem loco in quo modò sunt (puta in superficie uasis) transferuntur, cum transfertur uas. E

¶ Quod autem subdit [sed non in quo sunt loco &c.] hoc modo intelligitur. Cum dixisset contentum in uase moueri de per accidens quando mouetur totum uas, explicat non hoc esse uerum uniuersaliter, ut potè quando uas seu continens mouetur, contento manente in eodem loco formaliter respectu centri mundi. Quando enim aliquis homo est in fluuio uel in aere, licet aer uel aqua circundans hominem fluat, homo tamen non mouetur. Immò superficies aeris succedentis reputatur idem locus: quia manet in eadem distantia ad centrum terræ & ad puncta fixa cœli. ut quæst. 1. am- F plius explicabimus. Vel si naui in qua sum mota uersus orientem, ego mouerer uersus occidentem, ut non mutarem Zenit cœli, ego non mouerer. Et hoc est quod ait, quòd aqua uel aer non mouentur quando sunt in loco eodem, qui est pars eius loci, qui est locus totius cœli, idest quando manent in eodem puncto respectu orientis, & septemtrionis, & centri terræ. Sed de hoc latius. quæst. prima. ¶ Ad- Nota. notauerim hic tamen, quòd Aristo. non formauit rationem hanc secundam tanquam demonstrationem aduersus illos. Sed probabiliter dixit quòd cum uas mutatur & transfertur,

Solutio.

A transferuntur simul dimensiones quæ erant intra latera uasis. Credo nanque hoc illos negasse. Nã fingebant dimensiones fixas cõtinuas in toto orbe, quibus immotis per illas penetratiuè mouentur corpora: ueluti Christiani affirmamus post diem iudicij corpora gloriosa mouenda intra corpus cęli penetratiuè. Et sic quando amphora mouetur, non mouentur dimensiones quæ erant inter latera. Immo hac de causa dicebãt illas esse locum, quia sunt immobiles ad motum locati. Sunt tamen hæc antiquorũ nugę, & ideo quicquid illi negassent benè arguit Aris. ꝙ dum
B uas mouetur, quicquid positiuum est intra illud, mouetur simul cum illo.

Tex. 38. Et materia etiam uidebitur utiq; esse locus: si in quiescente aliquis consideret & non separato, sed cõtinuò. Vt .n. si alteratur est quippiam quod nunc quidem album est, olim autem nigrum, & nũc quidem durum, olim autem molle (quapropter dicimus esse aliquid materiam) sic & locus per hanc quandam uidetur esse imagina
C tionem. Verùm illud quidem: quoniam quod erat aer, hoc nunc aqua est. locus uerò: quoniam ubi nunc erat aer, hic nunc est aqua. Sed materia quidem sicut dictum est in prioribus: neque separabilis à re, neque continens est. locus autem ambo.

¶In tex. 38. probat tertium membrum prioris diuisionis, scilicet quòd nec locus est materia. Adducit tamen prius apparentiam ad contrarium, dicens, ꝙ si consideretur analogia inter locum & materiam, uidebitur locus esse materia. Conueniunt enim ꝙ sicut eadé numero materia manens successiuè recipit diuersas formas, ita & idem manẽs locus diuersa locata. Differunt autem, quòd locus subiecto separatur à locato: materia uerò & forma, sicut substantia & accidens, sunt idem subiecto. Et hoc est quod ait [uidetur materia esse locus, si quis consideret in quiescente, & non separato] D
idest si solum consideret quòd quemadmodum materia eadem manens suscipit diuersas formas, ita locus idem quiescens diuersa locata, quæ illic succedunt: & non consideret quòd locus separato subiecto à locato: materia uerò non, sed est continua formæ, idest sunt unũ subiecto. Vt enim quod nunc est album, idem postea est nigrum &c. ita idem locus qui nunc suscipit unum locatum, deinceps recipit aliud. ¶Excludit autem materiam esse locum triplici constituta differentia. E
Prima quod materia ita recipit successiuè formas, ut uirtute illius idem subiectũ recipiat in recto diuersa predicata successiuè: nam propter materiam, quæ manet eadem concedimus aliquo modo, id quod erat aer, nunc esse aquam, & propriè id quod erat album, nunc esse nigrum. De loco autem non ita: sed in obliquo concedimus, quòd in eodem loco, ubi erat aer, nunc est aqua. Secunda differentia est illa suprapósita, scilicet quòd materia recipit formã tanquam subiectum, & ideo materia & forma non separãtur: F
sed sunt unum subiecto: omnia enim quæ sunt in Petro sunt idem subiecto. locus autem non isto modo recipit locatum, sed tanquam res diuersa. Tertia differentia est quòd locus continet locatum: materia uerò non continet formam, sed suo modo continetur, quia continere dicit actum: materia uerò est pura potentia. Quare locus in hoc similior est formæ quàm materiæ.

Si igitur nihil horum trium locus est, neque species, neque materia, neque spacium semper aliquid existens alterum præter spacium rei translatę: necesse est locum esse reliquum ex quatuor continentis, scilicet terminum corporis: Dico autem contentum Tex. 39.

A tum corpus, quod mobile est secundùm loci mutationem.

¶In tex.39. à sufficienti diuisione, quàm fecerat text.35. concludit proprium genus diffinitionis loci. Ait enim uel spacium, quòd si locus uel est forma, uel materia, uel ultimus terminus continentis: & non est forma, nec materia, neque aliquod spacium præter spacium rei translatæ (idest aliqua dimensio distincta à quantitate rei locatæ quæ mutatur localiter) fit ut sit quartum: puta terminus ultimus continentis. Dimensiones illas, & spaciũ separatum ut infra text. 61. copiosius B patebit, censebant esse accidens (puta quantitatem) per se subsistens: sine subiecto, quæ cum recipiunt corpus physicum, exercent uicem loci, cùm uerò carent illo, censebantur esse uacuum. Et propterea appellabant illud spacium uacuum separatum.s.à corpore physico. Ideoque ne quis putet locum continere illas dimensiones immobiles supra impugnatas, subdit ꝙ cõtentum nihil aliud intelligit, quàm corpus ipsum mobile secundùm locũ.

Tex. 40. Videtur autem aliquid magnum esse, & difficile captu locus: tũ quoniam esse materia uideatur, atque for C ma, tum quoniam in ipso continenti quiescente fit translatio eius quod fertur. Posse enim uidetur esse spacium medium aliud quippiam à motis magnitudinibus. confert autem aliquid: & aer apparens incorporeus esse. Videntur enim non solùm termini ipsius uasis, esse locus, sed & quod intermedium est ut uacuum.

¶ Cõstituto genere diffinitionis prosequitur Arist. tex.40. rimari ultimam differentiam, seu propriam passionem loci, quæ est, ut sit immobilis ad motũ locati. Ait ergo difficilem esse considerationem loci: cùm ex eo ꝙ censetur D ab aliquibus esse, uel materia, uel forma, quarum consideratio in physica ꝑ difficilis est, tum maximè: quia motus localis fit à loco in locum, locis ipsis quiescentibus, ꝙ autem sit aliquis locus quiescens qui nõ moueatur ad motum locati, nihil aliud censetur esse, ꝗ uacuum illud, & inane spaciũ in quo recipitur locatum: nam quicquid est continens, est pariter mobile cum locato. Etenim amphora mouetur cum uino, & aqua fluuij cũ piscibus: & aer me circũdans potest & mecum moueri. Sic uidetur, ꝙ locus non est, nisi illud inane dolij in quo recipitur uinum. Et hoc confirmatur saltẽ in æsti- E matione uulgarium: quibus, cum aer incorporeus sit & insensibilis, apparet in uase aere pleno, esse uacuum. Concludi ergo uidetur, ꝙ nõ terminus cõtinẽtis, sed interuallum illud sit locus.

Vt autem uas, locus est qui transferri potest: sic locus uas immobile. Tex. 41. Quapropter cum in eo quod mouetur quippiam moueatur, mutetur-que id quod intus est, ut in flumine nauis, ut uase magis quàm loco, utitur continente. Vult autem, immobilis esse, locus. Quocirca totus magis fluuius, locus est: quia F immobilis totus est. Quare continentis terminus immobilis primus: locus est.

¶In tex.igitur 41. explicat proprietatẽ illã loci, quæ est esse immobilẽ, atq; adeo exactè colligit diffinitionem loci. Et quia locus res est occulta ostendit locũ ex uase, qđ nobis est manifestum. Conuenit.n. inter locum & uas, & præterea differt: obidque ingeniosè ait & locum esse quoddam uas, & uas rursus quendã locum. Nisi ꝙ locus est uas immobile: uas uerò locus mobilis. Locus enim ad modum uasis continet locatum: additur uerò naturæ loci ut immobilis semper maneat, locatis ui-

Loci diffinitio, circa quam uersatur q. 1.

A vicissim inde translatis. Vasis autem natura est ad res uehendas & loco mutandas: iuxta illud Actuum. 9. vas electionis mihi est ut oporteat nomẽ meũ &c. & ideo uasi nihil repugnat simul moueri locato. Vnde infert quòd cũ quippiam mouetur in alio, quod itidẽ mouetur, ut cum nauis mouet in fluuio ad fluxum aquæ, tunc inquit unde deferentes secum nauim, potius se habent ut uas nauis, quàm ut locus. Quẽadmodum & nauis potius se habet, ut uas eorum quę mouentur in naui, quã ut locus. Locus etenim suaptè natura vult esse immobilis. Quocirca totus potiùs fluuius est locus communis in quo mouetur nauis. Fluuius enim idẽ
B dicitur ut Tormes (quod est singulare nomen) quia aquæ, quamuis alijs aliæ succedant, tamen ista alueus immobilis permanet respectu orientis & poli fixi in cœlo. Locus inquam communis: quia nauis non occupat totum fluuium, sed solam partem.

¶Concludit ergo definitionem loci dicens. Locus est terminus continentis, immobilis, primus. Terminus continentis ponitur loco generis. Et debet esse terminus actu. ut text. 34. expositum est, idest superficies concaua, qua continens intrisecè terminatur. ¶Immobilis ad differentiam vasis. Et est sensus, quod talis superficies ea ratio-
C ne qua non mouetur ad motum locari, sed semper manet in eadem altitudine respectu centri terræ, & in eadem longitudine respectu orientis, & in eadem latitudine respectu poli (ita enim geometræ longitudinem & latitudinẽ metiuntur) est locus. Non enim locus supponit pro respectu, sed pro superficie connotando talem respectum. Vnde locus arboris suis radicibus fixis in fluuio semper est idem, quamuis aqua circunstans incessanter fluat. Nam licet superficies circunstantes sint semper diuersæ in genere quãtitatis, sunt tamen idem locus. Quod quęstione prima copiosius examinabimus. Primus, ponitur ad differentiã D
loci communis: superficies enim conuexa lunæ, sicut superficies gymnasij, sunt mihi loca communia: uerùm locus proprius sola est superficies aeris, quæ me circunquaque contingit.

Atque propter hoc medium cœli, & vltimum ad nos circularis lationis uidetur esse, hoc quidem sursum, illud uerò deorsum maximè omnibus propriæ. quoniam illud quidem semper manet, circuli autem ultimũ similiter se habens manet. Quare, cum leue quidem sit, quod sursum fertur natura, graue uerò, quod deorsum: qui uersus medium continet terminus, deorsum est, & ipsum medium. qui uerò uersus ultimum: sursum, & ipsum vltimum. ¶ Et propter hoc: uidetur planum quoddam esse & ueluti uas, locus, & continens. ¶ Ampliùs cum ipsa re quodammodò etiam locus existit. simul enim cum finito fines sunt. Tex. 42.

¶In text. denique 42. & postremo p ampliùs explicat particulas tres diffinitionis loci. Et primò quòd sit immobilis, exemplo & auctoritate omnium physicorum. Sanè qui duo fixa & immobilia loca rebus naturalibus statuunt. s. medium cœli (quod est centrum terræ) & ultimum quò ad nos circularis lationis. i. superficies concaua orbis lunæ. Et hoc (s. concauum lunæ) est locus sursum, quo mouentur leuia, illud uerò (s. centrum terræ) est deorsum, quo mouẽtur grauia. Quòd autem uterque locus sit immobilis patet, quia centrum semper permanet immobile: concauum uerò licet circulariter feratur, tamen semper permanet in eadem distantia longitudinis respectu centri. Circa quod cœlum mouetur, & ideo dicitur mediũ cœli. ¶Secundò inquit genus loci esse E
non

A non materiam, nel formam, quæ sunt de prædicamento substantiæ, neque dimensiones illas separatas à locato (ut tertia ferebat opinio) sed planū quoddam, idest concauam superficiem de genere quantitatis. ¶ Tertiò demum ex dictis subinfert quomodo locus & locatum sunt simul, atque adeo æqualia. Non enim debent esse simul, aut æqualia, ut opinio illa fingebat, quæ affirmabat locum esse dimēsiones quę sese intus penetrant cum toto locato: sed debent esse simul, idest contigua secundùm superficies concauam loci & conuexam locati, & secundùm tales superficies æquātur locus & locatum.

B Nam cùm superficies non sit diuisibilis secundùm profunditatem, neutiquam concaua loci, maior esse potest, quàm connexa locati.

Sequitur quæst. 1.

QVO' OSTENDITVR quomodo res quæcunque sint in loco.

Cap. V.

Tex. 63.



QVI igitur corpori est aliquod corpus extra cōtinens ipsum: hoc in loco est. cui uerò non: minime.

C Quocirca etiam si qua fuerit huiusmodi: partes quidem mouebuntur ipsius. continentur enim à se inuicem. Totum autem est quidem ut mouebitur, est uerò tanquam nō, ut enim totum, simul locum nō mutar. circulariter autem mouebitur, (partium enim hic locus est) & sursum quidem & deorsum non. Circulariter autem nonnulla: alia uerò sursum & deorsum, quæcunque habent densitatem & raritatem.

¶ Postquam diffinitione constituit quidnā sit locus, in hoc demum quinto capite septem textus complectenti D pergit Phi. ostendere quot modis contingat rem aliquam esse in loco. Et id absoluit in quatuor prioribus textibus. Nam in reliquis tribus respondet contrariorum argumentis. Atqui tota causa sermonis huius fuit suprema sphera cœlorum. Nam cum dictum sit terminum continentis esse locum, & supra primum orbem nullum sit corpus continens, consequens esse uidetur, supremum orbem non esse in loco. Quapropter intēdit hic constituere eiusmodi cœlum non esse in loco ratione totius, sed ratione partis. Ad quod ostendendum præmittit tres distinctiones. Prima est in hoc text. 43. E Dupliciter aliquid est in loco, scilicet secundum se totum, & secundum partes. Et primus modus est essendi in loco propriè & simpliciter. Et illud est hoc modo in loco, extra qđ est aliud corpus continens, cuius supficies concaua est propriè locus secundum positam diffinitionem. Illud autē cui nullum circunstat corpus, non est propriè & simpliciter in loco, sed secundum quid, idest secundum partes. Et quia locus ut tex. 32. dictum est, innotescit per motum, subiungit exemplum, ꝙ si illud corpus, extra quod nullum est reliquum, fuerit aqua, partes quidē eius mouebuntur: quia inuicem continentur F quodammodo tanquā loca in potentia, ut statim explicabitur: totum autem ipsum quodammodo mouebitur, quodammodò uerò non. Nā cum totum non mutet locum, poterit quidē circulariter moueri quatenus una pars succedit in loco in quo erat alia, & hoc est quod ait [partium enim hic locus est] idest locus qui mutatur per motum est locus partium. Sursum autem uel deorsum, idest motu recto nō mouebitur: quia totū non potest mutare locum, quod requiritur ad motū rectum. Ponit exemplum de aqua, uel fortè quia philosophi audierant apud Aegyptios quòd ipsi ab Hebræis acceperant,

A perant, scilicet firmamentum diuiderer inter aquas, quę sunt super firmamentum & quæ sunt sub firmamento, uel (quod est uerisimilius) id solum ponit exempli gratia, propterea quod ad experientia constat quomodo partes aquę mouentur in uase (quia facilè sibiipsis cedunt) dato quod tota aqua non mutet locum. Quod etiam in toto mari comperimus. Scio Commentatorem hoc exemplum non referre ad supremam sphera: sed ad totum uniuersum: nempè quod sicut in toto elemento aquæ aliquæ partes mouentur sursum. Et aliæ deorsum, aliæ circulariter, ita in toto uniuerso. Verisimilius tamen est ad

B hoc solùm esse positū, ut intelligatur quomodo stet ultimam spheram moueri secundùm partes, & non secundū totum: nā illius causa sermo hic summotus est. ¶ Concludit ergo Aristo. eorum quæ mouentur alia moueri circulariter, quæ non necesse habent mutare locum secundum totum, alia uerò rectè, scilicet sursū, uel deorsum (quæcunque habent densitatem, uel raritatem) idest grauia & leuia: quia ut densitas grauitatis, ita & leuitatis raritas est causa.

Tex.44. Vt autem dictum est: alia quidem sunt in loco secundùm potentiam, alia uerò secundùm actum. Quapropter cùm continuum quidem sit

C id quod est similium partium: secundùm potentiam in loco partes sunt. cum uerò separata quidem sunt: tangunt autem se, ut aceruus: secūdum actum sunt.

In text.44. subdit distinctionem secūdam qua explicat quomodo partes continui sunt in loco præsertim, quando totum non est in loco. Dupliciter enim aliquid est in loco, scilicet potētia, uel actu. Potentia quidem quando locus nō est actu diuisus à locato actu uerò quando est actu diuisus. Exempli gratia dum oculus meus cōtinuus est D cerebro, nō dabitur ultima superficies in actu: si autē diuideretur à cerebro, produceretur noua superficies concaua cerebri, quæ esset locus oculi. Et ideo ait quòd partes continui sunt in loco in potentia, partes uerò acerui granorum milij sunt in loco in actu. Et loquitur de locis propriis partium: nam tanquam in loco communi omnes partes cōtinui sunt ratione totius in loco totius. Quapropter cùm suprema sphera non sit tota in loco, fit ut quælibet pars tantum sit in loco in potentia: puta in alia parte cui est continua.

Atque alia quidem per se sunt, ut Tex.45.
omne corpus, aut secūdùm loci mu E
tationem, aut secundùm augmētum mobile, per se alicubi existit. Cœlum autem, sicut dictum est, non est alicubi totum, neque ullo in loco est, siquidem nullum corpus ipsum continet. quo autem mouetur, hoc etiam locus est partibus, altera enim partium, alteri adhærens est. Alia uerò, secundùm accidens, ut anima, & cœlum. partes enim in loco quodam modo omnes sunt. in circulum enim continet alia aliam. ¶ Idcirco mouetur quidem circulariter solùm, quod sursum est. Totum autem, non alicu- F
bi est. quod enim alicubi est. & ipsum aliquid est, & adhuc aliud aliquid esse oportet præter hoc in quo sit, quod continet. Præter autem uniuersum ac totum nihil extra est.

¶ Tertiam distinctionem subiungit in text.45. dicens alia esse in loco per se: alia uerò accidens. Illa sunt in loco per se quæ mouentur secundùm locum, idest quę secundùm se totum mutant locum motu recto, aut illa quę augentur ad maiorem locum, uel decrescunt ad minorem. Semper perseuerat

A uerat Phil. esse in loco, diffinire & explicare per motũ ad locum: ut ea tantùm sunt propriè in loco, quę propriè mutant locum. Cœlum uerò (inquit) nullibi est totum. Aliqui accipiũt hic cœlum pro ultima sphera, sed fortè id accipit pro aggregato omnium simul orbium. Et quantùm ad rem idem est: nam neque ultima sphera, nec proinde totũ uniuersum, habet extra se corpus quo cõtineatur. Vnde infert quòd locus, quo totum mouetur, locus est partibus. Quod est dicere, totum non moueri, nisi secundùm loca partium, quæ sunt loca in potentia (ut dictum B est) quatenus pars quæ modo est in oriẽte postea est in angulo mediæ diei, postmodumque in occidente. ¶Subdit duo exempla eorum quæ mouentur per accidens. Primum de anima: quæ cùm sit indiuisibilis, nec est in loco per se, nec mouetur secundùm locum, nisi ratione corporis. Alterum est de cœlo, quod quantumuis sit diuisibile, non tamẽ habet extra se locum quo moueatur rectè, sed est in loco secundùm partes quæ se inuicem in circulum continent. Nam, ut expositum est, una est locus impotentia alterius: si enim sydus quod nũc est cõtinuum C orbi, à Deo supra naturaliter diuideretur, manente in eodem loco, esset tunc actu in loco: modo autem est in loco in potentia. ¶Infert ex dictis duo corollaria. Primum est: idcirco cęlum solum moueri circulariter, quia talem motum non requiritur esse propriè & per se in loco, totũ autem .i. vniuersum non est in loco propriè. Ad hoc enim requirit ꝙ præter id quod continetur in loco sit aliud corpus quo contineatur, at verò extra uniuersum nihil est.

Tex. 46. Et propter hoc omnia in cęlo sunt cœlum enim ipsum totum fortasse est. ¶Est autem locus, non cœlum, sed cœli quiddam, ultimus scilicet & tangens mobile corpus & terminus quiescens. & ob hoc, terra quidem in aqua est. hęc uerò: in aere. hic autem, D in æthere, & æther in cœlo, cœlum autem, non amplius in alio est.

¶In textu 46. infert primò secundum corollarium: nempe quòd omnia sunt in cœlo, illud autem nullibi. Nam cęlum inquit totum fortasse est, idest oĩa ambiens continensque. Ait, fortasse, non quia dubitet, sed quia nondum (usq; ad libros de cęlo) ostensum est extra cęlum nihil esse. ¶At nequis ipsum contradictionis redarguat, explicat quòd licèt cœlum, idest aggregatum omnium cœlorum omnia sub se contineat: non tamen totũ corpus cœli, sed quiddam illius, idest ultimus terminus, est locus, utpotè superficies concaua lunæ, quæ tangit corpus mobile, puta ignem. Terminus inquam ille, quiescens, idest non quatenus circulariter mouetur, sed quatenus semper est in eadem distãtia à centro terræ: ut textu 42. expositum est. Et eadem ratione terra est in aqua: aqua verò in aere, & aer in æthere, idest in igne, & ignis in cœlo, cœlum uerò nullibi. E

Manifestum autem ex his, quod & dubitationes omnes soluentur. si hoc modo dicatur locus. Neque enim simul augmentari necesse est locum, neque puncti esse locum: neq; duo corpora in eodem loco, neque spacium aliquod esse corporeum corpus enim est medium loci quoduis, sed non spacium corporis. Et est locus alicubi, non autem ut in loco, sed terminus in terminato. non enim omne quod est, in loco est, sed mobile corpus. Tex. 47. F

In tex. consequẽter. 47. rñdet ad argumẽta, qbus supra argumẽtatũ est ad partem negatiuam, uidelicet ꝙ nullus sit locus. Quæ quidem ut tex. 8. vsque ad 13. uisum est, sunt numero sex.

Nec

A Nec tamen ad omnia, sed ad quatuor præcisè, neque ordine quo propositæ sunt, respondet. ¶Sexta ratio erat in tex.13. ꝙ si nullus est locus sine locato, nec locatum sine loco, sed semper sunt æqualia tunc quando res augetur necesse est, ut eius locus augeatur. Ad quam respondet negando consequentiam: nam cum locus sit superficies cõtinentis, quando arbor. v.g. augetur acquirit maiorem superficiem continẽtis, quòd non fit maior per augmentum proprium (sicut arbor augetur ab intrinsico) sed per augmentum improprium, quia accumulatur noua superficies præcedenti. Dicunt aliqui ex B positores, ꝙ illa consequentia teneret si locus esset spacium & dimensio quę se penetrat cum locato. Sed tamẽ nec tunc profectò, sequitur ꝙ si propriè augetur locatum (ut uiuentia augentur) augeretur illo modo locus, sed tunc locatum extenderetur ad maiores dimensiones, sicut nunc extenditur ad maiorẽ superficiem. ¶Secũda ratio erat in tex.9. quòd si corporis esset adæquatus locus, eadem ratione & pũcti esset locus. Quæ consequentia nihil ualet: quia punctum cum sit indiuisibile nõ potest ambiri loco adæquato. Sed solùm sequitur, quòd cuilibet puncto superficiei concauæ locantis C correspondet punctus in superficie cõuexa locati. Quocirca secundùm opinionem tenentem locum non circuire locatum: sed esse dimensiones quæ se penetrant cũ locato, bona esset consequentia, quòd sicut locus corporis sunt illæ dimensiones, ita & locus puncti erit simile punctum correspondẽs illi in illis dimensionibus. ¶Prima ratio erat in tex.8. quòd si est aliquis locus corporis, locus etiam ipse debet esse corpus: nam si locus debet ambire totum locatum habens tres dimensiones, debet etiam ipse tot dimensiones habere. Hæc consequentia in opinione tenentium locum esse spacium & dimensiones quæ se penetrant cum locato bona est: sed tamen secundùm D rei ueritatem (quia locus est concaua superficies continentis) consequentia nulla est: quia potest eiusmodi superficies ambire omnes tres dimensiones locati, licet illa non sit corpus: quia non est diuisibilis secundùm grossitiẽ. Diuidetur autem ad diuisionem locati in sursum deorsum, dextrorsum, & sinistrorsum, ante & retro. Locus est in Nota. signis iste ad probandum ex mente Aristot. superficiem esse distinctã à corpore, & per consequens quantitatem à re quanta. ¶Quinta ratio erat Zenonis in tex.12. Si locus est aliquid positiuum, ille erit in alio loco: & ita in infinitum. Cui respondet per distinctionem primi consequentis. locus enim E põt esse in aliquo dupliciter: uno modo tanquam in loco: & isto modo non sequitur, si locus est, illum esse in alio, ut patet de suprema sphæra quæ est locus proximæ inferioris, & tamen ipsa non est in loco. Quinimmo nullus locus isto modo potest esse in loco. Nam superficies concaua continentis, non potest esse discontinua à continente: & per consequens ita non habet locũ in actu. Alio modo locus est in aliquo ut terminus extrinsecus in eo ꝙ terminatur: & hoc modo omnis locus est in aliquo, puta in locato, ut tex.28. dicebamus. Vnde locus respectu locati F potius habet rationem formæ, quàm materiæ. ¶Tertia ratio erat in tex. 10. Si locus est, uel est elementum, uel mixtum. Et quarta in tex.11. Si locus est, debet reduci ad aliquod genus causarum. Quas hic silentio præterit, (nec opus eas est dissoluere) eo quòd nullus fuit qui opinaretur locum esse, uel tanquam elementum respectu mixti, uel tanquam causa propria respectu effectus.

Et fertur igitur ad suum ipsius locum, unumquodque rationabiliter. Tex. 48. Quod enim consequenter est, & tangit non ui: congeneum est. Atque

A simul copulata impaſsibilia ſunt: quæ uerò ſe tangunt, paſsiua, & actiua ſunt ad inuicem. ¶ Et manet igitur natura totum in proprio loco, unum quodque non irrationabiliter. Etenim pars hæc in toto loco, ut diuiſibilis pars ad totum eſt: ut cum aquæ moueat aliquis partem, aut aeris.

Ordo uniuerſi.

¶ In text. 48. ex his quæ ſupra dicta ſunt, potiſſimum ex eo, quòd locus eſt ſuperficies continentis, elicit Phil. cauſam cur unumquodque entium naturalium quæ ſub cœlo ſunt ſuaptè natura feruntur ad ſua cuiuſque loca, & B in illis naturaliter manent. Et eſt equidem egregia phyſica. Enimuero quem ordinem partes orbis ſeruant ſecundùm ſuam nobilitatem & naturalẽ perfectionem, eundem ſeruant in ſitu & loco naturali, ut quemadmodum cœlum nobiliſſimum eſt omnium, ita & omnium ſupremũ eſt: deinceps ignis, eo quòd reliquorũ eſt prẽſtantiſſimus, cœlo collocatur proximus: eadem ratione aer proximè ſitus eſt apud ignẽ: quia nobilior quàm terra. Itaque cauſa cur ignis naturaliter mouetur ad cõcauum lunæ eſt, quia cùm ſit elementorum optimum, ſitu naturaliter ſupereminet omnibus: & ita ſuo ordine C de reliquis. Et hoc eſt quod ait (quod conſequenter eſt & tangit nõ ui) ideſt corpus quod non per uiolentiam: ſed ſuaptè natura continuum eſt alteri, congeneum eſt, ideſt cognatum eſt illi & perfectione proximũ. Explicat deinceps amplius elementorum naturã, dicens, quando elementa ſunt copulata, ideſt commiſta in compoſitione miſti, non ſe corrumpunt: ſed quãdo ſunt loco diſtincta & ſe tãgũt. ¶ Subiungit deinde cauſam cur unumquodq; manet in proprio loco naturali. Ratio enim eſt quia cùm locus ſit ſuperficies concaua cõtinentis habet ſe locatum reſpectu loci quodammndo ut pars reſpectu totius: pars (inquit) non conti- D nua, ſed actu diuiſa. Et hoc eſt quod ait (ut diuiſibilis pars ad totum) pars autem naturaliter conſeruatur in ſuo toto. Vt ſi quis moueat partem aquæ, uel aeris à ſuo toto elemento, nõ quieſcit quoaduſque reuertatur ad totum: cùm autem fuerit in ſuo toto, illic naturaliter quieſcit. Quo fit, ut ſi locus eſſet illud ſpaciũ & dimẽſiones diſperſæ per totum orbem, nulla eſſet ratio cur alia entia naturalia mouerẽtur ſurſum alia deorſum tanquam ad propria loca: nam illæ dimenſiones indifferenter ſe habent per totũ orbem: ſed quia aer. v.g. cognatus eſt igni & proximus ei in perfectione, naturaliter conſeruatur in concauo ignis, & ignis in con- E cauo lunæ, &c.

Tex. 49.

Sic autem & aer, ſe habet ad aquã nam alterum eſt ut materia: illud autem ſpecies. aqua quidem materia aeris eſt: aer uerò uel uti actus quidam illius. Nam aqua: potentia aer eſt. aer autem potentia aqua alio modo. Determinandum autem eſt de his, poſterius, ſed propter temporis opportunitatem, neceſſe fuit dixiſſe, im manifeſtè autem nunc dictum, tunc erit manifeſtius. Si igitur idem eſt materia & actus (eſt enim aqua, am- F bo ſed hoc quidem potentia, illud uerò actu) ſe habebit utique, ut pars quodammodo ad totum. Quapropter & his tactus eſt. Copulatio autem, cum ambo actu unũ facta fuerunt. Et de loco quidem & quod eſt, & quid eſt dictum eſt.

¶ In text. tandem 49. eleganter ſanè dilucidat quemadmodum locus ſe habet ut totum reſpectu locati. Sic enim inquit aer (qui eſt locus aquæ) ſe habet ad aquam: nam aqua inquit habet ſe ut materia reſpectu aeris. aer uerò ut forma, uel ut tota ſpecies reſpectu materiæ. Quod probat eo, quòd aqua eſt

A est potētia aer: & licet aer sit etiam potentia, aqua est alio modo. Vbi notandum est (ut 1. de generatio. uidebitur) quòd quamuis sicut ex aqua per rarefactionem fit aer, ita & ex aere per cōdensationem fiat aqua, (nam ex aere in cauernis terræ generantur fontes) tamen quia aer est perfectius, & nobilius ens, aqua appetit aerem, sicuti imperfectum, perfectius: & materia, formam. Ob idque cùm ex aqua generatur aer, dicitur corruptio secundùm quid, & generatio simpliciter, ueluti cùm semen corrumpitur ex quo generatur homo: cùm uerò èconuerso aer corrūpitur & generatur aqua, est corruptio simpliciter & generatio secundùm quid: ueluti cum ex homine generatur cadauer. B Quapropter potius aqua se hēt ut materia, & aer ut actus, quàm econuerso. De hoc autem licèt posterius (inquit) libro de generatione determinandus sit exactius, nunc autem pro tempore necesse fuit hoc dicere ad ostendendum quomodo aqua conseruetur in aere, ad similitudinem aliquo modo, quo materia cōseruatur in sua forma, aut in suo toto. Et hoc est quod subiungit, dicens, quòd licet idem sit materia & actus: aqua enim est ambo materia, scilicet respectu aeris, quia ex illa fit aer: & rursus actus respectu eiusdem, quia ex aere fit aqua: C tamen quia aer est simpliciter perfectior, est simpliciter actus, aqua uerò, quia est quid imperfectum, est in potentia actus, puta aer, & actu est materia, scilicet aqua. [Quapropter (inquit) & his tactus est.] idest hæc duo elementa immediatè se contingunt tanquam locus & locatum. Copulantur autem cum miscentur in compositione misti. Atque hæc de loco satis.

¶ *Sequitur quæst. 2.*

DE VACVO. D

CAP. VI.


EODEM autem modo existimandum est esse physici cōsiderare & de uacuo si est aut non, & quomodo est aut quid est, sicut & de loco. namque similem habet & incredulitatem & fidem per ea quæ putantur, ut locum enim quendam, & uas, ipsum uacuum ponunt esse dicentes. uidetur autem, plenum quidem esse cum habet illam molem cuius susceptiuum est, cùm uerò priuatum est: uacuum tanquam idem quidem sit, uacuum & plenum & locus. esse autem ipsis non idem est. Tex. 50. E

¶ Secundum membrum huius libri, ut in exordio dicebimus, uersatur in consideratione uacui, quod quatuor deinceps capitula continet, textus autem secundùm Comment. 37. nempè usque ad tex. 86. In primo namque capitulo recitat, cum suis cuiusque rationibus, antiquorum opiniones. In secūdo describit quidnam sit uacuum. In tertio probat non esse uacuum separatum à corporibus. Et in quarto, neq; esse uacuum corporib. immixtū. F Capitulum ergo in textus istud septē distributum est. In primo, ut ordinem huius tractatus ad superiorem ostendat, ait, perinde ad physicum pertinere disputare de uacuo, atque de loco: nam similibus rationibus, quibus creditur esse locus, creditur ab antiquis esse uacuum, & quibus arguitur non esse locum, itidem arguitur non esse uacuum: eo quòd locus & uacuum idem subiecto sunt: sed sola ratione, & diffinitione differunt. Et hoc est quod ait (est autem) idest diffinitio & quidditas non est eadem ipsis. Quod est dicere. Locus & uacuum idem subiecto sunt: sed sola ratione & diffinitione diffe-

A differunt. Vt enim apud Aristo. uas idē quatenus aliquod corpus continet, puta aquam, dicitur locus plenus: & quatenus caret corpore, quo repleatur, dicitur locus uacuus: ita apud antiquos illæ dimensiones separatæ repletæ corpore physico erant locus: & sine illo erant uacuum. Non intelligit Aristot. rationibus eisdem re uera comprobari uacuum esse, quibus comprobatur locum esse: nam primum est falsum, & secundum uerum, neque subinde apparenter argui locum nō esse, ut uacuum non esse: sed ait quòd cum locus & uacuum sola ratione differunt similibus rationibus persuadebant sibi antiqui
B locum esse & uacuum esse, scilicet ad saluandum motum localem. Atque adeo quibus rationibus reprobatur dimensiones illas esse locum, refellitur & eisdem esse uacuum, ut in subsequētibus constabit. Obidque tractatus hic concinne assuitur superiori.

Tex. 51. Incipere autem oportet considerationem: capientes & ea quæ dicunt affirmantes esse, & rursus quæ dicunt non affirmantes esse, & tertiò communes opiniones de ipsis. Alii igitur monstrare tentantes, quod non est: non quod homines uolunt dicere ua
C cuum, hoc redarguunt, sed peccantes dicunt, ut Anaxagoras, & qui hoc modo redarguunt. demōstrant enim quod aliquid est aer: strictè ligantes utres, demonstrantesque, quod fortis est aer, ac accipientes in clepsidris. Alii autem homines uolunt uacuum esse spacium: in quo nullum est cor-
Tex. 52. pus sensibile. ¶ Existimantes autem omne quod est corpus esse dicunt, in quo omnino nihil est, illud esse uacuum. Quapropter plenum aere uacuum esse.

¶ In text. 51. in fauorem eorum qui asserebant uacuum, reiicit modū quo Anaxagoras & eius sequaces redargue D bant opinionem uacui tanquā insufficientem. Vbi adnotandum est, quòd uacuū (si esset) deberet esse locus nullo prorsus corpore repletus sensibili. i. quanto: nam res spirituales, ut q. 2. adnotauimus, non replent locum. At uerò quamuis omnes ponentes uacuum ita consentiunt. nihilominus erāt non nulli adeo sensuales Philosophi, qui nihil crederent esse in orbe, nisi corpora tantùm sensibilia: ea uidelicet, quæ sensibus corporis percipimus. Et quia aer [non dico uentum, sed elementū] nullo sensu percipitur putabāt ubi est solus aer nihil esse: & per consequens esse uacuum. Obidque Anaxagoras E existimabat, satis probasse non esse uacuum, cùm probasset, ubi est aer non esse uacuum. Ait ergo Aristot. quòd oportet referre primum ea, scilicet eas rationes, quas afferunt affirmantes esse uacuum, & secundò eas rursum, quas afferunt negantes esse uacuum, & 3. communia quibus omnes conueniūt. Atqui inter secundos sunt quidam qui redarguunt opinionem uacui non ad mentem eorum qui ponunt uacuum. Anaxagoras enim solùm demōstrabat, Anaxagoræ opinio quia aer est aliquod corpus, & ideo ubi est aer non esse uacuum. Quòd autem aer sit aliquid, probabat duplici experientia. Prima in utre pleno aere: cui F licet grauem lapidem superponas non cedit: sed resistit, & tamen si uter esset uacuus, non resisteret, sed comprimerentur latera. Secunda experientia est de clepsidra, quod est uas ad furādum, & surripiendum aquam, dictum à clepto quod est furor, & idor quod est aqua, habet enim foramina parua in fundo, strictumq; desuper orificiū. Quod quidem orificium si obstruas, quamuis fundum clepsydræ super aquam ponas, non intrabit aqua resistente aere, ne detur penetratio dimensionum. Dico non intrat nisi parum aquæ quantum condensatur aer, qui est facillimæ condensationis. Aperto autem orifi-

A cio quo exeat aer, ſubintrabit aqua. Si ergo aer reſiſtit aquæ ſequitur, ut ſit corpus. Subiungit autem Phil. quod ratio Anaxagoræ eſt nimis particularis: nam alii, ſcilicet ponentes uacuum uolunt illud eſſe ſpacium, in quo nullum eſt corpus ſenſibile, ideſt quantum, & ideo qui aggreditur pugnare contra hanc opinionem deberet uniuerſaliter probare nullum eſſe locum qui nō ſit corpore quanto repletus. Ratio uerò Anaxagoræ ſolùm procedit contra eos qui exiſtimantes omne ens eſſe corpus, ſcilicet perceptibile ſenſibus putabant aerem nihil eſſe, & per conſequens quod plenum eſt tantùm B aere uacuum eſſe.

Non igitur hoc oportet demonſtrare, quòd eſt aliquid aer, ſed quòd non eſt ſpacium aliud à corporibus, aut ſeparabile, aut actu exiſtens quod diuidit omne corpus, ut ſit non continuum quemadmodum dicunt Democritus & Leucippus, & multi alii phyſiologorum, aut etiam ſiquid eſt extra uniuerſum corpus exiſtens continuum.

¶In text. 52. (qui perſpicacius hic, quam apud Commentatorem in illo C uerbo, exiſtimantes, ſecatur) aperit uiam qua redarguendi ſunt aſſertores uacui. Quorum aliqui erant [licet malè] uelut naturaliter loquentes. in hoc ꝙ ponebant uacuum in rebus iſtis mobilibus. Dupliciter autem. Aut extra corpora ſenſibilia. ut in aula & in campo ubi in rei ueritate eſt aer: aut in mi-
Democritus. xtum corporibus. ut Democritus, & Leucippus. Hi namque ut lib. 1. ſuper tex. 41. referebamus aſtruebant res ex inſectilibus atomis componi. Et quia non intelligebant quomodo res diſtinctæ & diſcontinuæ eſſent, niſi inter illas uacuum eſſet, ponebant inter atomum & atomum porum uacuum ita ut mixtum, ex atomis per poros di-

ſiunctis eſſet compoſitum. Ob idque D qui rectam aggredi debet impugnationem uacui, huc neruum intendere debet, ut uniuerſaliter probet, nec intra corpora, nec in corporibus aliquem eſſe locum, qui non ſit corpore plenus. Alij erant non naturaliter loquentes de uacuo, ut Pythagorici: de quibus ſtatim tex. 56.

Hi igitur non ſecundùm poſitiones ad problema occurrunt, ſed affirmantes eſſe magis. dicunt autem unū quidem: quòd motus ſecundùm locum: non utique erit, hic autem eſt loci mutatio, & augmentatio. nō enim E uidebitur utique motus eſſe: ſi non ſit uacuum. plenum enim non poſſe ſuſcipere. ſi uerò ſuſcipiat, ſintq; duo in eodem: continget utique & quodlibet ſimul eſſe corpora. differentiam enim propter quam non utique erit, quod dictum eſt: nō eſt dicere. Si autem contingat hoc & minimum ſuſcipiet maximum. multa namque parua, ipſum magnum eſt. Quare ſi multa æqualia contingit in eodem eſſe, & multa inæqualia.

Tex. 53.

¶In tex 53. proſequitur enarrare rationes ponentium uacuum: ait ergo, F ꝙ hi, ſcilicet diſcipuli Anaxagoræ non ſecundùm poſitiones, ideſt ad mentem ponentium uacuum arguentes occurrunt: ſed illi potius qui uacuum defendunt apparentius argumentantur. Illi namque qui ponebant extra corpora, ponebant illud propter motum localem: credentes aliter huiuſmodi motū non eſſe poſſibilem. Cùm enim quis [aiebant] deambulat, aut in loco illo, quo ſe recipit, erat ante corpus aut nō ſi non, ergo erat uacuum: ſi uerò erat corpus, duo corpora erunt ſimul, ſcilicet quod prius erat, & quod denuò ſubintrat. Et idem argumentum fit de augmentatione arboris ad maiorem lo-

A locum. Non enim mente uidebant, quomodo aer secatur, condensaturq; ad latera ut cedat corpori subintranti. Rursus si duo corpora sunt simul in eodem loco, fit ut quodlibet, idest in quocunque numero possint esse simul: differētia enim signari nequit cur potius possint esse duo, quàm plura. Et inde rursus fit, quòd minimum, idest minimus locus potest recipere maximum, &c. puta corpus compositum ex illis multis corporib. æqualibus loco quæ recipiuntur in illo. Et rursus si paruus locus, puta pedalis recipit corpus bipedale non solùm recipiet simul plura corpora sibi æqualia, sed plura e-
B tiam inæqualia, atque maiora quod est absurdius.

Tex. 54. Melissus igitur etiam ostendit, ꝙ uniuersum immobile sit ex his: si enim mouebitur necesse est (inquit) esse uacuum: uacuum autem non est eorum quæ sunt.

¶In tex. 54. intrinserit obiter opinionē Melissi qua inuerso argumento probabat contrariam conclusionem omne ens esse immobile. ut enim illi arguebant à positione antecedentis ad positionem consequentis. Si motus est, uacuum est: motus autem est: ergo uacuum est. Melissus recipiens eandem
C maiorem arguebat ex contrario consequentis ad contrarium antecedentis. Si motus est, uacuū est: sed uacuum nō est: ergo motus nō est. unde absurdius erat argumentum Melissi q̃ aliorū. Multò enim ad sensum notius est motum esse, q̃ uacuum esse. Quare illi cōcessa manifesta minori inferebāt, falsum quidem sed non tam euidenter falsum: hic uerò cōcessa minori, uera quidem, sed non tam manifesta, inferebat unum falsum contra experientiam. Vtrique autem peccabant conditionalem illam maiorem concedentes.

Tex. 55. Vno igitur modo demonstrant, quod aliquid est uacuum, alio uerò, quia uidentur aliqua cogi, ac cōstrin- D gi, ut & uinum dicūt cum utribus recipere dolia, tanquam in ea quæ insunt uacua, subeunte quod densatur corpore. ¶ Amplius autem, & aug- Tex. 56. mentatio uidetur fieri omnibus per uacuum. alimentum enim corpus esse. duo autem corpora impossibile simul esse. ¶ Testimonium autem & illud de cinere faciunt, qui tantū aquæ recipit, quantum si uas uacuum.

¶In tex. 55. affert rationes tres eorū qui ponebant uacuum intra poros corporum. Primam sumebant à condensatione. Ait ergo, quòd uno modo de- E monstrant uacuum esse, scilicet illo argumento proximè facto, sed alio modo, quia uident res non nullas condensari, & constringi, ut aqua dum gelatur. Illam uerò partium comprehēsionem intelligere nō ualebant: nisi positis poris uacuis quos partes subintrātes propinquius sibi inuicem accederent. Signum autem condensationis designabant in utribus uino plenis. Experientia enim est, quòd si totum uinum magni dolij in utres fundas, idem dolium capiet iustè totum etiam uinum cum utribus, potissimè mustum. Cuius causa est, ꝙ uinum in utre compressum cō- F densatur: & ideo mustum & uter simul non capiunt maiorem locum, quā solum mustum. ¶Ratio secūda, atq; adeo similis sumitur ex augmentatione, & nutritione. Etenim ut illi superiores recitati ex hoc, quòd corpus dum augetur maiorem locum occupat, arguebant uacuum esse extra corpus ubi recipitur pars addita, ita Democritus ꝑsuadebat sibi poros esse uacuos intra corpus animalis quibus recipitur alimentum: aliàs esset penetratio dimensionum. Quam rationem eleganter redarguit infra tex. 63. ¶Tertia ratio (ubi Commentator distinguit textum 56.) confirmatio est primæ, seu testimonium condensationis: quæ erat prima

A ratio. Est enim experientia, quòd si accipias duo æqualia uasa, alterum uacuũ, alterum cineribus plenũ, tantùm aquæ capit uas cum cineribus quantũ uas uacuum, uel saltem non tanto minus quanta est quantitas cinerum. Qđ illi putabãt signum esse pororum cinerum quibus recipitur aqua, cui experientiæ non satis respondebant: nam quamuis pori illi admitterentur, nihilominus partes cinerum aliquem locũ deberent occupare: nisi dicerent atomos illas indiuisibiles nullum occupare locum. Quod erat ridiculum. Ad experientiam cinerum respõdebitur infra text. *63*.

B Esse autem affirmauerunt & Pythagorei, vacuum: ipsumque cęlum ex infinito spiritu veluti respirans ingredi, & hoc esse vacuum: quod determinat naturas, tanquàm sit uacuũ separatio quædam eorum, quæ sunt consequenter: & determinatio. & hoc esse primum in numeris. uacuum enim determinare dicunt naturam ipsorum. Ex quibus igitur alij quidem dicunt esse, alii uerò non dicunt, tot fere ac talia sunt.

In tex. *56*. qui aptius hic, quàm superius diuiditur, recitat opinionẽ Pythagoreorum tertiam de uacuo. C Qui in hoc erant velut non naturaliter loquentes, quòd (præter errorem uacui) ponebant illud extra sphærã uniuersi, & inde subintrare in mundũ hũc. Simili enim formæ ratione Pythagorici ut Democritus asserebant uacuum. Nempè quia intelligere non poterant quomodo esset rerum distinctio numerica & discontinuatio inter duo corpora indiuidua, nisi aliquid esset medium, quod non esset corpus. Obidque ut Democritus in eodem corpore ponebat poros quibus atomi distinguerentur. Pythagoras ponebat extra corpora vacuum quo indiuidua numero distinguerentur, puta Petrus à Paulo: D hoc lignum, ab illo &c. Hoc autẽ uacuum ponebat extra vniuersum: aiebat autem ꝙ cœlum foraminibus quibusdam paruis inspirabat intra se vacuum illud ad faciendam huiusmodi distinctionem materialem & indiuidualem rerum. Hæc opinio nimirum si tibi prima fronte apparuerit, contradictionẽ inuoluet. Si enim vacuũ nihil est, qđ, quomodove intrabat. Aliqui dicunt quòd illud uacuum non erat simpliciter nihil. sed spiritus quidam tenuissimus ut sicut pulueres tenui flatu respirantes diuidimus, ita cœlũ inspirando intra se illud vacuũ faciebat distinctionem numericã rerum. Et ad hanc metaphoram E uidetur hic Ph. alludere. At cum distinctio indiuidualis primò inueniat in numeris, (propterea enim illa dicitur diuisio numerica, quia vnũquodque ens per se est unum & cum alio facit numerum) ponebat uacuum esse primò in numeris. Vacuum ergo istud extra cœlum est infinitum illud separatum materiale Pythagoræ, cuius meminit Phi. libro 3. textu 25. & 35. Philoponus dicit hanc opinionem Pythagorę esse solùm metaphoricè intelligendam: nempè quòd distinctionem numeralem rerum appellaret vacuum ueluti cum flatu pulueres secernimus, uidentur uacuitates mediæ inter eos restare. F

QVIDNAM NOMINE uacui designetur.

CAP. VII.

VT autem sciamus utronam modo se habeat, oportet accipere, quid ipsum nomen significat: uidetur igitur uacuum: locus esse, in quo nihil est. huius autem causa est: quia quod est, corpus esse putant. omne autem corpus in loco esse. uacuum autem: in quo nullum est corpus. Tex. 77.

Quare

A Quære ſicubi non eſt corpus: ibi uacuum eſſe. ¶ Corpus autem rurſus omne putant eſſe tangibile: huiuſmodi autem eſt, quodcunque habet grauitatem, aut leuitatem. Accidit ergo ex ſyllogiſmo, hoc eſſe uacuum, in quo non eſt graue quicquam, aut leue. hæc igitur, ſicut diximus etiam prius: ex ſyllogiſmo accidunt. Inconueniēs autem: ſi eſt punctum uacuū ſit. oportet enim locum eſſe: in quo corporis ſit ſpacium tangibilis.

¶ Poſtquam ſuperiori capite attulit
B rationes Anaxagoræ negantis uacuū, & aliorum id cōtra aſſerentium ſtatuere hic intendit diffinitionem uacui, in qua omnes debent conuenire, ut inde initiū diſputationis capiat ad deſtruendum uacuum. Sunt autem in hoc cap. textus ſeptem. In tribus oſtendit antiquorum diffinitionem uacui eſſe inſufficientem: & in reliquis: eorum quoque rationes nihil ualere in primo qui eſt. 57. exponit quid ſignificat nomen uacuum apud ueteres: nam quemadmodum ad demōſtrandam paſſionem de ſubiecto oportet ſupponere quid eſt ſubiectum, ad oſtendendum an res ſignificata per ſubiectum ſit, oportet
C ſupponere quid nomen ſignificet. Primum quod ſupponebant aliqui antiqui erat uacuum eſſe locum, ubi nihil eſt. Et cauſa erat: quia intelligentias ſpirituales nondum cognoſcentes nihil putabant eſſe, niſi corpus: & cùm in rei ueritate uacuum ſit locus ubi nō eſt corpus (nam angelus non replet locum) pro eodem accipiebant corpus, & ens: & in loco non eſſe corpus, & eſſe nihil. Inde rurſus labebantur in alium errorem putantes nullū eſſe corpus, niſi tantùm tangibile: omne autē corpus tangibile, aut graue eſt, aut leue. Tangibilia enim corpora ſunt cuncta, quæ continentur ſub cœlo elemēta & mixta: cœlum uerò non eſt tangibile. Colligebant ergo hoc ſyllogiſmo hanc diffinitionem vacui. Vacuum D eſt locus, ubi non eſt corpus graue, aut leue. Ait autem hæc ex ſyllogiſmo accidere, ſcilicet ex eorum deceptione, & non ex rei ueritate: quia iſta ſecunda (ut ſtatim uidebimus) non eſt ſufficiēs diffinitio uacui. ¶ Explicat particulam illam quæ ponitur loco generis, ſcilicet locus. Non enim ubicunque non eſt corpus eſt uacuum, ut de indiuiſibili puncto palam eſt: oportet ergo uacuum eſſe ſpacium corporis capax, corpore tamen carens.

At igitur uidetur dici uacuū uno Tex. 58.
E quidem modo non plenum ſenſibile corpore ſecundùm tactum. ſenſibile autem eſt ſecundùm tactum: quod grauitatem habet, uel leuitatem. Quocirca dubitauerit aliquis, quidnam dicent ſi habeat ſpacium, colorem aut ſonum utrum uacuum, an non? An uidelicet ſi corpus quidem ſuſcipiat tangibile uacuum eſſe. ſi uerò non minimè?

¶ In tex. 58. mouet dubitatiunculā, quæ eſt aduerſus eos argumento. Si enim dicunt, uacuum eſſe locum, ubi non eſt tangibile corpus, & tangibile corpus idē eſſe quod graue, aut leue, F quæritur ab iſtis, utrum ſi eſſet locus repletus corpore, nec graui quidē nec leui (quale eſt cœlum) affecto tamen alio accidente, puta colore aut ſono, quale aliqui ex antiquis putabant eſſe cęlum (coloratum quidem propter lucem, & ſonorum propter motum) talis locus eſſet uacuus. [An uidelicet ſi illud corpus &c.] In his ultimis uerbis uidetur mihi Ariſt. uelle iſtos contradictionē implicare. Si n. dixerint, ꝙ ſolùm eū locum qui ſuſcipit corpus tangibile. i. qui ſuſceptiuus eſt corporis tangibilis, cùm tali corpore caruerit eſſe uacuum dicere tunc coguntur locum repletum corpore cęleſti, aut aere

A (quæ illi putabant, nõ esse grauia, aut leuia esse tamen colorata) uacuum esse [Si uerò non minimè] idest si uerò non fuerit necessarium, ut locus non sit uacuus, corpus illud quo repletur, esse tangibile: sed satis est esse corpus, fit ut talis locus non sit uacuus. Et ita est in rei ueritate. Contradictionem ergo implicant, dicentes prius uacuũ esse locum ubi nullum est corpus, & subiungentes postea uacuum esse, ubi non est corpus tangibile: cùm detur locus, qui secundùm primam diffinitionem non est uacuus & tamen secundũ alteram sit uacuus. Hinc colligitur, ueram diffinitionem uacui esse, ut sit locus non repletus corpore.

B

Tex. 59. Alio autem modo, in quo non est hoc aliquid, neque substantia aliqua corporea. Idcirco quidam dicunt, uacuum esse corporũ materia. qua quidem & locum, hoc idem dicentes nõ rectè. Materia enim separabilis non est à corporibus. Vacuum autem, quærunt ut separabile.

¶In tex 59. subiungit secundam diffinitionem Platonicorum, qui etiam de uacuo errabant. Cum enim uacuũ nihil aliud sit, quàm locus non repletus corpore. & Platonici (ut textu 15. relatum est) dicebant locum esse materiam, & quatenus recipit formam, per quam res fit hoc aliquid, idest constituitur in hac specie: consequens secundùm eos est, ut materia (quatenus consideratur non determinata ad certam speciem substantiæ per formam) sit uacuum. Hos Aristot. repræhendit, quòd ut non rectè dixerunt materiam esse locum, ita nec rectè dicũt, eam esse uacuum: materia enim non est saparabilis, idest subiecto distincta ab eo cuius est materia: locum uerò atque adeo uacuum omnes cõcedunt, rem esse distinctam à corpore, quo locus aut repletur, aut caret.

Plato. C

Quoniam autem de loco determinatum est, & uacuum locum necesse est esse (si sit) priuatum corpore: locus autẽ & quomodo est, & quomodo non est, dictum est: manifestũ est igitur, quod sic quidem uacuum non est, aut separatum, aut inseparabile. uacuum enim non corpus, sed corporis spacium esse uult. D Tex. 60. Diffinitio uacui.

¶In textu 60. postquam ostendit insufficiẽtiam diffinitionis antiquorum, manifestare pergit, eorum itidem rationes non esse efficaces. Proponit ergo primum exactam diffinitionem uacui, quam ex textu 58 colligit & q. 3. non copiosius explicabimus. Et inde arguit, quòd cùm uacuum idem sit, quod locus non repletus corpore, & determinatum sit text. 37. locum non esse spacium inter latera loci, puta dimensiones distinctas à corpore locato, fit, ut neque uacuum detur extra corpus, quod localiter mouetur, ut dicebat prima opinio, neque intra corpora, ut dicebat Democritus. Insinuat enim hic Aristot. hos assertores uacui eosdem esse qui supra posuerant, locum esse illas dimensiones insensibiles distinctas à corporibus, quas textu 37. reprobauerat Aristo. quas, cum carerent corpore sensibili, appellabant uacuum. Et ideo dicitur uacuum extra corpora, idest distinctum à corporibus, sunt enim accidentia sine subiecto, & quantitates per se subsistentes. Quod ad sequentium intelligentiam notandum est. Et hoc est, quod subiungit (uacu um enim nõ corpus, sed corporis spacium esse uult.) Argi. & Boe. uertunt, uolunt. In codicibus græcis quos ego uiderim, uerbum est singulare, quod refertur ad ly uacuum, si autem sit plurale, referendum est ad opinionis authores. E F

Quapropter, & uacuum uidetur aliquid esse, quia & locus; & per eadẽ Tex. 61.

sanè

A ſanè acceptum eſt. Prouenit enim motus qui ſecundùm locum eſt: & ijs qui locum dicunt eſſe aliquid præter incidentia corpora, & ijs qui uacuum. cauſam autem motus putant eſſe uacuum, ſic ut in quo mouētur, hoc autem tale erit: qualem locum dicunt quidam eſſe.

¶ Concludit ergo text. 61. uacuum eandem rem eſſe, quæ eſt locus, ſola ratione differens, ut ſupra dictum eſt eiſdemq; rationibus conuictos fuiſſe priſcos illos, ut crederent uacuum eſſe, quibus & locū eſſet puta ratione motus.
B Vt enim compertum eſt locum eſſe, eo quòd mouens neceſſe eſt, ut locum unum deſerat & in alium ſe recipiat: ita arguebant illi uacuum eſſe, quia putabant locum quem mouens, acquirit debere eſſe alio corpore uacuum, ne duo ſe corpora penetrarent. Et hoc eſt quod ait (uenit enim motus ſecundùm locum &c.) ideſt motus localis contingit iis, qui aſſerunt, & locum eſſe ſpacium præter corpora, quę mouentur, & illud eſſe uacuum. Quod eſt dicere. Vtrunq; aſſerunt propter neceſſitatē motus localis, ut id quod uocant locum, aſſerunt eſſe uacuum.

Tex. 62.
C Nulla autem neceſsitas eſt, ſi motus eſt, eſſe uacuum. Omnino igitur omnis motionis, nequaquam. quo circa: & Meliſſum latuit. alterari nanque poteſt, plenum. Sed neque ſecūdùm locum motum. ſimul enim cedere ſibi inuicem contingit. nullo exiſtente ſpacio ſeparato præter corpora mota, atque hoc manifeſtum eſt & in continuorum reuolutionibus, ut & in iis quæ ſunt humidorum.

¶ His præiactis fundamentis oſtēdit modo inefficaciam rationum eorum. Quas tamen cap. ſeq. exacitus eſt ſoluturus. Prima enim ratio tex. 53. recitata ſumebatur à motu ad probandū uacuum extra corpora. D Cui prius in genere reſpondet, conditionalem illam non ualere, ſi motus eſt, uacuum eſt. Nam in primis de motu alterationis nulla eſt apparentia, ut requirat uacuū quo ſe mouens conferat, nam alteratio non fit per mutationem loci: ſed per receptionem qualitatis in ſubiecto corpore. Et in hoc fuit deceptus Meliſſus, qui ex negatione uacui ſubſtulit omne genus motus. ¶ Deinde oſtendit, quod neque propter neceſſitatem motus localis (de quo maior erat apparentia) ponendum eſt uacuum: poteſt enim res moueri ad nouum locum cedentibus partibus corporis, quod E illic erat per condenſationem ad latera circūquaque. Vt patet in reuolutionibus, quas aqua facit, dum lapis in flumē iacitur: ſi enim lapis in uacuo tunc reciperetur: nulla eſſet cauſa illarū reuolutionum: ſed quia nihil illic erat uacuum, neceſſe eſt, ut pars uacua illinc depulſa comprimens circunſtantem aquam faciat prope uehementiorem reuolutionem, & poſtea magis, ac magis remiſsā ut remittatur impetus. Vacuum appellat ſemper ſpacium ſeparatum: alludens ad illas dimenſiones, quas illi ponebant eſſe locum. Fortaſſe reuolutionibus continuorum inſinuat motum rotæ molendini circularem: & motum humidorum ad motū aquæ circularem in labete, ut Themiſ. & Philoponus aiuntque cum non mutent locum non indigent uacuo. F

Contingit autem & denſari, non in uacuum, ſed propterea quòd ea quæ inſunt elabuntur: ut aqua colliſa: aerem qui ineſt. Et augmentari, non ſolùm ingrediente aliquo, ſed & alteratione: ut ſi ex aqua fiat aer. Omnino autem de augmentatione ratio, & de aqua in cinerem infuſa ipſa ſeipſam impedit, aut enim non augetur quodlibet, aut non corpore aut con- Tex. 63.

A tingit duo corpora in eodem esse. Dubitationem igitur communem uolũt soluere, sed non uacuum demonstrãt quod est, aut totum corpus uacuum esse necessarium est, si penitus augetur, & augetur per uacuum Eadem autem ratio, & in cinere est. ¶ Quod igitur ea ex quibus demonstrant uacuũ esse, soluere facilè sit: manifestũ ẽ.

¶ Deinceps in text. 63. prosequitur ostẽdere neq; rationes Democriti, qui bus probatur, uacuũ esse intra corpora quicquam ualere. Prima enim sumebatur à condensatione. Quam tamen B (inquit) condensationem palã aliquan do est nõ fieri ꝑꝑ repletionem uacui, sed ꝑꝑ ea ꝙ corpus tenuè illic inclusum elabitur. Cuius testimonium est in spõgia, quæ cum plena est aqua, aut aere hẽt maiorem quantitatẽ, sed quãdo pugno comprimitur aqua inde aerem ui depellit. Non intelligas, hanc esse ueram causam condensationis. Illa enim dabitur cap. seq. sed adducitur experientia ad ostendendum inefficaciam & ruditatem rationis istorum. Itidem nec augmentatio animalis indicium est, quod detur uacuum: sed fit aliquando ex alteratione extenuante corpus grossum, qđ resoluit in aliud magis tenue ut cũ aqua per calorẽ abit C in aerem. ¶ Neque omnino illa experientia de aqua cineribus infusa, quã tex. 56. explicuimus, neque experientia de augmentatione probat esse uacuum. Quin potius ipsa se impedit, i. potius contra se militat. Argumentũ enim & dubitatio, quæ contingit in augmentatione, est hæc. Cum animal augetur, aut locus ubi alimentum recipitur erat sine corpore, aut duo se cor pora penetrant. Dubitatio (inquit) cõmunis est, & apud affirmantes uacuũ, & apud negantes. Cum autem respondent, nullum illic præcessisse corpus, sequitur inde, ꝙ cũ augmentatio fieri debet per singulas particulas corporis totum prorsus corpus sit uacuum: & D per consequens nullum sit corpus, qđ augetur. Atq; adeo nec detur uacuum cõmixtum corporibus, ut uult Democritus. Est acutissima redargutio. ¶ Et eadẽ (inquit) rõ est de cinere. Si. n. uas cineribus plenũ tãtũ aquę recipit, quã tum si fuisset uacuũ, ꝑꝑea ꝙ aqua recipit in uacuitatibus cinerũ, necesse est dicere, cineres prorsus omnes esse uacuos, atq; adeo nõ esse uacuũ immixtũ corpori cinerũ. Causa ergo huius est experientia, ꝙ aquæ pars exalatur: & pars reliqua cõdẽsatur, atq; adeo cineres ꝑꝑ humorẽ cõdẽsantur. ¶ Colligit ergo facilè esse ex his rõnes dissoluere, quibus uacuũ demõstrat. Vbi Cõm. E distinguit tex. 64. sed lucidius incidit in cap. seq. Est enim illi in more cõclusionem & epilogũ non in calce dictorum, sed in dicendorũ capi. collocarę.

QVOD VACVVM à corporibus separatum non sit possibile.

Cap. VIII.

QVÒD autem non est uacuum sic separatum, ut quidam dicũt, dicamus rursum. Si enim est uniuscuiusq; simplicium corporũ loci mutatio aliqua natura, ut ignis quidẽ sursum, terræ autem deorsum, & ad medium, manifestum est, ꝙ uacuum non erit causa loci mutationis. Cuius igitur causa erit uacuum? uidetur enim, esse causa motus secundùm locum. huius autem non est. Tex. 74. F

¶ Postquam in 6. cap. proposuit antiquorum opiniones, & in 7. constituit diffinitionem uacui, ostendens eorum rationes infirmas esse & imbecillas, in hoc 8. quod duodecim textus continet, persuadere aggreditur, non esse uacuum extra corpora. Et id qui-

A quidem in septem prioribus textibus octo rationibus sumptis à motu locali absolutè, atque in reliquis quinque textibus alijs tribus rationibus sumptis à uelocitate, & tarditate motus. Ad euidẽtiam huius primæ, quæ est in tex.64. considerandum est ꝙ authores uacui dicebant uacuum esse in causa, ut naturalia corpora mouerentur: uidelicet ad replendum uacuum. Est ergo contra illos ratio prima. Si uacuum esset, id maximè (ut dicunt) propter motũ localem: sed hoc non: ergo. Probatur minor. Si elementa & mixta naturalia mouerentur propter uacuum,
B non haberent motus determinatos, sed quocunque esset vacuum, promiscuè moueretur quodlibet (ut dicimus aquam per fistulam subtracto aere ascendere, licet sit grauis) nõ tamen ita indifferenter mouentur, sed leuia mouentur sursum, grauia uerò deorsum: ergo non propter uacuum, sed ex natura sua sese ad determinata conferunt loca.

Tex.65. Amplius si est aliquid, ut locus priuatus corpore: cùm est uacuum, quo mouebitur impositum in ipso corpus? non enim in omnẽ partem. Eadem autem ratio, & ad eos qui lo-
C cum esse quid separatum putant, in quem id fertur quod fertur. Quomodo nanque feretur impositum: aut manebit? Et de ipso sursum & deorsum. & de uacuo, conueniet eadem ratio meritò. vacuum enim locum faciunt, qui esse dicũt. Et quonam modo inerit, aut in loco, aut in uacuo? non enim contingit, cum totum positum fuerit, ut in separato loco ac sufferente corpore pars enim: nisi seorsum ponatur non erit in loco, sed in toto. Amplius, si neque locus est: neque uacuum erit.

¶Secunda ratio in tex.65. probat uacuũ non esse causam finalem motuum
D naturaliũ. nã superior uidebatur suadere ꝙ non esset causa efficiens. Ratio est huiusmodi. Si uacuum esset, nullus esset rerũ naturalis motus: consequẽs est falsum: ergo & antecedens. Probatur sequela. Detur v.g. totũ cõcauũ lunæ esse uacuum, & ponatur in quacunque eius parte ens quodpiam naturale, siue graue sit siue leue: illud nõ mouetur magis sursum quã deorsum quã ad alias differentias positionis: ergo. Antecedẽs patet, quia motus naturalis ad locũ determinatum est ꝑꝑ vim conseruatiuã quæ in tali loco est: in uacuo uerò nulla põt uis talis imaginari, obidq; nullũ corpus huc potius sese
E quã illuc conferet. ¶At quia fautores uacui credebant locũ esse spaciũ illud & dimensiones separatas toties reprehensas, ait eandem rationem militare aduersus ponentes hoc modo locum: huiusmodi.n. dimẽsiones sunt uniformes per totum concauum lunæ non aliã sursum uirtutẽ quàm deorsum habentes. Ideoq; meritò inquit eadẽ ratio est & de loco hoc modo, & de uacuo quãtũ ad sursum & deorsum: nempe ꝙ non poterũt huiusmodi differentiæ ex natura rei designari. Qui .n. dicunt esse vacuũ, hoc modo faciunt lo-
F cum. ¶Addit deinde tertiã rõnem. s. ꝙ nec secundùm ponentes locũ esse spacium & dimensiones propriè defendi potest aliquid esse in loco. Textus obscurus est nisi ea reuiseris quæ supra Cõmento 37. explanauimus. Est enim semper memoria retinendum authores istos uacui opinari locum esse dimensiones illas & spatium separatum à sensibilibus corporibus, idest quantitates sine subiecto. ¶Mox item meminisse oportet ex illo commen. quòd Nota.
in rei ueritate id quod est in aliquo tanquam in loco debet esse in illo tanquam in aliquo separato continente taliter, ut nulla pars locati sit in loco sibi adæquato. At secundum ponentes illas dimensiones penetrantes se cum singulis partibus interioribus

locati

A locati quælibet pars locati est per se in loco, vt illic expositum fecimus. Ordina ergo sic istam literam [Quonãmodo locatum tunc erit in loco?] Quasi dicat nullo modo. Non enim continget ut cum corpus aliquod totum positum fuerit in huiusmodi spacio, vel uacuo sit in illo tanquam in aliquo separato permanente, idest tanquam in termino continentis immobili: quæ est diffinitio loci: sed erit totum penetratiuè cum toto & quælibet etiã pars cum suo proprio loco, quod est contra rationem existendi in loco: nam pars continui non est per se in loco, sed est sicut pars in toto. Ex quibus tandem colligit quòd si locus non est illo B modo, fit ut nec sit uacuum.

Tex. 76. Accidit autem dicẽtibus vacuum uel esse tanquam necessarium, siquidem erit motus contrarium magis, esse si quis consideret, nõ posse moueri quicquam si sit uacuum ut enim qui propter simile dicunt terrã quiescere, sic & in uacuo necesse est quiescere: non enim est quo magis, aut minus mouebitur: quatenus enim vacuum est: non habet differentiam.

C ¶Quarta ratio est in tex. 66. aduersus eorum rationem. Ait enim quòd non solum non infertur ex motu uacuum esse, verùm expositione uacui sequitur motum non esse. Quare ponentes uacuum potius destruũt quàm tuentur motum. Probat id de motibus naturalibus. Etenim quemadmodum dicunt nonnulli (quos. 2. de cęlo tex. 90. citat Phil.) terram esse immobilem propter similitudinem & uniformitatem superficiei cõtinentis, uel propter similitudinem & æqualitatem quàm habet in toto uniuerso: ratione cuius non huc magis quàm illuc propenditur: pari ratione si aliquid ponas in uacuo, nihil erit causæ cur ad hanc quam ad illã differẽtiã potius feratur. Et per cõsequens manebit immobile.

D Tex. 77. Primùm igitur: quoniam omnis motus, aut uiolentia, aut secundùm naturam fit: necesse autem est, si quidem sit uiolentus: esse & cum qui secundùm naturam est. uiolẽtus enim præter naturam est. qui uerò præter naturam est, posterior est eo qui est secundùm naturam. Quare si non est secundùm naturam uniquique naturalium corporum motus, neq; aliorum erit motuum vllus. ¶At verò natura quidẽ quomodo erit cùm nulla sit differentia secũdùm uacuum & infinitum? Quatenus enim infinitum est, nihil erit sursum aut deorsum, aut mediũ. Quatenus vesò vacuum, E nihil differẽs erit deorsum à sursum. vt enim nullius nulla est differentia, sic & illius quod non est. vacuum autem non ens quippiam, & priuatio videtur esse. Natura autem loci mutatio differens est. quare erũt quæ sunt natura, differentia. aut igitur non est natura nusquam, & nulla loci mutatio, aut si hoc est, non est uacuum.

¶Cùm textu superiori demonstrauerit, si uacuum esset nullum fieri posse naturalem motũ, tex. hoc. 67. quinta ratione probat uniuersaliter nullũ F esse tunc possibilem motum, nec naturalem, nec uiolentum. Ratio est hæc. Omnis motus, aut naturalis est, aut violentus (apud Arist. qui nõ cognouit motum supernaturalis non est dare medium:) sed posito uacuo nullus est motus naturalis. vt probatum est: ergo nec esse potest uiolentus. Probatur hæc proxima cõsequentia. Motus naturalis prior est motu uiolento saltem natura, quia motus uiolentus, aut præter naturam non dicitur nisi per respectum ad naturalẽ, & quod est ex naturali inclinatione rei prius est eo quod est contra, aut præter naturam: ergo ubi naturalis motus non est possibilis,

A sibilis, nec uiolentum possibile est esse. ¶Cum subdit [at uerò &c.] repetit probare ens naturale in uacuo non moueri: nam motus naturalis est sursum, uel deorsum: quę sunt differentiæ ex natura rei & non solùm quo ad nos ut supra tex. 5. expositum est: uacui autem (quemadmodum, neque infiniti) nulla est positionis differētia ex natura rei: ergo nullus in uacuo esse potest naturalis motus. In infinito ut lib. 3. tex. 53. exposuimus propterea non pōt esse sursum, & deorsum, quia istæ differentiæ sumūtur respectu medij: infiniti autem cum non sint extrema, nec signari potest medium. De ua-

B cuo autē alia est ratio: uidelicet quòd uacuum nihil est, & nihil nullam habet differentiam specificā positionis: sursum autem & deorsum dicunt uirtutes positiuas contrarias ut quæstio. 1. dicebamus.

Tex. 68. Amplius nunc quidem mouetur proiecta, eo qui impulit non tangente: aut propter contrarij circunstantiam sicut quidam dicunt, aut ex eo quòd pellit pulsus aer motu uelociori quàm sit pulsi latio, qua fertur in proprium locum. in uacuo autem: ni-

C hil horum potest esse. neq; enim ferri erit nisi, ut quod uehitur.

¶Subdit in tex. 68. rationem sextam sumptam à motu proiectorum. Mouetur enim sagitta, aut lapis funda iactatus, eo qui pepulit non tangente, idest postquàm à proijciente loco distant. Huius causam motus perquirētes antiqui, duplicem reddebant. Prima erat per antiparistasim, idest per repercussionem aeris at ergo rei quę mouetur: quam primum enim proiectum relinquit hunc locum aer circūstans citissimè illum replet. Atqui ad introitum illius loci percutit à tergo rem proiectam & ita mouet illam. Secunda ratio cui magis Phil. applaudet est quòd aer cum sit uelocissimè mobilis semel (Causa motus proiectorum.)

D pulsus à re proiecta uelocissimè mouetur. Et ita quasi uehiculū quoddam perfert rem proiectam. Non intelligas has esse totales causas motus proiectorum: nā præcipua est impetus impressus à proijciente: sunt tamen auxiliatrices. Est ergo ratio Ari. Locus proiectorum adiuuatur à medio: si autem esset uacuum nullum inde iuuamen res proiecta susciperet: nam illi dimensiones non erant mobiles cum essent abstractę à corpore physico: ergo propter motum uiolentū non est uacuum introducendum.

Ampliùs nullus utique poterit dicere: propter quid, quod mouetur Tex. 69.

E stabit alicubi, cur enim magis hic, quam ibi? Quare aut quiescet, aut in infinitum necesse est ferri nisi aliquid potentius impedierit.

¶Septima ratio est in tex. 69. ad confirmandum quòd in uacuo nihil moueretur. Detur enim uacuum quale est extra cœlum. Si aliquid illic moueretur sequeretur quòd infinito tempore moueretur saltem si esset motus naturalis, quia cum nulla sit ratio ut in uno loco imaginario potius quàm in alio quiescat, sequitur quòd aut nun-

F quam incipiet moueri, aut si inceperit, nusquam quiescet. Immo nec motus uiolentus usque quiescet: nam modo dicimus quiescere, ubi cessat illa repercussio, aut uolatus aeris simul cum impetu. Quæ causa in uacuo dari non potest.

Ampliùs autem nunc quidem in Tex. 70. uacuo, quoniam cedit: ferri uidetur. in uacuo autem: prorsus similiter tale est. quare, in omnē feretur partem.

¶In 70. denique tex. cōcluditur prima pars huius capitis octaua ratione, quæ est uelut superiorum confirmatio. Qui ponunt vacuum, ea ratione illud ponunt, ut cedat corpori, quod mouetur,

A mouetur.i. ut mobile inueniat quo se inferat sine impedimento alterius corporis: uacuum autem similiter undiq; tale est. ergo mobile in illo ad quācunque differentiam & per infinitum tempus semper mouebitur quod est absurdum in motu recto: alia enim ratio est de cœlo secundùm Aristotelem.

Tex. 81. Ampliùs autem, & ex his manifestū est, quod dicitur. uidemus enim idem pondus, atque corpus uelocius ferri propter duas causas. aut quia id differt per quod, ut per aquam, aut terram, aut aerem: aut quia id differt, quod fertur, si alia sint eadem, propter excessum grauitatis, aut leuitatis. B hoc igitur per quod fertur causa est: quoniam impedit maximè quidem, quod contra fertur. deinde autem, & manēs. magis autem id quod non facile diuiditur. tale autem est: quod crassius est. ¶ Id autem in quo est. a. mouebitur per b. eo in quo. c. tempore. per ipsum autem. d. cum sit subtilis, eo in quo. e. si æqualis est longitudo ipsius. b. cum ipso. d. secundum analogiam impedientis corporis. Sit enim. b. quidem aqua. d. uerò aer, quanto ergo subtilior est aer, aqua, & minus corporeus, tantò C citius. a. per d. mouebitur quàm per b. Habeat ergo eādem rationem secundùm quam distat aer ab aqua, uelocitas ad uelocitatem. Quare si in duplo subtilius est, in duplo tempore lineā quę est ipsum. b. transibit quam quæ est ipsum d. & erit tēpus in quo est. c. duplum eis in quo est. e. Atque semper quantò fuerit minus corporeum minusq; impeditiuum, ac melius diuisibile id per quod fertur, citius mouebitur. Vacuum autem nullam habet rationem qua exceditur à corpore, sicut neque ipsum nihil, ad D numerum. Si enim quatuor excedūt tria uno, pluribus autem duo, & adhuc unum plurib. quàm duo, ipsum sanè nihil non amplius habent rationem qua excedant. necesse enim est diuidi id quod excedit, & in excessum, & in id quod exceditur. quare erunt ipsa quatuor, & id quo excedūt, & nihil. Quapropter neque linea punctum excedit: nisi componatur ex punctis. Similiter autem & uacuum ad plenum nullam possibile est habere rationem; quare, neque motum. Quæstionis tertiæ materiæ.

E

¶ In secunda parte huius capituli, quæ incipit ab hoc tex. 71. prosequitur Aristo. reprobare opinionem uacui rationibus tribus sumptis à uelocitate à tarditate motus: supponens prius uelocitatem motus, aut tarditatem penès duos esse metiendam: aut penès resistentiā medij, aut penès causam motricem, puta grauitatem & leuitatem (loquitur enim de motu naturali elementorum) nam hæc duo extrema consideranda sunt in unaquaq; actione. Et quòd debeat attendi penès motricem causam, tanquam per se no- F tum relinquit: nam quantò uirtus actiua fortior est, cæteris paribus, uelocius mouet. Quod autem debeat attendi penès medium, probat, quia medium resistit motui: id maximè si medium contra pugnet. Vt uentus, quia à prora perflat, motui obstat nauis: at quamuis non contra pugnet, sed si permanēs & quietum, non nihil moratur ac retardat motū. Medium (inquit) crassius & grossius, magis, subtilius autē, minus. Minus enim impedit aer quam aqua: & idcirco graue velocius per aerem quam per aquam descēdit: per terram autem, non nisi cum maxima difficultate & impetu, & id quidem parumper. ¶ Hoc præiacto fundamento, suppo-

A ſuppoſito etiam pro nunc, non quidem tanquàm uero, ſed gratia diſputationis, quòd ex parte mobilis nulla eſſet reſiſtẽtia, ſed tota proueniat ex parte medij, probat, quòd qualis ſit proportio inter groſſiciem & reſiſtentiam duorum mediorum æqualis longitudinis, per quæ idem mobile moueretur, talis erit proportio inter tempus, quo moueretur per unum & quo per aliud. Vt ſit. v. g. medium. b. aqueum pedalis profunditatis, per quod deſcendit. a. lapis, ſit etiam. d. medium aereum ſubtilius ſecundum aliquam analogiam, id eſt proportionem. v. g. duplam. ut in duplo minus. d. quam. b. reſiſtat. B Concludit, quòd tempus. c. quod. a. conſumit deſcendens per. b. erit duplum ad tẽpus. e. quod conſumit deſcẽdens per. d. ut in hac figura contueri potes. Subdit autem & eadem ratione quòd quanto medium minus fuerit corporeum, minusque impeditiuum, tanto uelocius atq; adeo citius idem mobile pertranſibit tale ſpacium. Tunc probat concluſionẽ intentam, uidelicet mobile per uacuum moueri in non tempore. Qualis eſt proportio medij ad medium in reſiſtentia, talis eſt & temporis ad tempus: ſed inter plenum (quodcunque C ſit) & uacuum nulla eſt proportio, ſed infinitus exceſſus: ergo cum mobile per plenum mouetur in tempore, ſit, ut per uacuum moueatur in non tempore, puta in inſtanti. Commóſtrat autem minorem. ſ. pleni ad uacuum nullam eſſe proportionẽ: nam ſi quatuor excedat tria per unum, & duo per alia duo, & unum per tria, ſit, ut nihil nullo certo numero, ſed per infinitum excedat. Vacuum dicit nihil quantum ad reſiſtentiam, quia etiam ſi ponatur eſſe illas dimenſiones inſenſibiles, nihil reſiſtunt ſuæ penetrationi. At quia poſſet quis dicere, quòd quatuor, excedit nihil per quatuor, id refellit dicens, quòd unum extremum excedens aliud debet diuidi in illud quod excedit, & illud per quod excedit tanquam in duas ſuas partes: ſicut quatuor excedens unum per tria, diuiditur in unum & tria. Vnde ſicut linea diuiſibilis nulla proportione excedit indiuiſibile punctum niſi diceres, lineam componi ex punctis, ita neque plenum aliqua proportione excedit vacuum. Poteris ſic forſitan apertius rem intelligere. Quatuor excedunt unum per tria: & medietatem unius per ſeptem medietates, & quartam partem per quindecim partes, ita ut per diuiſionem nnitatis creſcat exceſſus in infinitum: ergo numerus quicunque excedit nihil abſque ulla proportione. D E



Sed ſi per ſubtiliſsimum in tanto tempore tanto motu fertur, per uacuum omnem exuperat rationem. Sit enim, f. uacuũ æquale autem magnitudine ipſis b. & d. Ipſum ergo a. ſi tranſibit & mouebitur quidem in quodam tempore, eo ſcilicet in quo eſt. g. in minori autẽ quia in quo eſt. & hanc habebit rationem uacuũ ad plenum, ſed in tanto tempore quãtum eſt, in quo eſt. g. ipſius d. a. tranſibit lineam. K. tranſibit autem: ſiẽt ſit quippiam ſubtilitate differens ab aere, id in quo eſt. f. ſecundùm hanc proportionem quam habet tempus in quo eſt. e. at tempus in quo eſt. g. Si enim ſit tanto ſubtilius corpus in quo eſt. f. ipſo. d. quanto exuperat. e. ipſum. g. è conuerſo tranſibit uelocitate in tanto quantum. g. ipſum in quo eſt. a. ſi feratur. ſi ergo nullum ſit corpus, in ipſo. e. adhuc uelocius pertrãſibit quoniã & ſicut prius ſed erat in ipſo. g. Quare in æquali tẽpore tranſibit & quod plenum eſt & vacuum, ſed impoſsibile eſt. Tex. 72. F

¶Ratio

A ¶Ratio proxima demõstrabat, quod ad priori conclusionem. Idcirco maioris elucidationis gratia secundam hanc adhibet in textu 72. quæ procedit posteriori, deducendo ad impossibile. Repetit ergo conclusionem superioris rationis dicens, quòd si mobile per subtilissimum spacium tempore certo moueretur, si moueretur per vacuum, omnem exuperaret proportionem, & per consequens non moueretur. Quod adhuc perspicatius manifestans arguit sic. Detur oppositum, quòd mobile. a. per vacuum. f. equale ipsis. b. & d. moueatur in aliquo certo tempore puta. g. quod quidem tempus necesse est esse minus tempore. e. quo mouebatur.
B a. per medium. d. plenum aere. v. g. sit tempus subduplum: nam omne finitum tempus habet certam proportionem ad maius. Tunc (inquit) sequitur quòd in tanto tempore adęquate quanto mouetur per vacuum, mouebitur etiam per plenum, quod est absurdum: siquidem medium plenum semper resistit. Sequellam autem probat dupliciter. Quod attente inspiciendum est in textu. Primò quia eodem tempore. g. quo mouetur per spacium. f. mouebitur per medietatẽ eiusdem lineæ. d. quæ terminatur in puncto. K. vt patet in hac figura. Secun-
C dò probatur, quòd non solum id contingit quando medium plenum est minus quã medium vacuum, verumetiam si sint æqualia. Nam detur aliud medium tantæ longitudinis quantũ est. f. plenum

C E G I
A A A A
D
B K F H

quidem medio subtiliori quàm sit medium. d. in eadem proportione puta tempus. g. erat minus tempore. e. Tũc sequitur: quod a. mouebitur per tale medium, quod sit. h. in eodem tempore adæquato, quo mouebitur per vacuum tantæ longitudinis: quoniam cùm subtilitas h. sit dupla ad subtilitatem. d. in sub duplo resistit: & per consequens mouebitur in illo mobile in
D duplo minori tempore: ergo in tempore. I. æquali. g. quod habebat ad. e. eandem sub duplam proportionem: hoc tamen est impossibile: ergo. Ratio nes istæ Aristo. non carent difficultate. Quas proinde. quæst. 3. numerosius examinamus.

Manifestum est igitur quòd si erit aliquod tempus in quo per uacuũ, quoduis feretur: accidet hoc impossibile. inęquali enim accipietur aliquid & quòd plenum est transire & uacuũ. erit enim aliquod analogum corpus alterum: ut tempus ad tempus. Vt autem in summa dicam, manifesta est eius, quod euenit causa: quia motus quidem omnis ad motum est proportio (in tempore enim est) temporis autẽ omnis est ad tempus, finitis utrisque. vacui autem ad plenum non est. Tex. 73.
E

¶In tex. 37. concludit repetens conclusionem quòd manifestum est si aliquid admittatur moueri per uacuum certo tempore, in tanto adæquato posse moueri per plenũ. Nam dabitur inquit corpus analogum ad alterum. i. proportionabile alteri pleno in subtilitate: eadem proportione qua tẽpus consumptum in vacuo est minus tempore quod consumabatur in pleno, ut dictum est. Atque adeo in summa colligit causam huius, scilicet quòd si mobile moueretur per uacuum, moueretur in non tẽpore, quia (inquit) uniuscuiusque motus ad alium motum est proportio in velocitate, & talis est proportio temporis consumpti vno motu ad tempus consumptum in alio, & hoc usu uenit, quando tã motus quàm tempora sint finita. vacui autem ad plenum nulla est proportio. F

Quatenus igitur differunt ea per quæ feruntur hęc contingunt, secundum Tex. 74.

A dum autem eorum quæ feruntur excessum hęc euenit. Videmus enim ea quæ maius momentum habent, aut grauitatis, aut leuitatis: si quæ ad alia similiter se habeant figuris, citius ferri per æquale spacium, & secundùm rationem quàm habent magnitudines ad inuicem. Quare & per uacuum. Sed impossibile est. Propter quam enim causam, ferentur uelocius. in plenis enim ex necessitate. velocius enim diuidit fortitudine maius. Aut enim figura diuidit, aut incli
B natione quàm habet, id quod fertur, aut proiectum est. Aequæ uelocia ergo omnia erũt: sed impossibile est. Quod igitur si uacuum est, accidit contrarium illius propter, quod probant, dicentes esse uacuum ex dictis manifestum est.

¶In tex. 74. addit Phil. rationem tertiam ad eandem conclusionem: uidelicet nihil posse in tempore moueri per vacuum. Proposuerat enim tex. 71. duabus de causis velocitatem tar-
C ditatemve motus æstimandam esse, scilicet aut ex parte medij, aut ex parte uirtutis motricis. Rationes pręcedentes procedunt ex prima. Et hoc est quod ait, hæc contingere quatenus differunt media per quæ mobilia feruntur. Sed tamen secundum uirtutem mobilium sequitur ratio hæc tertia. Cæteris paribus mobile maioris uirtutis uelocius ac citius mouetur quàm minoris virtutis: ut pondus maioris grauitatis, puta plumbum velocius descendit quã stuppa, & ignis leuior uelocius ascendit quàm aer. Cæteris inquit paribus ex parte figuræ: nam plana, aut quadrata, quia plus aeris sub se comprehendunt, tardius descendunt, quam acuta aeri scindendo aptiora: ergo eadem ratione si per uacuũ ista descenderent, deberet id quod grauius est velocius descendere & ratione maioris uirtutis, hoc tamen est impossibile, quia si per plenum maior virtus uelocius mouetur, est propter excellentiam quàm habet ad superandam resistentiam medij, cùm autẽ nulla sit resistentia in vacuo, fit ut æqua velocitate descenderent, ut leuissima stuppa, & grauissimum plumbũ. Quod absurdum est dictu. Rationem etiam hanc cum superioribus. quæstio. 3. per amplius excutimus. ¶Concludit denique Arist. (vbi Commentator textum scindit 75.) manifestum esse quòd si esset uacuum, contrarium contingit illius, quod antiqui uolunt. puta motum non esse possibilem. E

QVOD NEQVE INTRA corpora sit uacuum.

CAPVT IX.

HI igitur putãt uacuum esse, si erit secundum locum motus separatum secundum se, Hoc autem idem est, ac si dicamus locum esse quid separatum. F
Hoc autem quòd impossibile sit dictum est prius.

¶Post impugnationem uacui separati à corporibus, prosequitur in hoc demum capitu. 9. Aristot. opinionem refellere Democriti ponétis intra corpora uacuos poros. Sunt autem in hoc capite textus 11. præter fragmentum hoc superioris textus, quo repetit conclusionem superioris disputationis: nempe quòd qui propter motum localem ponunt uacuum separatum à corporibus idem faciũt ac si dicant locum esse spacium separatum: puta dimensiones: quæ cum se penetrant cum corporibus sensibilibus habent uicem loci: quibus si careant, dicuntur uacuum. Huiusmodi autem po-

A positionem loci, & spacij esse impossibilem, supra ostēsum est. potissimum textu 36. & 37.

Tex. 76. At uerò per se considerantibus: videbitur utique dictum uacuum per quam verè uacuum. Vt enim in aqua si ponat aliquis cubum, cedet tanta aqua quantus est cubus: sic & in aere, sed sensu immanifestum est. Atque semper itaque omni corpore habenti translationem, in quo est B aptum natura, transferri: necesse est, nisi condensetur, cedere aut deorsum semper, si deorsum latio est ut terræ, aut sursum si ignis, aut ad utraque ut aer, siue quodcunque aliud sit impositum: in uacuo autē hoc quidem impossibile est, non enim corpus est. Per vacui autē æquale spacium transiuisse uidebitur: quodquidem erat, & prius in uacuo. tanquàm si neque aqua cederet ligneo cubo, neq; aer: sed omnia transirent per ipsum. At verò & cubus tantam habet magni-C tudinem, quantum occupat uacuum, quæ si calida est aut frigida, aut grauis, aut leuis, nihilominus ratione altera ab omnib. passionibus est, etiam si separabilis non sit ab illis. dico autem, lignei cubi molem. quare & si separetur ab omnibus, & neq; leuis, neque grauis sit, occupabit æquale spacium, & in eadem erit & loci & uacui parte æquali sibi. quid ergo differt corpus cubi, ab æquali uacuo, & loco? & si duo talia, propter quid non & quodlibet in eodem erunt. Vnum igitur hoc inconueniens, & impossibile est.

¶Tria sunt huius capitu. membra. nam in tribus prioribus textibus facit Philo. rationes tres aduersus va-D cuum in se consideratum: nempè ut ponebatur, esse spatium separatum à corporibus, & dimensiones insensibiles, quod mente est semper retinendum. Et in text. 79. procedit ad impugnationem vacui intra corpora: & in text. 83. & infra respondet argumētis contrariæ opinionis. Ait ergo, quòd uidetur, id quod uacuum dicitur, uerè esse uacuum, ut nomen sonat, idest uidetur opinio uacui uacua ipsa esse & inanis. Idque probat ratione huiusmodi. Si in aliquod corpus, corpus aliud immitatur. v. g. cubum, E idest undiq; quadratum ut tessera, tanta pars prioris inde depellitur, quantus est immersus cubus, hoc autem fieri non posset posito uacuo: ergo uana est opinio uacui. Maiorem manifestat exemplo lapidis, aut ligni immissi in aquam: si enim in magno lebete aqua pleno pedalem lapidem quadratum mergas, tantùm aquæ exundabit ac refundetur, quantus est lapis. Idemque etiam contingit in aere: nisi quòd non est nobis sensu compertum. Idque ait semper contingere in corpore habenti translationem, idest in corpore physico: ad differentiam mathematici. Vel fortè intelligit, dum corpus habet exitum liberum: nempe si terra est, in quam aliquod mittitur, exibit pars terræ per partem inferiorem iuxta naturam grauis: si uerò ignis, per superiorem iuxta naturam leuis: si uerò non potest aqua exire per partem inferiorem, exibit per superiorem, vt cedat graui. Si uerò exire non potest, condensabitur, & tandem rumpet uas: ut si in uas uitreum aqua plenum coneris submergere lapidem, obstruens uas ne aqua exundet, frangetur uitreum. In uacuo autem non ita fit secundum illos: sed corpus adueniens penetrabit spacium uacuum, ac si corpus ligneum non depelleret aquam, sed se penetraret cum illa. Quod autem hoc sit impossibile, Tex. 77.

A sibile, patet. Nam cubus ligneus adueniens tantam habet quantitatem, & dimensiones, quantas dimensiones insensibiles habet illud spacium, quod ipsi vocant vacuum, duo autem corpora de genere quantitatis nō possunt se penetrare: ergo. ¶Respondebant autem illi, quòd quamuis duo corpora sensibilia, ut duo lapides, aut ligna in eodem se simul loco penetrare non sit possibile, tum cum dimensionibus illis insensibilibus, quæ abstractæ sunt à corpore physico, potest se quodcunque corpus physicū penetrare. Quam responsionem refellit sic Arist. Quam- B uis corpus physicum calidum sit, aut frigidum, & graue aut leue, aut aliam habens sensibilem qualitatem, nec passio sensibilis sit separabilis à quantitate, idest ne detur corpus quantum, quin sit sensibile, tamen non ea ratione qua sensibile, sed ea potius, qua est quantum non secum eodem loco corpus aliud compatitur. Quare si per impossibile separetur oīs passibilis qualitas à corporibus quantis, non poterunt se compati in eodem subiecto, & tunc inquit illius modi corpora nihil different à dimensionibus illis, & spacio, quod illi ponebant vacuum. Quocirca si illa corpora tunc non pos- C sent esse simul, nec poterit corpus physicum simul esse cum suo illo vacuo, & sic sequitur, vacuum non posse esse illas dimensiones, quas illi ponebant. Quòd si dicant, vacuum nihil prorsus esse, hoc est, quod Aristot. venari prætendit.

Tex. 77. Amplius autem manifestum est, quòd hoc cubus habebit etiam cùm transfertur, quod & alia corpora omnia habent. quare si à loco nihil differat, quid oportet facere locum corporibus præter uniuscuiusque molem, si impassibilis moles est. nihil enim confert. si alterum circa ipsum æquale spacium huiusmodi sit.

¶Secunda ratio ad idem est in tex. 77. nempe qua probat superuacaneas esse dimensiones illas insensibiles abstractas à corpore physico. Et ratio est hæc Cubus, idest corpus quadratum physicum, quod loco mouetur, habet hoc, quod quæcunque alia corpora .i. dimēsiones quātitatis terminatas iuxta materiam suæ formæ: quæ quidem dimensiones à loco illo suo nihil differunt, quia eiusdem rationis sunt dimensiones corporis physici, & illæ separatæ quantum ad mutandū & replendum locum, licet illæ sint impassibiles, & immobiles: ergo superfluè ponuntur, cum nihil conferat, vt vnū corpus E dimensionatū habeat æquales dimensiones propè se .i. secum penetratiuè.

Tex. 78. Amplius manifestum esse oportet quale uacuum sit in his quæ mouentur. Nunc autē nusquam infra mundum. Aer enim aliquid est, non uidetur autem, neque aqua si essent pisces ferrei. Tactu enim est discretio illius quod tangitur. Quod igitur non sit separatum uacuum, ex his manifestum est.

¶Tex. hic 78. nec in vetustis codicibus græcis est, nec est Aristote. id quod phrasis ipsa testatur. Quare & ab Ar- F gyropilo & Vatablo & alijs traductoribus meritò prætermittitur, sed additus est ab Auerroe, & ideo ex translatione Boetij eum hic insertum duximus. Censuit enim Commen. q̄ Arist. prætermiserit respondere illis, quos tex. 51. subnotauimus: qui censebant, hoc medium inter nos, & cœlum esse vacuum idcirco, quòd aer non percipitur sensu: contra quos facit hic tertiam rationem. Si vacuum est, oportebat manifestari quomodo illud esset in his quæ mouētur, idest in hac regione mobilium quæ est sub luna: nam de eo quòd extra vniuersum est, nihil ad physicū: at verò intra mundū nullibi est vacuū: nā aer licet nō uideatur, est tamen

A aliquid. Subdit exẽplum. Si pisces ferrei essent, idest cerulei & aquei coloris, quale est positum ferrum, essentq; immobiles ut ferrũ, tunc visu per colorem, & motum nõ possemus eos distinguere ab aqua: tactu tamen per duriciem eos dijudicaremus: ita licet ui su non possimus percipere aerem, tamen tactu, nullo etiam vẽto flante cognoscimus in ęstate aerẽ esse calidum: & in hieme, frigidum. Cõcludit Phil. ex his manifestum esse, non esse vacuum à corporibus separatum.

Tex.79. Sunt autem quidam: qui per rarũ & densum putant manifestum esse quod est uacuum. Si enim non est ra B rum & densum: neq; coire & densari posśibile est. si uerò hoc non sit: aut omnino motus non erit, aut totum fluctuabit, ut dixit Xuthus, aut inæquale semper mutari aerẽ, & aquam oportebit. dico autem, ut si ex aquæ cyatho factus est aer: simul ex æquali aere, tantam aquã fieri, aut vacuum esse ex necesśitate. coarctari enim ac dilatari: non aliter contingit.

¶In secũda parte huius capitis quæ C in hoc tex. 79. incipit progreditur Phi. ad exterminandam opinionem uacui commixti corporibus. Proponit autem prius in hoc textu rationem eorum: quæ erat hæc. Si non sit uacuum in corporibus, nec poterunt esse rara, aut densa, nec rare fieri, nec condensari. Putabant enim quòd secundũ quod uacui plus minusve esset in corpore, rarius esset aut densius, ut spongia, aut pumex esset rarior, quia plus habet uacui, lignum uerò aut lapis, minus, quia minus habet vacui. Sublata autem raritate & densitate rerum duo meritò inferebant inconuenientia. Primùm inferebat Xuthus philos. ex motu locali. nempè quòd ad motum vnius muscæ deberet moueri, ac fluctuare totum uniuersum: nã si aer à loco quem musca intrat depulsus non condensatur cum circunstanti, necesse est vt ille moueat alium aerẽ, & ille alium vsque ad cęlum, quod proinde motu illo fluctuabit, ut terra commouetur aere intus moto. Alterum incommodum inferebant ex generatione, uidelicet quod quoties ex aqua. v.g. generatur aer, necessarium esset ex alio tanto aere quantus hic gignitur tantumdem aquæ alibi generari quãtum hic corrumpitur: nam cum ex uno pugillo aquæ fiãt decem aeris, nisi tantus aer conuerteretur in aquam non posset ille aer capi intra orbem lunæ: & eadem ratione si ex aere fieret aqua, necesse esset ut alibi ex tanta aqua fieret tantus aer. Ad euitandum ergo huiusmodi inconuenientia necesse est ponere condensationem & rarefactionem circunstantium locorum atque adeo uacuum. D E

Si igitur rarum dicunt multa uacua separata habens, manifestum est quod si neque vacuum esse potest separabile, sicut neque locus habens spacium suiipsius, neque rarum sic. Tex. 80.

¶In tex. 80. aggreditur istorum rationem impugnare, distinguens prius sensum duplicem quo isti possent uacuum intra corpora cõminisci. Vnomodo sicut extra corpora hactenus dictum est, nempè quòd inter singulas particulas corporis (quas Democritus appellabat atomos) interciperentur spacia situ separata ab ipsis particulis, puta dimensiones insensibiles vacuas corpore physico. Et hic sensus, ut ex dicendis colligitur erat intentus à Democrito. Qui tamen satis impugnatus est. Nam quibus rationibus non sunt extra corpora sensibilia huiusmodi spacia & dimensiones separatæ, neque sunt intra corpora. Alius sensus esse posset, ut non darentur huiusmodi spacia & dimensiones situ, & loco separatæ à particulis corporis. Quem sensum impugnat quatuor rationibus. F

A Tex. 81. Si uerò non separabile, sed tamen inesse quid uacuũ dicũt: minus quidẽ impoßibile est. Accidit autẽ primum quidem: non omnis motus causam esse uacuum, sed eius qui sursum est. rarum enim leue. quapropter ignem rarum esse dicunt. Deinde causam motus nõ sic esse uacuum: ut in quo. sed ut utres ex eo, quia feruntur sursum, ferunt quòd ipsis cõtinuum est sicut uacuum sursum fert. Atqui qualiter poßibile est esse lationem vacui, aut locum vacui? vacui enim est vacuum ad quod fertur.

B ¶ Secũdus iste sensus Democriti uariè exponitur. Phil. enim ait quòd intelligeret vacuitates istas ut in cumulo. v. g. granorum milij orbicularium, quę sunt quidem sibi contigua tangentia se in punctis, ut sphæra tangit sphæram, sed sunt nihilominus uacuitates in alijs partibus quibus non se tangũt. Et iste sensus differt sic à primo, quòd secundum primum essent talia spacia quæ possent recipere alias atomos similes, sed secundum istum nõ possunt huiusmodi spacia similes atomos reci C pere, ut si tres aut quatuor globos se tangentes disponas non posset in uacuitate intercepta alius globus. Sed re uera non uidetur esse ista mens Arist. Nam iste sensus coincidit cum superiori, si quidem admittit uacuum separatum. i. dimensiones uacuas corpore physico. Cum quibus licet non se possent penetrare aliæ similes, possent tamen aliæ dissimiles. vt inter globos. Et ideo sensum secundum fortè ita oportet intelligere, quòd illæ dimensiones essent simul conspersæ cum atomis, & penetratiuè se habentes cum illis, sed dicerentur vacuæ respectiuè, ut vbi plus esset illarum & minus atomorum corpus esset rarius, vbi verò minus illarum & plures atomi, esset densius. Neque impugnat hunc sensum quasi sit alicuius, sed nequis eum posset fingere. Et ideo ait Arist. minus inconueniẽs esse ponere in illo sensu vacuum quam in primo sensu. Cuius rationem aßignat Paulus venetus, quia in primo sensu admittebatur accidens per se sine subiecto, in secũdo verò non. Hoc tamen nescio quomodo dixerit Paulus, nam etiam in secundo sensu datur accidens sine subiecto, quia quãuis dimensiones se penetrent cum corporibus, non tamen secundum illos erant in corpore, vt in subiecto. Sed Phil. ait animus esse inconueniens, quia in secũdo sensu nullus admittitur locus vacuus corpore physico, sicut in primo. D ¶ Primum nihilominus inconueniens quod sequitur ex hoc sensu est, ꝙ vacuũ nõ esset causa omnis motus localis (cuius cõtrarium erat in eorũ opinione) sed solũ motus sursum, quippe cùm dimẽsiones illæ solum essent causa raritatis: nam copia dimensionum cum paucitate atomorum faciebat raritatem: raritas verò est causa leuitatis, atque adeo leuitas est causa solius motus sursum motus. ¶ Secundum inconueniens est ꝙ vacuum nõ esset causa motus tanquam locus, sed tanquam vas. Locus. n. in rei veritate est causa quodãmodo finalis motus naturalis, tanquam quid immobile fixum in aliquo puncto vbi conseruatur res naturalis. At dimensiones istæ non essent locus immobilis, sed quæ mouerentur simul cũ corpore quasi corpus ipsum deferentes, sicuti vtres sursum sublati deferũt secum vinum. Quod est absurdum, quoniam tunc sequeretur ꝙ loci deberet esse locus, & uacui vacuũ, in quo se reciperet: nam si uacuum ponitur ratione motus, & vacuum ipsum mouetur, necesse est dare alium locum uacui ad quem moueatur ipsum uacuum, & secundi uacui, aliud uacuum, & sic in infinitum.

E

F

Amplius autem: quomodo in graui aßignabũt ferri deorsum? Et mani Tex. 82.

A festũ est quòd si quantò rarius & magis uacuum fuerit, magis sursum feretur: si omnino sit uacuum, uelocissimè utique feretur. Fortasse autem: & hoc impossibile est moueri. ratio autem eadem, quoniam ut & in uacuo immobilia sunt omnia: sic & uacuum quod est immobile. incomparabiles enim sunt uelocitates.

¶In tex. 82. subdit duo alia inconuenientia. Tertium ergo est ꝙ tunc non poterunt assignare causam motus grauis deorsum: nam cùm uacuũ solum sit causa motus sursum leuium, & nullam aliam causam motus inueniunt,
B nisi vacuum, nullam grauibus relinquunt causam sui motus. ¶Quartum argumentum est ꝙ si vacuum est causa raritatis atque motus leuium sursum, quantò quidpiã magis fuerit uacuum, velocius ferretur sursum, & per consequens quod omnino fuerit vacuum velocissimè ascendet. Consequens autem est impossibile: nam qua ratione dictum est superius nihil posse moueri per vacuum (aliàs daretur motus in instanti) probatur itidem, nec vacuum posse per se moueri: puta dimensiones illas separatas, quia nulla erit proportio velocitatis earum ad velocitatem
C corporis physici.

Tex. 83. Quoniam autem vacuum quidem non dicimus esse, alia verò dubitata sunt verè: aut motus non erit, si non erit densitas & raritas, aut fluctuabit cœlum, aut semper æqualis aqua ex aere erit, & aer ex aqua. manifestum enim est, quòd plus aeris, ex aqua fit. Necesse est igitur, si non est constrictio: aut expulsum attiguum, vt ultimum fluctuet facere, aut alicubi alibi æquale mutari ex aere in aquam, ut tota moles totius æqualis sit, aut nihil moueri. semper enim re transmutata, hoc accidet, nisi circulariter moueatur. Non autem semper fit in D
circulum loci mutatio: sed & in rectum: hi igitur propter hæc, uacuum aliquid esse dicerent.

¶In tertia parte huius capitis respondet antiquorum obiectionib. Atqui in tex. 83. resumit argumenta supra facta c, 6. & postea proximè tex. 79. quib. arguebant motũ localem non esse possibilẽ, nisi sit raritas & densitas: aliàs fluctuaret cęlũ, & rursus si alicubi ex aqua generatur aer, oporteret, vt alibi ex tanto aere generetur aqua, ut Comm. 79. exposuimus. Et hoc (inquit) necessarium eueniet, nisi sit constrictio, vel condensatio, aliàs [Expulsum attiguũ,] E
id est expulsa illa pars, quàm id quod mouetur tangit, & expellit loco, faciet vltimum. i. cęlum fluctuare, & pariter aer hic genitus faciet tantũ alibi corrũpi [vt tota moles totius æqualis sit,] idest ne cùm ex parua aqua generatur magnus aer, detur penetratio dimẽsionum & sic cõtinget, vt cęlũ amplius dilatetur à centro, & cum ex paruo aere generatur magna aqua, fiet, ut cõstringatur ad centrũ ad modum fluctuantis aquæ nè detur vacuum. Excludit cauillationẽ, qua quis posset respondere dicens, quòd motus fit semper per circulum: vt à loco quem intrat. A. mobile pellatur B. & à loco quem intrat B. pel F
latur C. & C. rursus intret locum, vnde. A. discesserat. Arguit autem Phil. quòd non semper res mouentur sic circulariter, sed aliquando mouentur rectè. Obidque necesse est dari modum, quo fiat raritas & densitas ad euitandum huiusmodi inconuenientia.

Nos autem dicimus ex suppositis, quòd est materia una contrariorum, calidi, & frigidi, & aliarum physicarum contrarietatũ, & ex eo quod potentia est. id quod est actu, fit. & non separabilis quidem est materia: ipso autem esse diuersa est. & una Tex. 84.
est

A eſt numero ſi forte fuerit:coloris, & caliditatis,& frigiditatis. ¶ Eſt autem & corporis materia, & magni & parui eadem.manifeſtum autem eſt: cùm enim ex aqua factus eſt aer: eadem materia non inſuper accipiens aliquid aliud facta eſt, ſed quod erat potentia actu facta eſt. Atque rurſus aqua ex aere ſimiliter. Aliquando quidem in magnitudinem ex paruitate:aliquando uerò in paruitatem ex magnitudine. ſimiliter igitur ſi & aer multus exiſtens, in minori fiat
B mole, & ex minori maior: potentia exiſtens fit materia vtraque. Vt enim ex frigido fit calidum, & ex calido frigidum, eadem quia erat potentia: ſic & ex calido, magis calidũ nullo facto in materia calido, quod non erat calidum, quando minus erat calidum. ¶ Sicut neque maioris circuli circunferentia & curuitas, ſi fiat minoris circuli, eadem cum ſit, aut alia: in nullo alio facta eſt curuitas, quod erat non curuum, ſed rectum.non enim ex eo quia intermittitur,ipſum minus aut magis eſt, ne-
C que eſt accipere flammæ magnitudinem aliquam:in qua & albedo & caliditas non inſit. Sic igitur & prior calor poſteriori, quare & magnitudo & paruitas ſenſibilis molis, non inſuper accipiente aliquid materia extenditur: ſed quia potentia eſt materia utriuſque. Quare eſt idem, denſum & rarum: & una materia ipſorum eſt.

Cauſa raritatis ac denſitatis ¶In tex. 84. veram edocet cauſam raritatis & denſitatis: quatuor præiacens fundamenta. Primum ex lib. 1. tex. 67. & tex. 70. Vna eademq; materia eſt duorum contrariorum. puta calidi & frigidi: rari & denſi: &c. idem enim numero, quod modo eſt cali-
D dum,poſtea eſt frigidum: &c. Secundum ex eodem lib. tex. 78. Quicquid fit actu tale,fit ex eo, quod eſt potentia tale:ut ex frigido, quod eſt potentia calidum,fit actu calidum.nam forma quæcunque educitur de potentia materiæ:vt lib.eodem quæſt. 7. diſſerebamus. Tertium. Materia non eſt ſeparabilis à contrarijs.i.nõ poteſt dari materia ſine aliqua forma,aut eius cõtraria:omne enim corpus, aut calidũ eſt, aut frigidum:aut ſub media qualitate, quę quodammodo contrariatur extremis: differt tamẽ ſubiectũ ratione à ſe vt eſt ſub forma: nam alia ratione materia eſt ſub hac forma: & alia ratione E
eſt in potentia ad aliam. Quartũ. Vna eademq; materia eſt ſub contrarijs accidentibus: puta vnũ & idẽ corpus eſt nunc ſub calore, & poſtea ſub frigiditate. ¶ Tunc ad propoſitum ſic arguit. Eadem numero materia eſt contrariorum magnum & paruum ſunt contraria: ergo eadem eſt materia magni & parui: & per conſequens rari & denſi. Subdit exẽplum in generatione ſubſtantiali:ut cum ex aqua fit: aer, nihil ei materiæ accreſcit nouũ: ſed eadem numero,quæ ſub forma aquæ erat ſub minoribus dimenſionibus, ſub forma F
aeris extenditur ad maiores: & èconuerſo cùm ex aere fit aqua. ¶Hoc eſt punctum reſponſionis. Cenſebãt enim antiqui,ut hic inſinuat Ariſtote. quòd rarefactio fieret, per hoc quòd rei, quæ rarefit, aliquid ab extrinſeco aduenirct,quo fit maior: & condenſatio per hoc quòd aliquid ei adimitur quo fit minor. Quod dupliciter exponitur: nam S.Thom. & Paulus & alij iuniores intelligunt,denſitatem fieri ſecundum antiquos, per hoc quòd aliquæ partes corporis ab extrinſeco aduenirent ad replẽdum uacua, quæ erant in corpore, & raritatem, per hoc ꝙ illa corpora expellerentur. Sed fortè non intelligebant, ut ait Philoponus, niſi quòd raritas fieret per hoc, ꝙ corpus

Raritas & denſitas.

A quod rarefit imbiberet ab extrinseco plures uacuitates. Appellabant enim uacuum dimensiones illas mathematicas abstractas à corpore, & quanto plus illarum erat in corpore, minusque de corporeitate, erat rarius: è conuerso in densitate pellebantur illæ dimensiones, & constringebantur partes corporis: ueluti cum spongia bibit aquam, tumescit: quæ pulsa constringitur, & pariter vter dũ inflatur. Et hoc designat hic Aristo. dicens, ꝙ aqua rarefecta non fit aer, per hoc aliquid insuper accipiat, id est aliquid vacui. ¶ Ait ergo Aristo. quòd raritas nõ fit per aduentum illarum dimensionum, sed per hoc quòd eadem mate-
B ria quę erat sub minori quantitate, fit in actu sub maiori, ad quam erat in potentia: atque adeo educitur de tali potentia: & densitas fit per hoc, quod eadem materia quæ prius erat sub maiori quantitate, fit sub minori ad quam erat in potentia, ueluti cum frigidum fit calidũ, nihil additur substantiæ, aut materiæ subiecti: sed idẽ subiectũ quod prius erat sub vna forma, fit sub alia, ad quã erat in potẽtia. Et eadẽ ratione sicut calidum fit magis calidum per solam intensionem formæ in eodem subiecto, ita rarum fit magis rarum per hoc quòd idem
C subiectum acquirit maiorem quantitatem: nõ quę uenit ab extrinseco, sed quæ educitur de potẽtia sui subiecti: quod. 1. de genera. exactè tractandum est. ¶ Subdit exemplum alterum de circulo. Vbi considerandum ꝙ dicentes rarefactionem fieri per multiplicationem uacui non uidebantur rarefactionẽ ponere uniformiter per omnes partes corporis: sed ꝙ illa pars solùm rarefieret ubi est uacuũ. Probat ergo Arist. ꝙ cum ex aqua fit aer, secundum omnes partes fit rarefactio. Et id probat exemplo circunferentiæ conuexæ circuli, qnando constringitur. Quod potest fieri duobus modis. Primò si sphera solida lignea magna arte tornatili fiat minor, tunc tenen- D
do quantitatem distingui à re quanta noua superficies producitur in actu quæ educitur de potentia materiæ, ut libro. 2. quæstio. 2. dicebamus. Alio modo si virga curua faciens magnum circulum cõtrahatur in minorem circulum, tunc nulla superficies producitur noua: sed solùm fit minor figura. Et hoc est quod ait [eadem cùm fit aut alia] id est, siue noua quãtitas producatur, siue non. Vtrouis modo fiat nulla pars circuli incuruatur quæ antea non erat curua: neque aliqua pars incuruatur, alia uerò non: sed cũ omnes essent curuę, efficiũtur magis curuæ [non ex eo quia intermittitur] id E
est non ex eo quòd plures partes sunt curuæ, quàm rectæ, fit magis curuum: aut ex eo quòd plures sunt rectæ quàm curuæ est minus curuum: sed cum omnes partes essent curuæ, recipiunt maiorem curuitatem ad quã erant in potentia. Ita cum aliquid fit magis, aut minus rarum. Nusquam uidi hanc expositionem: existimo tamẽ hunc esse sensum germanum quippe quo eleganter condemnatur ponentes raritatem fieri per illas dimensiones abstractas. Quorum opinio (ut eam semel intelligas) erat, quòd interpellatim in corpore una pars dimensionum separatorum erat simul F
cum corpore, & alia per se uacua: nõ ꝑ hoc ꝙ singulæ partes rarefierẽt: se per hoc ꝙ plura essent uacua quàm plena: & densitatem è conuerso. ¶ Quod adhuc confirmat exemplo flammæ: cuius nullam est accipere partem in qua non sit albedo, id est lux & caliditas [sic igitur prior calor posteriori] id est ita se habet remissior calor respectu intensioris: nempe quòd qui per singulas partes extensus est intenditur. Et ita contingit in raro & denso.

Est autem ipsum quidem dẽsum graue, rarum autem leue, duo enim Tex. 85.
sunt

A ſunt ab utroque, & denſo & raro. graue enim & durum denſa uidétur eſſe. & contraria, leue inquam & molle rara. Diſſonant autem graue & durum, in plumbo & ferro.

¶In tex. 85. poſtquam oſtendit unde raritas denſitaſque proueniant, reſpondet ad aliud quod illi dicebant, uidelicet uacuum eſſe cauſam motus localis. Ait ergo, quòd cauſa eadem eſt raritatis & leuitatis: eademque eſt cauſa denſitatis & grauitatis: Duo enim effectus proueniunt ex denſitate, puta duricies & grauitas: duoque item con- B trarij ex leuitate, puta raritas & mollicies: quo fit, ut eadem cauſa ſit & raritatis & motus ſurſum: ſicuti eadem etiam eſt & denſitatis & motus deorſum. ¶In hoc textu inſerit Boetius repetitionem illius ſimilitudinis de circulo. Eſt tamen inutilis repetitio, quæ ab Auerroe creditur adiecta. Et ideo Vatablus & Argy. & alij meritò eam prætermittunt.

Tex. 86. Nullatenus poſsibile eſt uacuum.

Ex dictis igitur manifeſtum eſt: quod neque diſgregatũ eſt uacuum, neque ſimpliciter, neque in raro, neque potentia, niſi quis uelit omnino uocare uacuum cauſam lationis, ſic autem ipſius grauis, aut leuis materia quatenus huiuſmodi: erit uacuũ. C Denſum enim & rarum ſecundùm hanc contrarietatem motus factiua ſunt: ſecundùm autem ipſum durum & molle paſsionis & impaſsibilitatis & non loci mutationis, ſed alterationis magis. Et de uacuo quidem: quomodo eſt, & quomodo non eſt, determinatum ſit hoc modo.

Nullomodo eſt uacuum.

¶In tex. denique 86. & poſtremo de uacuo ſub forma epilogi concludit, nullatenus eſſe poſſibile uacuum, neque diſgregatum, ideſt ſeparatum, puta dimenſiones, neque ſimpliciter ſine aliquo prorſus corpore, aut dimenſione, ut eſt uacuum extra cœlum, neque in raro, ideſt in corporibus, ut efficiat raritatem, neque in potentia, niſi id quod eſt cauſa motus ſurſum, aut deorſum velis appellare uacuum in potentia: nam iſto modo nihil uetat quo minus materia, ideſt ſubiectum ipſum quod eſt graue, aut leue dicatur uacuũ. Rarum enim & denſum ſunt in potentia ad duas contrarietates: nam rarum eſt cauſa leuitatis, denſum uerò grauitatis, & hac ratione rarum & denſum ſunt cauſa motus ſurſum & deorſum. Eſt item rarum cauſa, ut fit molle, & denſum cauſa, ut fit durum: & ſecundùm hoc rarum & denſum non ſunt cauſa motus localis, ſed motus alterationis; puta paſſionis, aut impaſſibilitatis: nam molle facilè patitur & corrumpitur: durum autem, difficile. D E

Sequitur quæſt. 3.

DE TEMPORE.

Cap. X.



Tex. 87. Consequens autem eſt ad ea quæ dicta ſunt, aggredi de tempore. primũ autem bene ſe habet, dubitaſſe de ſe ipſo, & per exteras rationes, utrum ſit eorum quę ſunt, an eorũ quæ non ſunt, deinde quæ ſit natura ipſius. F

¶Tertium membrum principale huius libri eſt de tempore, ut enim eſt locus menſura mobilis, ita & tempus eſt menſura motus, atque adeo poſt conſiderationem loci, & (quod eius contrarium eſt) uacui proximè ſubſequitur tractatus de tempore. Qui capitula continet quinque: textus autem ſecundùm Commentatorem quadraginta octo. In cap. hoc 10. quod in textus decem diſtinguitur, proponit opiniones extraneas cum ſuis qualibuſcũque rationibus. Ait ergo conſequens eſſe poſtea quæ dicta ſunt de tempore

A differere: primum quidem proponendo dubitationes, afferendoque exteras rationes, idest dialecticas, ut ait Commentatorem, quæ non sunt physicæ: sed probabiliter cōtra ueritatem dubitationem faciunt.

Tex. 88. Quòd igitur omnino non sit, aut uix & obscurè, ex hisce aliquis suspicabitur. Aliud enim ipsius factum est, & nō est, aliud uerò futurum est, & nondum est. Ex his autem, & infinitum & quod semper accipitur, tempus componitur. Quod autem ex iis quæ non sunt componitur, fieri non B posse uidetur ut posSideat aliquando essentiam.

¶ Duæ sunt de tempore præcipuæ dubitationes: altera de tempore ipso, quod est ens successiuum: altera de instanti, quo partes eius copulantur. Facit ergo duas apparentes rationes, quòd tempus non sit: & deinde progreditur ad instans: & tertiò disputat quid sit tempus. Prima ergo ratio in hoc tex. 88. est hæc. Id cuius partes non sunt, non est. nam totum ex partibus pendet, ex quibus constat: partes autem temporis non sunt: ergo nec tempus est. Minorem probat: quia pars præterita temporis, iam non est: pars C uerò futura, nondum est: tempus autem ex his tantum duabus partibus cōstat: nam nunc non est pars temporis, ut statim dicturus est: ergo tempus ipsum non est, aut saltem obscurè est, idest uix intelligi potest, quomodo sit. Ly infinitum adiectiuum est de ly, tempus, ut patet Græcè, ubi utrunque est masculini generis. Appellat autem tempus infinitum & quod semper accipitur, propterea quòd (in eius opinione) est perpetuum.

Tex. 89. Adhæc autem: omnis rei partibilis si quidem sit, necesse est quando est aut quasdam, aut omnes partes esse. temporis autem aliæ fuerunt, aliæ D uerò futuræ sunt, nulla autem est: cū sit diuisibile. ipsum autem nunc, non est pars. nam & mensurat pars: & cōponi oportet totum ex partibus. tempus autem non uidetur componi ex ipsis nunc.

¶ Secūda ratio in tex. 89. eadem propemodum est. Cuiuscunque (inquit) rei partibilis, idest habentis partes necesse est quando talis res est, aut omnes eius partes simul esse, aut saltem aliquas. Ait omnes (vt inquit Themistius) propter res simpliciter permanentes ut corpus & linea: aliquam uerò propter res quæ habent aliquam E successionem, ut in comœdia quando repræsentatur unus actus, alius transiuit. Temporis autem nec omnes, nec aliqua pars unquam est: ergo tempus non est. Probat minorem. Si aliqua pars temporis esset, maximè illud instans præsens, quod uocamus, nunc, nam præteritas partes & futuras ostensum est iam modo non esse: hoc autē, nunc. non est pars temporis: ergo nulla pars temporis est. Minor uerò probatur. nam pars habet duas conditiones, scilicet quod est mensura totius, (ut binarius est mensura, idest pars aliqua senarij,) uel pars constans ex aliquotis (ut quaternarius est pars senarij) & item componit totum. Instans F autem non est mensura temporis, non enim tempus est magnum, uel paruū, quia habet plura, uel pauciora instantia, cùm quodlibet habeat infinita: nec tempus, cùm sit diuisibile, componitur ex instantib. quæ sunt indiuisibilia.

Amplius autem & ipsum nunc, quod uidetur distiuguere præteritū, & futurum, utrum unum & idē semper permaneat, an aliud sit, & aliud non facilè est uidere. Si enim semper alterum & alterum est, nulla autem est earum quæ sunt in tempore alia, Tex. 90.

& alia

A & alia pars ſimul quę non contineat, alia uerò contineatur ut minus tempus ſub maiore, ipſum autem nunc quod non eſt, prius autem fuit. neceſſe eſt corruptum eſſe aliquando & ipſa nunc ſimul quidem inter ſe non erunt, corruptum autem eſſe neceſſe eſt ſemper prius. in ſeipſo igitur corruptum eſſe, impoſsibile eſt: ex eo quia tunc eſt. In alio autem nunc, corrumpi ipſum prius nunc non contingit. Sic enim impoſsibile eſt contigua eſſe ad inuicem ipſa nunc, ut punctum cum puncto. Si igitur in eo, quod eſt conſequenter, non corru-
B ptum eſt, ſed in alio in mediis nunc quæ ſunt infinita, ſimul erit. hoc autem impoſsibile eſt.

¶In tex. 90. arguit itē probabiliter, ꝙ nullum ſit inſtans ſeu nunc. Et quamuis inſtās uidetur eſſe quid ſuperius ad nunc, (quod ſolum uidetur deſignare nunc pſens) nihilominus accipit nunc generaliter pro inſtanti ea ratione qua eſt, uel fuit præſens. Ratio eſt hæc. Si eſſet nunc temporis, uel illud eſſet idē numero per omne tempus, aut eſſent diuerſa, neutrum iſtorum. ergo nullū eſt nunc. Probatur minor. Si ſunt diſtincta, tunc neceſſe eſt ut duo nunc nō
C poſſint eſſe ſimul: nam duæ partes temporis eſſe nequeunt ſimul, niſi cū una continet & alia continetur, ſicut pars in toto: quemadmodum modo eſt hora tertia, & dies Iouis, & menſis Septēbris. Vnum autem, nunc, non poteſt eſſe pars alterius, cùm omnia ſint indiuiſibilia. Tunc rurſus. Si duo nunc, non poſſunt eſſe ſimul, neceſſarium eſt, ut quando hoc eſt, aliud prius fuerit corruptum: impoſſibile autem eſt inſtans corrumpi: ergo non ſunt diſtincta inſtātia. Minor ſuadetur ſic. Inſtans aut corrumpitur quando eſt, aut poſtquā fuit, non quando eſt: quia quod ſecundùm ſe totum eſt, non corrumpitur, nec cor- hoc
rumpitur quando nō eſt quia maximè. D
A, inſtans corrumperetur in B, inſtanti ſequenti, quod eſt impoſſibile: nam cū inter quæcunque inſtantia medient infinita, non poteſt. B. eſſe contiguum, & immediatum ipſi A. & per conſequens B. non poteſt eſſe primum inſtans non eſſe ipſius A. quod erat neceſſarium, ut A. corrumperetur in B. Concludit ergo, ꝙ ſi inſtans præteritum nō corrumpitur in eo, ꝙ conſequenter. i. immediatè ſequitur (quia nullum eſt tale) ſequitur ut nullo modo corrumpatur, & per conſequens duo inſtantia manent ſimul, quod eſt impoſſibile. Ratio hæc ſolum adducitur probabiliter, & non demonſtratiuè, nam inſtans corrumpi E
tur, ideſt definit eſſe, quando eſt per ultimum ſui eſſe.

At uerò, neque ſemper idem permanere poſsibile eſt. nullius enim diuiſibilis finiti unus terminus eſt. neque enim ſi ad unum ſit continuum: neque ſi ad plura: ipſum autem nunc terminus eſt. & tempus eſt accipere finitum. Tex. 91.

¶ Alteram partem uidelicet, quòd ſit idem nunc, permanens per omne tēpus reprobat duabus rationibus. Prima in hoc tex. 91. eſt huiuſmodi. Nullius continui finiti eſſe poteſt unus tātum terminus (neque ſi ad unum ſit cōſtitutum, neque ſi ad plura) ideſt neque ſi ſit continuum ſecundùm unam tantùm dimenſionem, ut linea, neque ſecundùm plures, ut ſuperficies & corpus: linea enim finita duo hæc extrema pūcta: & ſuperficies ad minus tres lineas: & corpus plures ſuperficies: intelligitur enim de quantitate cōtinua recta: nam ſuperficies circularis unica linea terminatur. tempus autē eſt quid contiuuum & finitum: hora enim dies, menſis, & annus tempora ſunt finita: ergo ad minus neceſſe habent ut duobus nunc, terminetur, uidelicet in præteritum & in futurum.

Am-

Tex. 92. Amplius si simul esse secundùm tempus, & neque prius neque posterius, in eodem esse & ipso hoc nunc sit, & si qua prius, aut posterius in ipso nunc sunt simul erunt quæ ante decies millenos facta fuerunt annos, cum ijs quę fiunt hodie, & neque prius neque posterius vllum aliud alio. De ijs igitur quæ insunt ipsi: tot sint dubitata.

¶Secunda ratio est in text. 92. talis. Idem est aliqua esse simul, & esse in eodem, nunc, nec prius, nec poste-
B rius: ergo si idem, nunc, erat ante centum annos & ante decies millenos, quod modo est sequitur, ut res quæ tunc erant, & quæ nunc sunt dicantur esse simul, nec prius illæ fuisse quàm hæ: nam esse prius est esse in alio, nunc, præcedenti hoc, quod modo est. Consequens tamen absurdissimum est dictu.

Tex. 93. Quid autem est tempus, & quæ ipsius natura, similiter & ex traditis immanifestum est, & ex ijs quæ fuimus percurrentes prius. Nam qui-
C dam, uniuersi esse motum dicunt. Alij, spheram ipsam. Atqui circulationis etiam pars tempus quoddam est, circulatio uerò non. pars enim circulationis est quod acceptum est, sed non circulatio. Amplius autem si plures essent cœli, similiter esset tempus cuiuslibet ipsorum motus. Quare multa tempora, simul.

Tres opiniones de tempore. ¶Post argumentationem quòd non sit tempus, neque instans disputat tertiò inquirendo, quidnam sit tempus. De qua re tres enarrat, ac refutat opiniones. Ait ergo, quòd difficilem esse cognitionem, temporis, constat ex his, quomodo obijciebantur. Quidam enim dixerunt tempus esse motum uniuersi. Alij uerò spheram ipsam, scilicet substantiam uniuersi. Alij autem idem esse tempus, quod motus in genere. Primam opinionem redarguit duabus rationibus: dicebāt enim isti, quòd tempus est circulatio motus. Contra quod arguitur. Si circulatio integra est tempus, fit, ut quæcunque pars circulationis sit proinde tempus: nam quæcunque pars temporis est tempus. Si aūt pars circulationis est tempus, & tempus est circulatio, quælibet pars circulationis est circulatio: quod est falsum: nam circulatio est motus ab aliquo pūcto in idem. Rationem hanc q. 4. examinauimus: quæ certè non est demonstratio. Responderi enim posset satis esse ad rationem temporis, quòd sit pars circulationis. Secunda ratio est Si tempus idem est quod motus circularis cęli, fit, ut si essent plures cęli, plura essent tempora: quod tamen est falsum immò, ut bene ait Philoponus, quamuis per impossibile plures essent cœli eiusdem magnitudinis & uelocitatis & plures mundi, qui mouerentur eodem motu. quo iste noster, non essent plura tempora, sed idem dies mensis & annus esset in omnibus: ut quæstione quarta uberius explicamus.

D E F

Tex. 94. Vniuersi autem sphæra uisa est quidem dicentibus esse tēpus. quia & in tempora omnia sunt: & in ipsa uniuersi sphæra. Est autem stultius quod dictum est, quàm ut de eo impossibilia consideremus.

¶Secundam opinionem dicentium sphæram uniuersi esse tempus: siue intelligas uniuersum ipsum. siue primum mobile dicit adeo esse stultam, ut superuacaneum sit inconuenientia eius recensere. Persuadebāt enim sibi sphæram primam esse tempus

hoc

A hoc paralogiſmo. Omnia corporalia ſunt in tempore, omnia ſunt item in prima ſphæra: ergo prima ſphæra eſt tẽpus. Quiquidem paralogiſmus primò peccat in æquiuoco: æquiuocè enim ſunt corporalia in ſphæra & in tempore: in illa enim ſunt tanquam in loco: in hoc uerò tanquam in menſura durationis. Secundò quia concludebat in ſecunda figura ex puris affirmatiuis: ubi medium non diſtribuitur. Et q; illa opinio eſſet manifeſtè ſtulta patet, ut ait Themiſtius: qa ſphe ra uniuerſi eſt ens permanens: tempus uerò ens ſucceſsiuum.

B Poſtquam autem uidetur maximè motus eſſe ac mutatio quædam
Tex. 95. tempus. hoc conſiderandum erit. Vniuſcuiuſque igitur mutatio & motus in ipſo quod tranſmutatur eſt ſolum, ubi fuerit ipſum quod mouetur & tranſmutatur. tempus autem, ſimiliter & ubique, & apud omnia eſt.

¶In tex. 95. refellit tertiam opinionem. ſi modo tamen cuiuſpiam fuerit. ſ. tempus idem eſſe quod motus. Differt opinio hæc à prima, quòd illa ponebat tempus ſolum eſſe motum
C primi mobilis: hæc uerò motum in genere, ut uniuſcuiuſque rei motus eſſet ſuum tempus. Quod autem tempus ſit motus, quamuis ſit falſum, eſt tamen ueroſimile, & ideo prius duabus rationibus probat quòd non eſt motus, ac deinde tertia quòd non eſt ſine motu. Prima eſt. Motus uniuſcuiuſque eſt ſubiectiuè in ipſo quod mouetur, aut in eodem loco. S. Tho. intetpretatur primam particulam alludere ad motum alterationis & augmentationis, ſecundam uerò ad motum localem in loco: non quòd motus localis non ſit ſubiectiuè in mobili perinde ut alij motus, ſed q; motus localis dicitur motus in loco. uel forte ut Themiſti. & Philopon. aiunt D
particula diſiunctiua accipitur pro copulatiua: ut ſæpè ſit Græcè. Vt ſit ſenſus, quòd motus in eo quod mouetur & non alibi. Tempus uerò non eſt in rebus quæ mouentur: quia unum & idem uniformiter eſt in omnibus: eoſdem enim numero annos ego habeo, & quicunque natus eſt quando ego, & eandem numero horam legimus qui hora tertia legimus: ergo tẽpus non eſt idem quod mouus.

Amplius autem, mutatio quidem Tex. 96.
omnis, uelocior aut tardior eſt. tempus: autem non eſt. tardum enim & velox, tempore diffiniuntur. Velox enim eſt quod in pauco multum mouetur. Tardum autem quod in multo parum. Tempus autem non diffinitur tempore neque quo quantum quid eſt, neq; quo quale. Quod igitur non eſt motus manifeſtum eſt. Nihil autem referat nobis dicere in præſenti, motum aut mutationem. E

¶In text denique 96. & poſtremo addit ſecundam rationem. Omnis motus eſt uelox, aut tardus: atq; adeo magis, aut minus tardus: nõ ſolùm in his inferioribus, ſed etiam cœlorum aliud alio uelociùs mouetur, tempus autem nec tardum dicitur nec velox: ergo motus non eſt tempus. Probat minorem, quia tardum inquit, & uelox tempore diffiniuntur. uelociter enim id mouetur, quod paruo tempore longum ſpacium percurrit: tarde uerò quod longo tempore tranſit paruum: ergo tempus uniformè eſt idem ubique, alias non eſſet menſura uelocitatis & tarditatis. Et hoc eſt quod ſubdit: [ſcilicet quod tempus quantum ſit aut quale non diffinitur tempore] non, enim dicimus dies vernos longiores eſſe hyemalibus, quia F
maiori

A maiori tpe durāt: q̄nimo idē est prorsus esse maiores dies, & esse maiora tpa. Nec diffinimus Maium esse mensem meliorem Frebuario, quia est melius tempus, esset enim idemper idem diffinire. Si ergo quantitas & uelocitas motus diffinitur tempore, non autem quantitas temporis, rectè concluditur: tēpus non esse idem quod motus & ibi (ut solet) secat. Commentator textum 67. Ait uerò Arist. ꝗ ea ratione qua tempus nō est motus, neq; est mutatio: qualis est generatio.

QVO' DEFINITVR quid sit tempus.

B

CAPVT XI.

Tex. 97.



AT uerò, neque sine mutatione tempus est. cum enim ipsi nihil mutamur secundum intelligentiam, aut latet nos mutari: non uideturnobis fuisse tempus, sicuti neque iis qui in Sardo fabulosè dicuntur dormire apud Heroas: cùm fuerint experrecti. Copulant enim primum nunc posteriori nunc, & faciunt unum remouentes propter insensibilitatem medium. Vt igitur, si non esset alterum nunc, sed unum & idem, non C esset tempus: sic & quando latet alterum esse, non uidetur quod medium est esse tempus. Si igitur ut non putemus esse tempus, nunc accidit nobis, cùm non diffinimus ullam mutationem, sed in uno & indiuisibili uidetur anima manere, cùm autem senserimus, ac diffiniuerimus. tunc dicimus fuisse tempus: manifestum est quod nō est sine motu ac mutatione tempus.

¶ In capite 11. textibus undecim distributo, præmissa iam recitatione contrariarū opinionum diffinire primum intēdit, quidnam sit tempus ac D deinde quid sit nunc temporis. Et ideo in has duas partes capitulum secatur. At quia motus & tempus res sunt affinitate coniunctæ, & probauerat motum non esse tempus, præmittit subinde quasi proœmium dicendorum: nec tempus esse sine motu, nec motus rursus sine tempore: idq; ostēdit hac ratione. Tempus nō cognoscimus, nisi per cognitionem motus: ergo tempus non est sine motu: nam sicut res se habent ad cognitionem, ita se habent ad esse. 2. meta. text. 4. Antecedens manifestat exemplo dormiētium: cum enim quispiam in tenebris profundo prolixoque somno captus E nullum percipit motum fit vt postmodum excitatus coniungat instās, quo expergiscitur, instanti, quo dormire cœperat, & ideo nullū cognoscit transisse tempus: aut non quantum transiuit. Et hoc est quod ait [cum ipsi nihil mutamur secundùm intelligētiā] i. quamuis nos semper in rei ueritate mutemur, si tamen non intelligimus mutari motu aliquo, non percipimus tempus, sed tamen quamprimum sentimus motum statim cognoscimus tēpus. ¶ Adducit exēplum fabulæ apud Sardos. Refert Simplicius, cum capta fuit à Græcis Sardus insula, inuenta illic fuisse cadauera nouem filiorū Herculis, balsamo alijsque aromatibus sic condita, ut non mortuorū sed dormientium prorsus imaginem exhiberent: hos incolæ heroes dormientes appellabant colebantque ut deos. Horumq; meminisse hic (ait) Phil. Philosophus uerò cōmemorat ad huiusmodi heroes in more fuisse deferri infirmos sanitatis causa: qui cum dæmonum incantationibus tres, aut quatuor dies sopore velut dormientes attoniti essent, postea excitati putabant nullum prorsus tempus transisse, sed eadem hora cępisse & finisse somnum. Alij nescio quos homines fabulabant tredecim millia annorū dormisse.

Dormientium fabulæ.

F

Est

A Est bonum argumentum. Nam si propterea, quod non percipimus motum non percipimus tempus: signum est quod si in rei ueritate non esset motus, non esset tempus.

Tex. 98 Quòd igitur neque motus, neque sine motu tempus est, manifestũ est. Accipiendum est autem quoniã quærimus quid est tempus, hinc incipientibus: quidnã ipsius motus sit, simul enim motum sentimus. & tempus. Etenim si sint tenebræ, & nihil per corpus patiamur, motus autem quidam in anima insit: confestim simul B uidentur quodammodo fuisse tempus. At uerò & cum tempus uidetur fuisse aliquod, simul & motus qui dã fuisse uidetur. Quare aut motus, aut aliquid motus est tempus. Cùm igitur non sit motus, necesse est motus aliquid esse ipsum.

¶Postquam constitutum est tempus & motum subiecto esse coniuncta, ut neutrũ sine altero esse ualeat, prosequitur inuestigare: quidnam tempus sit ipsius motus. Et intentio eius est, quod tempus sit numerus motus secũdùm prius & posterius, & intelligitur de regularissimo motu primi mobilis. Repetit au- C tem in hoc tex. 98. amplius explicare affinitatem temporis & motus. Cùm enim dixerat tempus nõ cognosci nisi per motum, subdit, quod nõ est necessaria cognitio motus corporei ad cognoscẽdũ tempus: sed satis est si cognoscamus nostrarum successionem mentaliũ cogitationum. Si n. quis in tenebris corpore quietissimus nullũ in se, aut extra se corporeũ motum experiens aliquid meditetur successione meditationis percipit tempus transisse. ¶Nec solũ tẽpus per motũ cognoscimus, uerũ & èconuerso per tempus uenimus in cognitionẽ motus. Quemadmodũ enim qui aliqua dulci contẽplatione, aut studio delectatur, eo quod non sentit laborem motus, nõ cognoscit quantũ tempus studuit, ita ècõtrario infirmi qui grauiter ferunt motum febris, putant maius tẽpus transisse, quàm trãsiuit, & ideo neutri bene iudicant tempus per motum, sed utriqueècontrario per tempus cognoscunt, quantum motum passi sunt, ut cum hora sonat qui dulciter studet, intelligit plus studuisse, quã putarat: & febricitãs minorẽ motũ febris trãsisse, quã crediderat. Concludit ergo, quod si adeo sunt coniuncta tempus & motus fit, ut tempus uel sit motus, uel aliquid eius: & cùm non sit motus, sequitur ut sit eius aliquid: puta aut pars eius, aut accidens, aut quiduis aliud. D

Tex. 99. Cùm autem quod mouetur, moueatur ex quodam in quoddã, & omnis magnitudo continua sit, sequitur magnitudinem motus. Quia enim magnitudo continua est, & motus est continuus: quia uerò motus continuus est, & tempus continuum est. quantus enim motus est, tantum & tẽpus semper uidetur fuisse. ¶Prius autem & posterius, in loco primum sunt. hac quidem: positione sunt determinata. Quoniam autem in magnitudine est prius & posterius: necesse est & in motu esse prius & posterius proportionaliter iis quæ sunt ibi. At uerò & in tempore est prius & posterius, propterea quòd alterum sequitur semper alterum ipsorum. ¶Est autem prius & posterius ipsorum in motu. Id quidem quod est, motus est: esse tamen ipsi, alterum est, & non est motus. E F

¶Postquam constitutum est, tempus esse aliquid ipsius motus ad rem proprius accedens Phil. ostensurus tempus esse numerum motus secundum prius & posterius, prænotat, qua ratione in tempore sit prius & posterius. Et quia sempus non haberet prius

A prius & posterius, nisi esset quantitas cõtinua (numerus enim decẽ hominum: aut lapidum non dicit alium alio esse priorem, aut posteriorem) manifestat, quomodo tempus sit quãtitas continua. Tria enim sunt continuorum genera. s. magnitudo, motus & tempus. Atqui ut continuitas magnitudinis causa est continuitatis motus, ita cõtinuitas motus causa est cõtinuitatis tẽporis exẽpli gratia. Motus nõ est nisi transitus ab uno termino in alium, (quod quamuis uerũ habeat in motu etiã alterationis & augmentationis, oculatius tamen inspicitur in motu locali) & ideo motus B sequitur magnitudinem: nempe ut ex eo ꝙ mobile attingit priorem partẽ spacij (scilicet sibi propinquiorem) quam posteriorem illi cõtinuam, motus ipse habet partes continuas [qui a uerò motus] scilicet est continuus [& tempus] scilicet est continuum. Nam quantus est motus, tantum est tẽpus. Loquitur enim semper de motu regulari primi mobilis, ubi quanta est portio, tantum est tempus. Nam de his inferioribus iã dixerat text. *96*. quòd motus uelocior breuiori tẽpore pertransit tantum spacium quantũ motus tardus in maiori tempore. Est certè C deductio pulchra, ut non aliunde sit actio continua, nisi quia magnitudo est continua, & quia actio est continua: aggregatum ex priori & posteriori, in quo ratio temporis consistit, sit etiam continuum. Post hæc confestim explicat differentiam inter rationes prioris posterioris horum trium. Ait enim quòd prius & posterius in loco per quem mobile mouetur est secundum positionem & situm partiũ. In magnitudine enim quam habes ante pedes iacentem, prius & posterius accipitur respectu tui, ut quod est tibi propinquus sit prius: quod uerò magis distat sit posterius: sicut dextrum est, quod habes ad dexteram, & sinistrũ, quod habes ad sinistram. In motu uerò quia non est ens permanens, D non est per se prius & posterius positione, sed proportionabiliter, id est per respectum ad magnitudinem ut illa pars motus sit prior, qua transitur prima pars magnitudinis: illa quòd posterior, qua transitur posterior. At uerò in tempore erit prius & posterius, propterea quia alterũ sequitur alterum idest quia tempus insequitur motum. & èconuerso. ¶Subiungit tandem uerbum attentione dignum ad intelligentiam temporis dicens quòd prius & posterius ipsorũ, scilicet motus & temporis est quidem in motu. [Nam id quidẽ quod est motus est] id est prius & posterius ipsius E motus non est res distincta à motu, sed eadem res, quæ est motus (esse autem ipsi, alterum est.) Diffinitio autẽ alia est motus, & alia prioris & posterioris: etenim quemadmodum prius & posterius in magnitudine non est res distincta à magnitudine, sed situs partium magnitudinis, nihilominus alia est diffinitio magnitudinis, & alia situs, quæ sunt distincta prædicamenta, ita prius & posterius in motu: idẽ est realiter cum motu: nam sunt partes eius: differunt tamen diffinitione: quia motus est actus entis in potẽtia, in qua diffinitione non fit mẽtio prioris, aut posterioris, præteritive, aut futuri: tempus autem essentialiter est F duratio illa & mora motus.

Tẽpus nõ est alia numero res à motu.

At uerò & tempus quidem cognoscimus: cùm diffiniuerimus motum: prius ac posterius diffinientes, atque tunc dicimus fuisse tempus quando prioris & posterioris in motu, sensum ceperimus. Determinamus autem aliud & aliud existimando ipsa, & medium quippiam inter ipsa alterum. cùm enim extrema altera à medio intellexerimus, duoque dixerit anima, ipsa nunc, hoc quidem prius. Illud uero posterius: Tex. 100.

tunc

A tunc & hoc dicimus esse tempus. Qđ enim determinatur ipso nunc: tẽpus esse uidetur & supponatur.

¶Subsequenter in hoc tex. 100 differentiam aperit inter tempus & motum: dicẽs, quòd tempus sequitur motum, non inquantum motus est actus entis in potentia (idest actio quædam incœpta quæ nondum uenit ad terminum) sed inquantum in motu sunt signabilia duo: nunc aliud prius & aliud pòsterius, scilice præteritum & præsens. Quod demonstrat hoc signo, quia tunc cognoscimus esse tempus, quando rationem prioris, & posterio-
B ris percipimus in motu, aliàs minimè, ut superiori dormientium exemplo ostensum est. At uerò quia paulò antea determinauerat tempus esse quantitatem continuam, partes uerò quantitatis continuæ non sunt duæ in actu (quia non sunt actu separatæ) subdit, quòd prius, & posterius in tempore, quamuis sint continua: tamen anima per operationem intellectus facit illa esse duo. Non quòd tempus sit ens rationis solùm habens esse per operarionem intellectus (est enim ens reale) sed numerat ut duo illa, quæ sunt partes eiusdem continui. Tunc igitur cũ numerat illa duo & medium sentit in-
C ter illa, cognoscit tempus. Illud enim (inquit) quòd determinatur & intercipitur inter duo nunc, est tempus, ut cõfestim uberius patebit.

Tex. 101. Quando igitur tanquam unum, ipsum nunc sentimus, & non sicut prius & posterius in motu. aut ut idem quidem non autem prioris, & posterioris cuiusdam: non uidetur tempus fuisse ullum quoniam neque motus. Cùm autem & prius & posterius est: tunc dicimus tempus. Hoc enim est tempus: numerus motus secundùm prius & posterius. Nõ ergo motus, tempus est: sed quate- D
nus numerum habet motus.

¶In tex. denique 101. concludit diffinitionem temporis, ea quæ dicta sunt explicatius declarando. Quod enim affirmatiuè dixerat, tunc nos cognoscere tempus, quando duo, nunc, terminantia aliquam successionem percipimus. subdit negatiuè quando & quomodo tempus non sentimus. Est tamẽ textus hic amphibologicus. S. Thom. exponit sic, quòd non nisi uno modo cognoscimus tempus, scilicet cognoscẽdo duo: nunc terminantia aliquam successionem. Et ideo existimat, ꝙ excludantur duo modi à ratione tem- E
poris, scilicet quando percipimus duo nunc tanquam unum non percipiẽdo medium motum inter illa, ut est in exemplo dormientium, aut quando cognoscimus unum nunc, præsens tanquam finem prioris temporis, & initium futuri, tunc (inquit) non cognoscimus tempus. Et hæc expositio consona est textu supra proximo. Nihilominus contextui huius literæ, nescio an magis congruat alius sensus Themistij & Philoponi: nempè quòd dupliciter cognoscimus tempus, scilicet aut cognoscendo duo nunc tanquam extrema unius successionis, aut cognoscen-
do unum nunc tanquam terminũ prio F
ris, & initium posterioris. Nam etiam isto modo cognoscamus tempus, ut potè præteritum & futurum. Et ita intelligenda esset tunc litera, scilicet quòd si non cognoscamus, uel medium inter duo, nunc, uel unum, nunc, tanquam continuatiuum prioris & posterioris, non cognoscimus tempus: si tamẽ cognoscamus, uel medium inter duo, nunc, uel duo extrema eiusdem, nunc cognoscimus tempus. Sed si sentiamus solùm nunc præsens absolutè non considerando, quòd est terminus præteriti & initium futuri, non cognoscimus tempus. Est ergo tempus numerus motus secundùm prius & posterius.

A Diffinitio temporis. rius. Diffinitio hæc amplius explicatur quæst.4. interim autem satis est, si exemplo intelligatur. Numerus enim dierum, aut horarum, aut morarum quarumcunque (quibus pro indiuisibili mensura utimur) per quas durat successio motus, est tempus.

Tex.102. Signum autem est, plus enim & minus discernimus numero, motum autem plurem & minorem tempore. Numerus itaque quidam tempus est. ¶ Quoniam autem numerus est duplex (etenim quod numeramus, ac numerabile, numerum dicimus: & B quo numeramus) tempus est quod numeratur. & non quo numeramus. est autem alterum quo numeramus: & quod numeratur.

¶ Duæ sunt particulę huius tex.102. in prima, signo quodam à posteriori probat tempus esse numerum: nam cũ numerus sit quãtitas discreta, tempus uerò sit cõtinua, dubium esse poterat. Ratio est hæc. Id quo certificamur de quãtitate alicuius rei, est numerus (metimur enim quãtum sit stadium numero passuum, aut pedum: & pannum metimur ulnis) tempus autem est id quo metimur motũ (dicimus enim tot horas orasse quempiam, aut scripsisse: aut C tot uixisse annos) ergo tempus est numerus. In secunda particula explicat quisnam numerus sit tempus. Est enim Numerus duplex. duplex numerus, scilicet materialis & numeratus, ut decem homines, aut decem lapides quæ sunt de prædicamento substantiæ: numerus uerò formalis quo numeramus est aggregatũ ex unitatibus, ut ĩtellectu abstrahitur ab hoc & illo subiecto. Et hoc modo est de prędicamento quantitatis: hoc enim modo eiusdem rationis est denarius lapidum & hominum. Vnde numerus numerans & numeratus sola ratione differunt, sunt enim eędem unitates, idest quantitates rerum consideratæ, ut concretæ in subiecto, aut abstractæ per in- D tellectum ab hoc & illo subiecto. Dicit ergo, quòd tempus nõ est numerus formalis quo numeramus: aliàs sequeretur, quòd numerus quarumcunque rerum etiam permanentium, ut lapidũ esset tempus: quia numerus formalis, quo eiusdem rationis est in omnibus rebus. Est ergo tempus numerus numeratus, puta partes illæ prior, & posterior in successione motus. Vnde quemadmodum decem uinæ panni sunt una res continua, sed sunt decem unitates quibus mensuratur, ita numerus prioris & posterioris est tempus quatenus horis, aut diebus metimur motum. An uerò tempus sit res distincta à mo- E tu necnè, quæstione id quinta disputamus.

Et ut motus semper alius est & a- Tex. 103. lius sic & tempus. Tempus autem simul omne idem est. nam ipsum nunc idem est, secundùm id quod est, esse autem ipsi, alterum est.

¶ Postquam diffinitum est quid sit tempus: procedit in hac secunda parte textus, ut ostendat, quænã res sit nunc temporis, seu instans temporis. Quod pro eodem semper accipito. Vtrum uidelicet unum idemq; numero fluat per omne tempus, an diuersa sibi succedant. hoc enim in dubium reuocaue F rat super tex.90. Proponit ergo in hoc tex. 103. conclusionem hanc. Nunc temporis est idem secũdum rem fluẽs per omne tempus, ratione tamen differt & est plura, secundnm quòd idem consideratur secundum successionem motus tanquam alterum & alterum: puta ut præteritum, præsens, aut futurum. Ait ergo, quòd ut motus est semper alius, & alius (est enim successio mobilis aliter & aliter se habentis respectu loci) ita & tempus, quia realiter idem est quòd motus, semper est aliud & aliud. Attamen tempus omne simul, idest secundùm omnes suas partes

tes

A tes est eadem res, quia est realiter idē nunc.∫leadem existentiā mobilis.[Esse autē ipsi alterum]i.ipsum autem nunc ratione & diffinitione differt à successione temporis:hoc autem non immoramur explicare: quandoquidem Aris. seipse continuò explicat.

Tex. 104. Ipsum autem nūc,tempus metitur quatenus prius est,atq; posterius.Ipsum autem nunc, est quidē ut idē est uerò ut non idem.Quatenus enim in alio & alio est, diuersum est. hoc aūt est esse ipsi nunc.quatenus uerò est id quod est ipsum nunc idē est.sequitur enim (ut dictū est) magnitudinē mo B tus.hunc aūt tempus, ut diximus, & similiter igitur punctū id qđ fertur, quo motnm cognoscimus & prius in ipso & posterius. hoc aūt secundùm id quidem quod est,subiecto idē est. punctum enim, aut lapis, aut aliquid eiusmodi est,ratione autē aliud est. sicut Sophistæ accipiūt esse diuersum: Coriscum in Lycio esse,& Coriscum in foro. & hoc igitur,ex eo quia alibi & alibi est, diuersum est ¶Ipsum autem nunc,sequitur id quod fertur, ut tempus motum.eo enim quod fertur cognoscimus prius, & posterius in C motu. Quatenus autem numerabile est prius & posterius: ipsum nūc est. Quare in his,id quidē quod est nunc, est idē. prius enim aut posterius est, quod in motu est.ipsum autē esse alterum. Quatenus enim numerabile est prius & posterius, ipsum nunc est. & notum maximè hoc est. etenim motus est per id,quod mouetur:& latio per id quod fertur.Hoc aliquid enim est id quod fertur,motus autem non. Est igitur ut idem ipsum nunc dictū semper, est autem ut non idem. etenim similiter & quod fertur.

¶Subsequēter tex.104.manifestam facit conclusionem.Ad euidentiam tamen huius textus qui lubricus,ac difficilis est, notandum est quòd siue quātitas, & punctum distinguantur à re quanta siue non, imaginandum est, q. si punctum trahatur per aliquam planiciem, uestigium illius est linea:& ideo ad imaginationem ex puncto eodem numero indiuisibili fit magnitudo. Et quia continuitas motus resultat ex cōtinuitate magnitudinis, per quam res mouetur, ex priori & posteriori in magnitudine cognoscimus prius & posterius in motu. Demus ergo, ut id quod mouetur, & fingitur esse punctum, sit lapis. Cognoscimus tunc prius & posterius in motu, propterea quòd eadem res aliter & aliter se habet in diuersis partibus spacij, ut existentia mobilis in priori parte spacij sit prius in motu, existentia uerò in posteriori parte sit posterius. Illud autem prius & posterius in successione motus est tempus. Et ideo naturam ipsius nunc explicat Aristoteles per similitudinem ad punctum, quòd sicut punctum unum fluens facit magnitudinem, ita ad imaginationem unum nunc, puta una eademque existentia mobilis quatenus fluens secundùm prius, & posterius facit tempus. Quocirca quemadmodum motus sola ratione prædicamentali differt à mobili, ut libro tertio, quæstione secunda dicebamus, ita tempus sola ratione differt à motu primi mobilis, ut hic quæstione quarta opinamur. ¶Litera uerò ferè syllabatim est enarranda.[ipsum autem nunc, tempus metitur: quatenus prius est, atque posterius.]Hoc uidetur cōtradicere ei quod dixerat textu 89. scilicet nunc non esse partem temporis, quoniam non est eius mensura. Nulla est tamen contradictio,ut enim pūctum, quia est indiuisibile in se consideratum non est pars lineæ,nihilominus ex fluxu ipsius resultaret linea,ita instās indiuisibile nō est

Q pars

D Nota. E F

A pars temporis: nihilominus ex fluxu illius imaginatur relinqui tempus. Et ideo licet simpliciter consideratũ non sit mensura temporis, tamen consideratum ut fluens secundùm prius & posterius est mensura temporis. Vt quantò per maius spacium decucurrit primum mobile maius fuerit tempus. Obidque subdit, quòd [ipsum nunc est quodammodo idem in toto tempore, quodammodo diuersum. Quatenus enim in alio est] idest quatenus existentia mobilis est in alio, & alio loco sunt plura nunc diuersa ratione. Et (hoc est esse ipsi nunc) idest ratio & quidditas ipsius nunc in hoc consi-

B stit, quòd aliter & aliter se habeat mobile: nam si nullus esset motus, sed esset solus Deus, qui est immobilis, nullum esset tempus, nec nunc temporis: sed æternitas [quatenus uerò &c.] i. si ipsum instans consideretur quatenus est rès quædam, est unum & idem in toto tempore: nam est una existentia eiusdem primi mobilis. Ad cuius intelligẽtiam subdit, ꝙ motus sequitur magnitudinem: motum autem sequitur tempus. i. tempus est prius, & posterius in motu: prius autem & posterius in motu cõsequitur ex hoc, quòd mobile aliter & aliter se habet in priori, & posteriori parte magnitudinis: nã [similiter

C (inquit) ut punctum (aut lapis) quod fertur per magnitudinem est id per qđ cognoscimus motum, ita idem est per quod cognoscimus tempus.] Nempe ut sicut unum & idem mobile realiter manens consideratur ut diuersa secundùm ꝙ aliter & aliter se habet in magnitudine, ita instantia ipsa sunt realiter idem, scilicet eadem existentia considerata ut prius est in una parte durationis, postea in alia. ¶Subdit exemplũ de Corisco. Arguunt enim sophistæ, esse in foro aliud est, quã esse in Lycio. [gymnasium erat Aristo.] sed Coriscus qui est nunc in foro alius est à corisco qui est in Lycio. Si enim concludunt quòd est alius in re, malè concludunt: benè tamen inferunt, quòd sit alius ratione. D

¶Subiungit [ipsum autem nunc sequitur, &c. Arguit à commutatã proportione.] Sicut mobile se habet ad motum, ita nunc se habet ad tempus: [nam sicut mobile aliter & aliter se habens secundùm priorem & posteriorẽ partem in spacio facit motum, ita & nunc aliter & aliter se habens secundũ prius & posterius durationis facit tempus] ergo sicut se habet tempus ad motum, ita se habet nunc ad mobile perinde ac si diceres sicut sex ad tria, ita quatuor ad duo, ergo sicut sex ad quatuor, ita tria ac duo, sed mobile unum idem secundùm rem aliter, & aliter se habens est motus: ergo & nunc unum & E idem secundùm rem, scilicet una existentia mobilis ratione differens, ut numeratur tanquam ratione plura secundùm prius, & posterius est tempus. Concludit ergo, quòd in his, scilicet in motu & in tempore, id quidẽ quod est nunc & mobile una res est, esse autem est alterum, idest differunt ratione nunc præteritum & nunc præsens: sicut mobile in priori parte spacij, & idẽ in posteriori. ¶Illic autem [quatenus enim] quia dixerat per mobile nos cognoscere motum, sicut per nũc cognoscimus tempus: & mensura notior esse debeat mensurato, ait quòd mobile cum sit hoc aliquid, scilicet quædã sub F stantia notior est, quàm motus qui est quoddam eius accidens minimæ entitatis, ut potè quod non est nisi in fieri: & ideo per mobile aliter se habens in partibus spacij cognoscimus motum. Et pariter per nunc, quod motius est, quàm tempus, scilicet per existentiam mobilis prius in una parte, quàm in alia cognoscimus tempus. Et ita tãdem concludit, quòd quemadmodum mobile est quodammodo idem, scilicet re, diuersum tamen ratione, ita & nunc.

Manifestum est autem, quòd & si tempus non sit: ipsum nunc non erit: & si ipsum nunc non sit, tempus non erit. Tex. 105.

A erit. Vt enim ſimul ſunt, id quod
fertur, & latio: ſic & numerus eius
quod fertur, & mutationis ſunt ſimul.
¶ Tempus enim eſt loci mutationis
numerus. ipſum autem nunc eſt ut
quod fertur. ut unitas. numeri. & con
tinuum tempus eſt ipſi nunc: & diui-
ditur ſecundùm ipſum nunc, ſequitur
autem hoc loci mutationem, & id
quod fertur. Etenim motus, & loci
mutatio una eſt ipſo quod fertur,
quia unum: & non ſecundũ id quod
eſt (etenim deficeret) ſed ratione:
Et determinat priorem, & poſterio-
B rem motum hoc. Sequitur autem &
hoc quodammodo ad punctum. ete
nim punctum cõtinuat quodammo-
do longitudinem, & determinat. eſt
enim huius quidem, principium, il-
lius uerò finis.

¶Ex his quæ modò dicta ſunt, infert
proprietates quinque ipſius, nunc.
Prima eſt, quòd quotieſcunque eſt ali-
quod inſtans, tunc uerum eſt dicere,
quòd eſt tempus: & ratio eſt, quia nũc
& tempus dicuntur ad conuertẽtiam:
ſicut mobile & motus. Vt enim ſequi
tur, motus eſt ergo mobile mouetur:
C & èconuerſo, mobile inquantum mo-
bile: ergo motus eſt, (nam ratio mo-
bilis exercetur in motu) ita ſequitur,
tempus eſt: ergo nunc temporis eſt
coniungens præteritum cum futuro:
& èconuerſo ſequitur, inſtans eſt, er-
go tempus eſt: nam nunc connotat cõ
tinuationem durationis præteriti cũ
futuro: & ideo exiſtentia Dei ubi non
eſt præteritum & futurum non eſt nũc
temporis, ſed æternitas, ut quæſt. 4. la-
tius explicamus. Deinde comparat tẽ
pus motui locali, eo quòd omnium ſit
Comparatio ipſius nunc ad mobile. motuum manifeſtiſſimus. ¶ Vnde in
quatuor comparantur nunc temporis,
& mobile. Primum eſt, quòd nunc ſe
habet in tempore, ſicut mobile in mo
tu, ut iam ſupra dictum eſt: nam ſicut D
fluxus mobllis eſt motus, ita fluxus in-
ſtantis eſt tempus. Secundum eſt, ꝙ
nunc ſe habet ut unitas numeri: nam li
cet prius, & poſterius in motu (quæ
ſunt tempus) ſint continua, numeran
tur autem per modum plurium: quo-
niam unum nunc, puta exiſtẽtia in hac
parte ſpacij habet ſe ſicut una unitas,
& exiſtentia in alia parte, ſicut alia uni
tas. Tertium eſt, quòd partes tempo-
ris continuantur ipſi nunc: & præterea
quartò diuiduntur etiam ipſo nunc,
quemadmodum & partes motus con-
tinuantur, & diuiduntur quodammo-
do ratione mobilis. Si enim non eſſet
unum numero mobile, quod moue- E
tur, non eſſet idem motus, ut ſi uſque
ad certum punctum moueretur a, &
inde moueretur b, non eſſet idem mo
tus in a, & in b, & pariter ſi idem inſtãs
non coniungeret præteritum cum fu-
turo, non eſſet unum tempus. Et rur-
ſus quemadmodum idem mobile exi-
ſtens in hoc puncto ſpacij determinat,
& ſeiungit præteritam & futuram par
tes motus, ita & idem nunc diſcer-
nit elapſum tempus à futuro. Quate-
nus ergo eſt finis unius, & principium
alterius, habet utrũque, ſcilicet quòd
diſtinguat inter præteritum, & futu-
rum: & rurſus ex ambobus, & faciat
unum tempus continuum. Quem- F
admodum punctum medium magnitu
dinis utrumque facit, ſcilicet diſtin-
guit inter medietatem priorem, & po
ſteriorem, & copulat ambas. Ait au
tem, quòd loci mutatio eſt una ab uni
tate mobilis: quia ſcilicet mobile eſt
unum. Non (inquit) eo quòd eſt unũ
ſecundum rem, ſed ſecundum rationẽ,
ideſt inquantum unum ea ratione, qua
mouetur. Etenim ſi quod mouetur,
deficeret, ideſt ceſſaret, & poſtea in-
ciperet moueri, non eſſet idem mo-
tus, quia non maneret idem, ideſt ſub
eadem ratione mobilis, licet maneret
eadem ſubſtantia. Alludit ad graue
proiectum ſurſum, quod in puncto

A reflectionis quiescit: & ideo ascensus & descensus non sunt idem motus.

Tex. 106. Sed cùm sic quidem accipiat aliquis tanquam duobus utens uno: necesse est stare, si erit principium & finis idem punctus. ipsum autem nūc ex eo quia mouetur id, quod fertur, semper alterum est. ¶ Quare tempus numerus est, non ut ipsius puncti, quia & principium & finis est: sed ut ultima ipsius lineæ magis, & non ut partes; & propter id quod dictum est. medio enim puncto, tan-
B quam duobus utimur. Quare, ut quiescat, accidit.

¶Cùm hactenus perseuerauerit in comparatione, nunc temporis ad pūctū magnitudinis, manifestat iam modo quomodo teneat comparatio, quo modoque non teneat. Punctum enim consideratur ut principiū & finis quatenus continuat partes eiusdem lineç, & in hoc assimilatur ei nunc. Potest etiam considerari tanquam finis vnius motus, & initium alterius discōtinui, tanquàm actu inter secans duos motus per quietem, ut si graue proijciatur sursum, ascendet usque ad certum
C punctum, & inde recidet. In quo puncto reflectionis (air) necesse est mobile stare, id est quiescere: nam in illo puncto est primum non esse ascensus, & ultimum non esse descensus. Et neque in hoc est dissimilitudo inter punctum, nunc: quia pariter in eodem, nunc temporis intercidit motus. Sed vult dicere Aristot. quòd quando dicimus tempus esse numerum motus, intelligitur numerus eiusdem motus continui, quia tempus est adeo cōtinuum, ut naturaliter intercidi non possit, ut scilicet imaginetur idē nunc fluēs, quod prius fuit initium diei, aut horæ, & postea est finis eiusdem. Et hac (inquit) ratione ipsum nunc, quatenus facit tempus, non est comparandum ad punctum, quatenus est principium & finis diuersorum motuum discontinuorū, sed ad duo puncta distincta, quæ sunt extrema eiusdē lineç: nēpe ut ex ductu talis pūcti resultat una continua linea. ¶Subijcit autem obiter, ꝙ puncta extrema eiusdem lineæ non sunt partes lineæ, sicut nec nunc sunt partes temporis. D

Et insuper manifestum est, quòd neque pars est ipsum nunc temporis, neque diuisio motus: sicut neque puncta ipsius lineæ. lineæ enim duæ partes unius sunt. Quatenus igitur terminus est ipsum nnnc: non est tempus, sed accidit. Quatenus uerò numerat, numerus, termini enim illius solùm sunt: cuius sunt termini. Numerus autem horum equorum, denarius scilicet alibi & alibi est. Quod igitur tempus numerus motus est secundùm prius & posterius, & continuum (nam continui est) manifestum est. Tex. 107. E

¶In tex. denique 107. & postremo huius capitis, explicatius manifestat quod dixerat: uidelicet nūc temporis non esse partem temporis. Vt enim (inquit) punctum non est pars lineæ, nec diuisio motus, id est illud quod secernit præcedentem partē actionis cum sequente (quod appellāt mutatū esse) est pars motus: ita neque instans est pars temporis, sed continuat partes tēporis, tanquam finis unius, & initiū alterius. At uerò quia numerus est mensura omnium, quæ numerantur ab illo (sicut una ulna lignea est mensura omnium, quæ illa mensurantur) instans autem temporis, cùm sit terminus temporis, est subiectiuè in ipso tempore, quod est in primo mobili, uidetur quod non possit esse mensura horū motuum inferiorum. Ad hanc dubitationem F Nota

A rationem) respondet hic, quòd quatenus instās est terminus durationis, aut continuatiuum partium eius, non est tēpus, sed est accidens temporis: sicuti punctum est accidens lineæ. Quatenus autem numeret (idest quatenus duratione, & successione motus illius primi mobilis metimur durationem motuum inferiorum) illa duratio, & successio est numerus. Et ratio est: quia termini esse non possunt, nisi in illo subiecto, cuius sunt termini, numerus autem in ratione mensuræ est in rebus mensuratis, quibus anima applicat talem numerum ad sumēdum iudicium quantitatis earum. Denarius (inquit)
B horum equorum hic & alibi est. Idem enim numerus formaliter de genere quātitatis est, quo numeramus equos, & lapides, & corpora vniuersa. ¶ Quòd si quis dubitet, quòd nunc indiuisibile nullatenus sit numerus & mensura, sed duratio ipsa motus. Respondetur, ꝙ illam durationem causaliter appellat nunc fluens & numerans: quia fingitur resultare ex eodem nunc fluente, sicut linea ex ductu puncti. Ex dictis ergo concludit diffinitionem temporis, quā tex. 101. designauerat.

¶ *Sequitur consequenter caput 12.*

C

DE TEMPORE quomodo quorumque sit mensura.

CAP. XII.

Tex. 108. INIMVS autem numerus quidā simpliciter quidem est ut dualitas. quidam autem numerus est qui est quidem sic, est autem ut non sic. Vt lineæ minimus numerus multitudine quidem est duæ, aut una. magnitudine autem, non est minimus, semper enim diuiditur omnis linea. Quare similiter, & tempus minimum enim secundùm numerum est unum, aut duo. secundùm autem magnitudinem non est. D

¶ Post constitutas temporis, instantisq; definitiones, in hoc 12. cap. quod tredecim tex. habet, prosequitur docere duo, scilicet quomodo tempus sit mensura, & quorum sit mensura. Et hac ratione duo sunt huius capitis mēbra. In priori explicat quinque asserta de tempore. Primum in hoc textu 108. Quia mensura, ut habetur 10. metaph. tex 2. est, aut indiuisibile, aut quo utimur tanquam indiuisibili (unus enim. v.g. modus est prima ratio mensuræ, aut una ulna &c. proponit ꝙ minimus numerus (si accipiamus numerū simpliciter pro quantitate discreta, ut abstrahit ab hoc & illo subiecto) est dualitas, aut unitas, quæ non est numerus, sed principium numeri. [Quidā autē numerus] i. Si uerò accipiatur numerus materialiter pro rebus numeratis, siue sint res actu diuisæ, siue partes cōtinui, tunc quodammodo datur minimus numerus, quodammodo verò nō. Datur enim minimus multitudine, nō autem magnitudine. Vt in numero partium lineæ minimus numerus multitudine est binarius duarum medietatum, aut una pars in genere, quæ est principiū numeri, ut vna medietas, una tertia &c. Attamen magnitudine nulla est minima: nam omnis pars lineæ est diuisibilis. Minimam intellige non dari simpliciter, quantū est ex parte quantitatis. Nam minimum physicum per se subsistēs benè est dabile. Eodem modo in numero partium temporis, quod est quantitas continua, multitudine quidem dabitur minimus numerus. Nam diuisio temporis est secūdum rationem, prout cogitatione diuiditur in dies, uel horas, uel menses &c. Ideoq; minimus numerus erit binarius, uel unitas mensium, dierum, aut horarum. E F Nota.

A Sed tamen magnitudine nulla dabitur tam parua pars temporis, quin possit signari minor.

Tex. 109. Manifestum autem est:& propter quid uelox quidem & tardum non dicitur, multum autem, & paucum, & longum, & breue, quatenus enim cõtinuum est, longum & breue dicitur. Quatenus autem numerus, multum & paucum: uelox autem & tardum, non est. non enim numerus, quo numeramus, uelox & tardus ullus est.

¶Secundò in tex. 109. explicat de tẽ
B pore, cur non dicatur uelox, aut tardum: dicit tamen lõgum & breue, multum & paucum. Ait enim, quod cum tempus & sit in rei ueritate quantitas continua, & præterea distinguatur per operationem intellectus, ut numerus dierum, uel horarum &c. ratione prioris dicitur longum & breue, quæ sunt accidentia quantitatis continuæ, atq; ratione posterioris dicitur multum & paucum, quæ sunt accidentia quantitatis discretæ. Velox autem, aut tardum non dicitur. Nam uelox & tardum nõ censetur, nisi illud, quod numeratur aliqua mensura. Dicitur enim uelox motus, quo in paruo tempore percurritur
C magnum spacium. Tempus autem nõ mensuratur, sed est aliorum mensura. Et ideo nõ est uelox, uel tardum. Alias si ut motus, ita tempus esset uelox & tardum, non esset idem tẽpus, quo motu ueloci, & motu tardo transirentur inæqualia spacia, atque adeo, nec iudicare possemus uelocitatem, aut tarditatem motus per tempus. Quam ob causam tempus non est subiectiuè, nisi in regulatissimo motu primi mobilis.

Tex. 110. Et idem etiam ubique simul est. Prius autem, & posterius non idem. quia & mutatio præsens quidem una est. facta uero & futura altera. Tẽpus autem, numerus est, non quo nume-
D ramus, sed quod numeratur, uel numeratum. Huic autem accidit secundùm prius & posterius semper altera esse. ipsa enim nunc altera sunt. Est autem numerus unus quidem, & idẽ centum equorum, & centum hominum, quorum autem numerus est, altera sunt: equi scilicet ab hominibus.

¶Tertiò explicat hoc tex. 110. quonam modo tempus decurrens sit idẽ, & quomodo sint diuersa tempora. Ait enim, ꝙ mutatio præsens (idest tẽpus, cuius nunc est instans continuatum, ut dies præsens, mensis præsens &c.) est
E unum continuum, sicut unum lignum, aut unus homo. Hoc tamen quod dicimus prius & posterius, seu præteritum & futurũ, sunt altera. i. sunt duæ partes distinctæ. Sed quia posset quis obiicere, ꝙ quẽadmodũ numerus denarius in genere quantitatis est idem, quo numeramus decem equos, aut decem lapides, ideoque cùm tempus sit numerus, idem tempus est præteritum & futurum. Respondet, quòd tempus non est ut numerus formalis abstractus per intellectum, quo numeramus, sed est numerus numeratus, qui accipitur secũdum prius & posterius. Quæ quidẽ partes sunt diuersæ: quia instantia ini-
F tiatiua & terminatiua præteritæ partis alia sunt ab instantibus futuris. Et quia quamuis numerus formalis, quo numeramus, est idem centum equorum & centum hominum: nihilominus cũ numeri numerati sunt diuersi, puta equi & homines: fit, ut prius & poste-
rius etiam sint diuersa. Nomine numeri formalis non intelligas animam numerantem, sed obiectiuam illam rationem numeri per intellectum abstractã ab his, & illis rebus numeratis. Nota

Tex. 111. Amplius autem, ut contingit motum esse eundem & unum iterum & iterum, sic & tempus contingit, ut annus, uer, aut autumnus.

¶Quar-

A ¶Quartò in tex. 111. explicat quomodo tempus quodammodo idem redeat, quodammodo uerò non idem. Etenim ut motus, ita & tempus redit idem in specie, non tamen idem numero. Quemamodum enim anno elapso sol motus sub zodiaco ab uno certo signo (v.g. ab initio arietis) quoadusque rediret ad idem punctum, fecit unum annum, ita modò incipiens ab eodem puncto, rediensque in idem sicut facit eundem motum in specie, facit & annum specie eundem, numero uerò diuersum. Et pari modo ut anno præterito fecit quatuor tempora, uer, æstatem, autumnum. & hyemem: facturus est isto anno eadem tempora, B portionibus motus, per eadem signa zodiaci distinctis, nempè ab initio Arietis usque ad initium Cancri describitur uer: & inde usque ad initium Libræ æstas: indeque usque ad initium Capricorni autumnus: & inde usque ad Arietem hyems, ut in tractatu sphæræ est uidere.

Quatuor anni tempora.

Tex. 112. Non solum autem motum tempore metimur: sed & motu tempus, propterea quòd se inuicem diffiniuntur. tempus enim definit motum, cùm sit numerus ipsius. motus autem tempus. Et dicimus multum, C aut paucum tempus motu metientes: sicuti numeramus re numerabili numerum. ut equo uno ipsum numerum equorum. numero enim equorum multitudinem cognoscimus. Rursus autem fit uno equo, ipsorum equorum numerum. similiter autem & in tempore & motu. tempore enim motum: motu autem tempus mensuramus.

Tempus mensuratur motu. ¶Quintam denique demonstrat in hoc tex. 112. proprietatem temporis p comparationem ad motum. Ait enim, quòd non solũ tempore metimur motum, sed uicissim motu metitur tempus. Cùm enim dum ab aliquo loco D proficiscimur audimus horologium, & dum uenimus ad alium locum audiuimus aliud, tunc tempore horarum metimur, & iudicamus motum: nempè quot milliaria ambulando dimensi sumus. Et uice uersa, si neutro loco audimus horologium, scimus autem quot milliaribus distent, peracto itinere, per quantitatem motus iudicamus quantũ temporis itinerando transegimus. Et ratio (inquit) est, quòd cùm tempus & motus se habeãt ut accidens & subiectum, alterum per alterum mutuò diffiniuntur. Diffinitur enim tempus, quòd sit mensura motus, E uelocitas autem & tarditas motus diffinitur tempore. Subiungit exemplũ, quòd licet tempus sit mẽsura motus, nihilominus tempus motu metiri possumus [sicuti re innumerabili (inquit) numerũ &c.] ut enim quot sunt equi, quos uidemus, numero cognoscimus, computando illos: & uice uersa si quis ignoraret numerum denarium, ostensis decem equis, per equos ipsos cognosceret numerum denarium: ita cõtingit in tempore, & motu. Accipe lucidius exemplum. Vas ut puta, amphora, aut modius, est mensura uini, aut tritici, quibus metitur quantum uinum sit in magno dolio, quantum ue F sit in horreo tritici. Nihilominus econuerso uidentes uas, cuius capacitatem ignoramus, replentes illud uino, per uinum metimur, iudicamusque quantum sit uas.

Et hoc rationabiliter accidit. Sequitur enim magnitudinem motus: motum aũt tempus. ex eo, quia quanta, & continua, & discreta sunt propterea enim quòd magnitudo est huiusmodi, motus hæc patitur, propter autem motum tempus. Atque mensuramus & magnitudinem motu: & motum magnitudine. multam enim Tex. 113.

A dicimus esse uiam, si ambulatio multa est. & hanc multam: si uia multa sit. & tempus si motus, & motum si tempus.

¶Adiungit in hoc tex. 113. rationē secundā, cur cōtingat tps p motū cognoscere, sicuti ēconuerso. Nā ut motus (inquit) sequitur magnitudinem, ita & tempus sequitur motum. Magnitudinem autem, quanta sit, metimur motu: & quantus rursum motus sit, iudicamus per magnitudinem. Vt viā esse longam cognoscimus, quia multum ambulauimus: & ambulationem

B ēconuerso cognoscimus esse longam per uiam, quam transiuimus longam. Eadem ergo ratione & tempore motum, & motu metimur tempus.

Tex. 114. Quoniam autem tempus est mensura motus ipsiusq; moueri, metitur autem hoc motū determinando quēdam motum, qui mensurabit totum, sicut longitudinem cubitus determinando aliquam magnitudinem, quæ remetietur totum; & est motum in tempore esse mensurari tempore & ipsum, & esse ipsius, simul enim motum & esse motus mensurat, & hoc

C est ipsum in tempore esse mensurari ipsius esse.

Dupliciter aliqua mensurantur tpe. ¶In hoc tex. 114. diuiditur secūdū membrum huius capitis, quo comparat Ph. tempus ad ea, quæ tempore mēsurantur. ¶Vbi adnotandum est, q̄ dupliciter aliqua mensurantur tempore. Quædā enim sunt, quæ tempore mensurantur, non solum quantum ad suam existentiam, & durationem, sed ēt quātum ad id, quod sunt secundum suā essentiam, & quidditatem. Quædam uerò, quæ mensurantur, non quò ad quiditatem, sed solum quò ad durationē. Nam alia sunt, quæ neutro modo mensurantur tempore, ut Deus, & intelligentiæ, vt q. 4. ostendimus. Primi generis est motus. De quo inquit hic, quòd tempus est mensura motus, ipsiusque moueri. i. & quidditatis motus, & durationis eius. Cuius ratio est, q̄ quidditas & essentia motus, est esse ens successiuum: est. n. actus entis in potentia. Subiungit autem quomodo tempus metitur motū: nam determinando (inquit) unam particulam motus, quæ aliquoties sumptam reddat totum. Mensura enim (ut habetur 10. meta. tex. 2.) debet esse eiusdem rationis cum mensurato. Et idcirco una hora temporis metitur uigesimamquartam partem motus unius diei, quæ uicies quater multiplicata facit motum totius circuli diurni. Et ita triginta dies faciunt mensem. &c. Sicuti cubitus (v. g.) est mensura panni, uel stadij, quia metitur unā partem aliquotam, quæ aliquoties sūpta facit totum. Vnde subinfert, quòd motum esse in tempore nihil aliud est quàm mensurari tempore: non solum quantum ad existentiam, & duratione, sed quantum ad quidditatem, cum sit ens successiuum. Considerandum est hic, quòd cum tempus sit in motu tanquam accidens in subiecto, posset quis censere motum nullo modo esse in tēpore: & hac de causa operæpretium fuit exponere, quomodo etiam motus sit in tempore: siquidem concedimus lectionem esse in tali die, & tali hora: ædificari basilicam in decem annis. D E Nota. F

Tex. 115. Manifestum est, q̄ & alijs, hoc est, ipsum in tempore esse mensurari ipsorum esse à tempore. In tempore enim esse duorum est alterum. unum quidem esse tunc, quando tempus est, alterum autem: ut quædam dicimus, q̄ in numero sunt. hoc autem significat, aut ut partem numeri, & passionem, & omnino quod numeri aliquid est aut quod est ipsius numerus. Quoniā autem numerus tempus est: ipsum quidem nunc & prius & quæcunque sunt huiusmodi sic in tempore sunt, ut

A ut in numero unitas, & impar & par. hæc enim numeri aliquid: illa uerò tẽporis aliquid sunt. Res autem, ut in numero, ita in tempore sunt. si autem hoc est, continentur à numero, sicut & ea quæ sunt in loco à loco.

Dupliciter esse in tempore. ¶Alia sunt entia, quæ non mensurantur tempore quantum ad id, quod sunt secũdum suam quidditatẽ: nempè cum secundum suam essentiam non sint entia succesiua, sed pmanẽtia: vt homo, lapis, & similia. Nihil enim mensuratur nisi quantitas: quantus autẽ sit B homo, nõ mensuratur tẽpore sicut quãtus est motus: sed palmo, aut cubito. Et hæc (inquit) esse in tempore est, quòd Nota. eorum esse. s. existentię & duratio, mẽsuretur tempore. Animaduertendum est hic ingenium Arist. Intendit enim quòd tempus primò & per se est mensura motus: aliorum autem, ratione motus, id est inquantum sunt mobilia. Vnde quia quidditas hominis, aut lapidis non est succesio, existentia autem & duratio illorum consistit in successione & motu, ratione illius sunt in tempore. ¶Ad cuius euidentiam distinguit, quòd dupliciter aliquid dici- C tur esse in tempore. Vno modo, quòd est simul cum tempore: alio modo, sicut pars in toto, aut accidens in subiecto, aut mensuratum in mensura. Primum membrum relinquit pro textu sequenti, & de secundo ponit tria exẽpla in numero: eo quòd tempus est quidam numerus. In numero enim est aliquid: aut sicut pars in toto, ut unitas est in binario, & binarius in quaternario: aut sicut pasio in subiecto, ut par & impar: aut sicut id, quod non est aliquid numeri, sed numerus est aliquid eius, ut elementa sunt in numero quaternario: quia numerus ille est eorum mensura. Vnde quia tẽpus (inquit) est numerus, his tribus modis contingit aliquid esse in tempore. Vt nunc & prius & posterius, & præteritum & futurum sunt in tempore, sicut unitas & impar & par sunt in numero. Boetius uertit: superfluum & par: sed non est ita Græcè. Res autem (inquit) ut homines, equi &c. sunt in tempore sicut in nnmero: videlicet, quia non sunt aliquid temporis, sed tempus est eorum mensura. Ex quibus colligit conclusionem, quòd esse isto ultimo modo proprie in tempore, est contineri tempore: sicuti esse in loco, est contineri loco. Ratio enim mensuræ est, continere, & comprehendere mensuratum. Ideoq; ut locus (quia est mẽsura locati) continet locatum tẽpus itidẽ, E quia mensura est temporalium rerum, continet eas, comprehenditque.

Manifestum autem est & quòd nõ est in tempore esse, quando tempus est: sicut neque in motu esse, neque in loco quãdo motus est & locus est. Si enim erit id quod est in aliquo sic omnes res in quolibet erunt, & cœlum in milio. quando enim milium est, & cœlum est. sed hoc quidem accidit: illud autem necesse est consequi, & ei quòd est in tempore, esse quoddam tempus quando & illud F est. & ei quòd est in motu, esse tunc motum. Tex. 116.

¶Reuertitur in hoc textu 116. ad primum membrum superioris diuisionis dicens, quòd ea sunt simul cum tempore: quæ sunt quidem quando est tempus, non tamen sunt in tempore, id est non mensurantur tempore. Non enim (inquit) sufficit aliqua simul esse quando est tempus, ut sint in tẽpore. Sicuti nec sufficit aliquid esse simul quando est motus, aut quãdo est locus, ut verè sit motus, aut in loco. Nam spiritualia sunt simul cũ motu & loco corporali, & tamen non sunt in illis tanquam in mensuris. Alias sequeretur (inquit) quòd omnes res essent

A essent in quolibet: vt cœlum esset in grano milij, siquidē quando est vnum, est alterum. Requiritur ergo, ut aliquid sit in tempore, quòd sit simul cum tempore, non per accidens, sed per se, & necessariò ex natura rei: accidit enim Deum esse quando est tempus, quippe cùm eius natura tempore non dependeat. Generabilia uerò cuncta, & corruptibilia sunt in tempore, eo quòd ex necessitate sunt simul cū illo: sanè cum ab illo pēdeant ratione motus, in quo eorum esse consistit.

Tex. 117. Quoniam autem est in numero, esse in tempore: accipietur aliquod maius tempus omni eo, quod est in
B tempore. Quapropter necesse est omnia ea, quæ in tempore sunt: contineri à tempore sicut & alia, quæcunq; in aliquo sunt. vt ea, quæ in loco sunt, à loco. Et pari itaque aliquid à tempore, sicut & dicere consueuimus, ꝙ tabefacit tempus, & senescūt omnia tempore, & obliuiscuntur propter tempus: sed non didicit, nec nouum factum est, nec pulchrum. corruptionis enim causa per se magis est tempus, numerus enim ipsius motus est. motus autem expellit id, quod inest. Quare manifestum est, quòd ea, quæ semper sunt, quatenus semper sunt,
C non sunt in tempore, non enim continentur à tempore: neque mensuratur esse ipsorum à tempore. Signum autem huius est, quòd neque patiuntur quicquam à tempore tanquam non existentia in tempore.

Entia quę sunt in tēpore. ¶Cōstituto quidnam sit esse in tempore, confestim tex. hoc 117. monstrare aggreditur, quænam entia sunt in tempore, quæ verò minimè. Et primò ostendit quòd sempiterna, vt sunt cœli, non sunt in tempore. Vtiturq; hac ratione. Ea, quæ sunt in tēpore, necesse est quodammodo minora esse, & superari ab illo, veluti his, quę sunt in numero, semper est dari maiorem numerum: & his, quæ sunt in loco est dabile maius corpus, atque adeo ea, quæ sunt in tempore, necesse à tempore contineri, & aliquid à tempore pati, entia autē sempiterna, quatenus semper sunt, nec minora sunt tempore, nec ab illo continentur, aut patiuntur: ergo non sunt in tempore. Maiorem mēbratim per singulas particulas probat. In rebus, quæ numerantur, quibuscunque rebus numeratis, adhuc est maiorem numerum mente concipere, & locato necesse est esse corpus maius cōtinēs: ergo similiter durationem cuiuscunq; rei temporariæ superare debet tēpus. E
Et hinc fit, ut quemadmodū res locatę à loco, & numeratæ à numero, ita & temporales à tempore continuantur. Quod autem tēporalia à tempore patiantur, exemplo indicat trium passionum. Tempore enim res tabefiunt (.i. putrefiunt, aut marcescūt) & senescūt: & homines rerum obliuiscuntur. Primo affectu designat res inanimatas, secundo res omnes animatas, & tertio homines. Et ne quis obijciat tres alias è regione perfectiones, quæ rebus à tempore obuenire uidētur: puta scientiam, contra obliuionem (quæ maior est in sene, quàm in iuuene) & nouitatem contra senectutem: nam tempus F
vernum videtur esse causa germinationis, ac floriditatis arborum, & pulchritudinem contra taben: cum enim pulchriores sint adolescentes quàm infantes, & pueri, videtur tēpus esse in causa. Huic dubitationi occurrit Phil. dicens, quòd tempus est quidem per se causa corruptionis, quia se solo ex natura sua est directè illius causa, non autem perfectionis est per se causa directè, sed cōcomitanter. Vt causa scientiæ non est certè tempus, sed magister, & ingenium, & experientia, quæ sunt in tempore. Et in hoc sensu vulgo fertur, tempus multa docere. Et pariter generationis & augmenti rerū & pulchritu-

A chritudinis, non tempus, sed sol cum causis secundis, quæ sunt in tempore, sunt directè in causa. At verò tempus eo ipso, quòd est mensura motus, facit res elõgari à suis principijs, & per hũc modum est per se causa corruptionis: non obstante, quòd sint etiam aliæ corruptionis causę, quas Aristo. nõ negat. Quod autem cęli, & intelligentiæ non contineantur à tempore, patet, quia sunt perpetui, & eadem ratione, qua sunt incorruptibiles, nihil alterantur,

Obiectio. patiunturve à tempore. ¶Contra hanc tamen sententiam Aristo. offert se argumentum, quòd motus cœli, quãuis sit perpetuus, nihilominus est in tem-

B pore, vtpotè cum sit eius mensura: immo tempus propriè est accidens illius

Solutio. regulatissimi motus. Respõdetur, quod Arist. ipse respondet: dicens sempiterna non esse in tempore quatenus semper sunt, idest quantum ad eorum esse & durationem. Cui nõ obstat eorum accidens, scilicet motum cęlorum esse in tempore: nam quamuis ex natura sua sit perpetuus, vt tempus, nihilominus, quia sua essentia consistit in successione prioris & posterioris, potest numerari per horas, & dies &c. Qua de causa Deus nullatenus est in tempore,

C neque intelligentiæ, ut q. 4. uidere est.

Tex. 118. Quoniam autem tempus mensura motus est: erit & quietis mensura secundùm accidẽs. omnis enim quies in tempore est. non enim ut quod est in motu, necesse est moueri: sic & qđ in tempore, non enim tempus motus est: sed numerus motus, in numero autẽ motus potest esse, & quiescens. non enim omne immobile quiescit: sed priuatum motu aptum autẽ natura moueri, sicut dictum est in prioribus. Esse autem in numero, est esse quendam numerum rei: & mensurari esse ipsius numero in quo est. Quare si est in tempore, & sub tempore est. Mensurabit autẽ tempus id, quod D mouetur, & quod quiescit: quatenus hoc quidẽ mouetur, illud uerò quiescit. motum enim ipsorum mensurabit & quietem secundùm quòd quædam sit.

¶Cùm hactenus semper dixerit tempus esse mensuram motus nulla quietis mentione facta, eadẽ tamen videatur esse mensura oppositorum (veluti eadẽ potentia, qua percipimus lucem, sentimus & tenebras) subiũgit in hoc tex. 118. quòd tempus mẽsura est, non solum motus, sed etiam quietis: motus quidem per se, quietis autem per accidens ratione motus. At quia mensurari tempore est esse in tempore, & quies cum non sit in motu appareat non esse in tempore: respondet huic obiectioni, dicẽs, quòd quamuis quies non sit in motu (quia quod quiescit, non mouetur) nihilominus est in tempore, quia tempus non est motus, sed mensura & numerus motus. In numero autem & mensura motus non solum est id, quod mouetur, sed per accidens id, quod quiescit. Eodem enim tempore, quo metimur vigiliã, metimur somnum, & quo metimur motum febris, metimur & eius cessationem. ¶Claritatis aũt maioris gratia exponit quidnam propriè dicatur quiescens. Quies enim (inquit) non solam dicit negationem motus, sed priuationem. Quare solùm illud dicitur quiescere, quod cum non mouetur, est tamen aptũ natum moueri: ut in prioribus (inquit) dictum est: nempè lib. 3. tex. 16. vbi dixerat illud esse mobile, cuius immobilitas dicitur quies. Quocirca intelligentiæ, ut non sunt physicè mobiles, ita nec propriè dicũtur quiescere, sed sunt immobiles negatiuè. Ad propositum ergo. Quemadmodũ aliqua esse in numero est, ꝙ sit aliquis eorũ numerus & mensura, ita esse in tpe est tempore mensurari. Igitur cum quies sit in tẽpore (dicimus enim hominem dormisse,

Tempus est mensura quietis.

E

F

A missе, & ægrotum quieuisse in tanto tẽpore) fit ut & quies mensuretur tempore. ¶Concludit ex dictis, quòd tam ea, quæ quiescũt, quàm ea, quæ mouentur, mensurãtur tempore: illa quidem quantum moueantur: hæc uerò, quantum quiescant. Quare tempus est per se mensura motus, ratione cuius est mensura quietis. Vt tempus nocturnum cùm per se sit mensura motus, quem sol facit sub terra, ratione illius est mensura somni quietisque hominum à laboribus suis.

Tex.119. Quare, quod mouetur, non simpliciter erit mensurabile à tempore, quatenus quantũ quoddã: sed quate-B nus motus ipsius quantus est. Quare quæcunque neq; mouentur, neque quiescunt, non sunt in tempore. Esse enim in tempore est mensurari tempore. Tempus autem motus, & quietis mensura est.

Tex. hic 119. velut repetitio est, aut conclusio superiorum. Infert nanque duo corollaria. Primum est, quòd mobile non mensuratur simpliciter tempore secundum quantitatem mobilis, sed secundùm quantitatem & duratio-C nem motus. Non enim tempore mensuratur quidditas, aut quantitas, aut qualitas hominis, sed mẽsuratur quantus sit eorum motus, aut quies, aut existentia, & duratio. ¶Secundum corollarium est, quòd ea, quæ neq; mouentur physicè, neque proinde quiescunt (quales sunt intelligentiæ) non sunt in tempore, quia tempus non est mensura, nisi motus duntaxat, aut quietis.

Tex.120. Manifestum igitur est, quòd neq; omne quod non est, erit in tempore, ut quæcunque non possunt aliter esse, ut diametrum esse lateri commensurabilem omnino enim si mensura quidẽ est motus, tempus per se, aliorum autem secundum accidens: ma-D nifestum est, quòd quorum esse mensurat, his omnibus erit esse in quiete, aut motu. Quæcunque igitur corruptibilia & generabilia sunt, & omnino quæ aliquando quidem sunt, aliquando uerò non, necesse est in tempore esse. est enim tempus quoddam maius, quod excedet esse ipsorum, & id quod mensurat substantiam. Eorum autem, quæ non sunt, quæcuuque quidem continet tempus, alia quidem erant, ut Homerus aliquando erat. alia uerò erunt, ut futurorum aliquid. quæ ad utrauis continet. & si ad ambo, utraque & erant E & erunt. Quæ autem haudquaquam continet, neque erãt, neque sunt, neque erunt. Sunt autem huiusmodi eorum, quæ non sunt: quorum opposita sunt semper, ut incommensurabilem esse diametrũ semper est. & non erit hoc in tempore neque ergo commensurabilem esse. Quapropter semper non est: quoniam contrarium est ei, quod semper est. Quorum autem contrarium non semper est, possunt & esse, & non esse, & est generatio & corruptio ipsorum. F


¶In tex. denique. 120. qui postremus est huius capitis, postquàm monstratum est sempiterna & necessaria non esse in tempore, cõcludit per alterum extremum, quòd neque impossibilia sunt in tempore: ut diametrũ esse commensurabilem costæ, idest aliquam esse partem aliquo tam vtriusque communem, ut 1. poste. cap. 2. expositum est. Probatio. Tempus per se est mensura motus, aliorum autem ratione motus: ergo quæcunque sunt in tempore tanquam in mensura, debent esse mobilia: etsi mensuratur quãtum ad suum esse, & durationem, debet tempus eorum esse & durationem excedere, ut

retro

A retro super tex.117.dicebamus, & per consequens debent esse generabilia & corruptibilia: impossibilia autem nec generabilia sunt, nec corruptibilia, nec vtique mobilia, aut quiescentia: ergo illa non sunt in tempore. ¶Conclusio ergo principalis secundæ partis huius capituli est, quòd solùm generabilia, & corruptibilia quantū ad suum esse sunt in tpe. Quorum aliqua fuerunt, quæ nec sunt, nec erūt, vt Homerus: aliqua erūt, quæ nec sunt, nec fuerunt, ut Antichristus: alia denique, quæ & fuerūt, & futura sunt, vt illa quæ modò extāt. Quæ autem impossibilia sunt, eò (inquit) non sunt in tempore, quia neque
B eorum contraria sunt in tempore. Animaduertendum est hic id, quod lib.2. summularum depositione naturali dicebamus, expressum esse Aristote. sententiam: nempe veritates propositionū vbi prædicatum est de essentia subiecti non incipere, aut desinere in tempore, sed esse perpetuas: ut, hominem esse animal rationale, diametrum esse incommensurabilem costæ, re vera quamuis nullus fuisset mundus, ita esset in re. Ait ergo Aristote. quòd vt ita non sunt in tempore, sed semper ex necessitate, ita neq; eorum cōtraria sunt
C in tempore, quia non sunt factu possibilia. Alia uerò, quorum contraria non sunt semper, sunt in tempore sicut sua contraria, ut Antichristum non esse, lunam non eclipsari, hominem dormire, cōtingunt in tempore, quia eorum contraria non sunt semper.

DE SIGNIFICATV TEMporalium aduerbiorum.

Cap. XIII.

Tex. 121.  Psvm autem nunc, est continuatio temporis, sicut dictum est prius. Continuat enim tēpus præteritum, & futurum: & omnino terminus temporis est. est enim huius quidem principiū, illius D autem finis. sed hoc non ut in pūcto manente manifestum est. diuidit autem potentia. & quatenus quidem huiusmodi: semper alterum est ipsum nunc. quatenus autem copulat: semper idem est, ut in mathematicis lineis, non enim idem semper, unūq; punctū est intellectum: diuidentium enim, aliud est. Quatenus autem est una, idem penitus est punctum. Sic & ipsum nunc. aliud quidem temporis diuisio secundùm potentiam est, aliud autem terminus utrorumque, & unio. est autem idem & secundùm E idem diuisio & unio, esse autem, non est idem.

¶Post cōsiderationem temporis caput hoc 13. in tex. octo distinctū in significationibus temporalium aduerbiorum explicandis ferè expenditur. Ac primum huius aduerbij, nunc, duas distinguit significationes. Prima est, qua hactenus semper usi sumus: nempe ut significat quid indiuisibile re, aut ratione, ut quæst.4. exponimus: continuans partes temporis præteritam, atque futuram, sanè quòd est finis vnius, F principiumque alterius. Differt tamen à puncto, quod continuat partes lineæ, quia punctum est ens permanens vt linea ipsa: instans verò est semper fluens, non nisi indiuisibiliter durans. Subiungit Philo. quòd idem instans copulatiuum partium est etiam diuisiuum in potentia. In quo differt secundo à puncto: nam punctum non solum in potentia diuidit partes, quas actu copulat, sed cum actu diuiduntur, est etiam finis in actu, tanquā extremum lineæ. At quia tempus est ita continuum, vt naturaliter non sit actu diuisibile, nec (in uia Aristo.) possit incipere, aut desinere, nunc temporis non potest esse finis temporis actu diuisi, sed diuidit in potētia, per hoc quod conside-

A consideratur ut finis vnius, & ut principiũ alterius. Et ideo subiungit, quòd licet idem nunc sit continuatiuum & diuisiuum, hoc tamen est sub diuersis rationibus: nam quatenus diuidit [alterum est ipsum nunc] .i. consideratur ut duo, puta ut finis unius; & initium alterius. Sed quatenus copulat, consideratur vt vnum .s. vt vnus terminus communis vtrique. Quoniam vt lib. 5. videbimus, continua sunt, quorum vltima sunt vnum. Subdit exemplum in lineis mathematicis, ut considerantur indiuisibiles secundũ latitudinem & profunditatem. Etenim quãuis mathematicus fingat diuisionem lineę in certo puncto, tamen cum actu fit diui-
B sio, duo sunt actu puncta terminantia partes diuisas: cùm autem partes sunt continuæ, unum est punctum commune vtrique. Sic nunc (inquit) aliud quidem est temporis diuisio secũdùm potentiam, scilicet alia ratione diuidit. puta inquantum exercet vicem duorum [aliud aũt terminus utrorumque, & vnio] .i. alia ratione vnit: puta inquãtum est terminus cõmunis vtriusque partis. Vnde concludit, quòd idem est realiter vnio & diuisio, scilicet idẽ nunc [esse autem] .i. rõ, non est eadem.

Tex. 122. Ipsorum igitur nũc hoc quidem
C sic dicitur, aliud autem cùm tempus quod est huius propè sit. vt veniet nunc, quia hodie venit. Quæ verò in Ilio gesta sunt, fuerunt nõ nunc. neque diluuium, fuit nunc, & tamen continuum tempus est ad ipsa: sed quia non propè.

¶Altera significatio de ly, nunc, est quando non accipitur pro indiuisibili, ut dictum est, sed pro eo tempore, quod huic nunc proximũ est, siue præterito, siue futuro. De eo enim qui hodie uenit, aut venturus est dicimus, nunc uenit. Vt de his, quæ Troiæ gesta sunt, aut de diluuio non dicimus nunc contigisse. Alludit ad diluuium Thessalicum, quod magnam partem Græ- D ciæ inundauit. Græci ad designandum id, quod paulo post futurum est, speciali tempore futuro utuntur.

Ipsum autem olim tempus est de- Tex. 123. terminatũ ad prius & posterius nũc, ut olim capta est Troia, & olim erit diluuium. oportet enim terminari ad ipsum nunc: erit ergo quantum ali quod ab hoc tempore ad illud, quod erat ad præteritum.

¶Secundũ aduerbiũ temporale est, olim, seu aliquando, ut Themistius legit. Quod quidẽ (inquit) significat tempus aliquod determinatũ ad prius, aut E posterius nunc. i. tẽpus quod intercipitur inter instans præsens, & aliud nũc: siue præteritum, siue futurum. Quare quod ab æterno esset, aut in æternũ duraret, non diceretur olim fuisse factũ, aut fore. Olim, etiam Latinè, accipitur tã pro futuro, quàm pro præterito, vt olim capta est Troia, olim erit diluuiũ. Alterũ designat diluuium, quod tunc hariolabãtur futurũ. Itaq; unica est differentia inter nũc in secunda significatione, & olim, ut nũc sit illud, quod est præsenti proximũ, olim uerò, qđ est remotũ. Et ly aliquãdo ẽt profectò Latinè videtur signare aliquam distantiam à præsenti. Est enim Græcè aduerbiũ, F potè, accẽtu in ultima: quod significat & olim, & aliquãdo. Pro quo Boetius legit, tote, quod est tũc, & ita peruertit totũ tex. credẽs .n. ꝙ solum accipiatur pro præterito, ubi est Græcè, ad prius & posterius, omissi ly posterius, & ubi est, erit diluuium, de futuro, transtulit: erat diluuiũ. At uerò, tunc, aliquo modo differt ab olim: nam tunc semper exigit aliam particulam: ut tunc facta est redemptio, quando Christus passus est. Sed nihilominus accipitur tàm pro futuro quàm pro præterito.

Si uerò nullum tempus est, quod Tex. 124. non sit olim: omne erit tempus finitum.

tum. Deficiet nè igitur, an non: siquidem semper est motus, aliud igitur, aut idem sæpe est. manifestum est, quòd ut motus: sic & tẽpus est. si. n. & unus idem sit aliquando: erit tẽpus unum, & idem sin uerò non: nõ erit.

¶Ex significatione proxima ipsius olim, qua dictũ est significare tempus, quod hinc usq; ad certũ instans determinat & finitur, oritur dubitatio hęc. Si nullum est tẽpus, quod non sit olim (siquidem olim dicitur de quocunque tẽpore præterito, & quocunq; tẽpore futuro) & olim significat tempus finitum, tempus finitur, quod in opinione

B Arist. falsum est, quippè qui censet esse perpetuum. Obidq; interrogat: deficiet nè tẽpus (.i. cessabit) an nõ? [siquidem motus sempes est] ac si dicat. Nam cũ motus primi mobilis sit perpetuus, videtur & tempus, quod eius mensura est, esse perpetuũ. Quod si tempus est perpetuũ, necesse est, aut ꝙ aliud post aliud semper succedat, aut ꝙ semper idem fluat. Huic dubitationi ut respondeat, præsupponit manifestum esse, ꝙ ut motus, ita se habet in hac re tempus. Nempè quòd si unus idemq; motus est, quo semper primum mobile mouetur, unum est & tempus: sin ve-

C rò alius, & alius pariter est & tempus.

Tex. 125. Quoniam autem ipsum nunc finis, & principium temporis est, sed non eiusdem, sed præteriti quidem finis, principium autem futuri: ut habebit circulus in eodem quodammodo curuum & concauum, sic & tempus semper in principio erit & fine, & ob hoc, uidetur semper alterum: non enim eiusdem principium & finis ipsum nunc. simul enim & secundum idem opposita essent. & nõ deficiet itaque tempus. semper enim in principio est.

¶Supposito ergo eandem esse rationem motus & temporis probat in hoc tex. 125. quòd vt motus primi mobilis,

D ita & tempus est quidem semper idem specie, aliud autem & aliud numero, vt tex. 111. prædixerat. Cùm .n. ut in principio huius capitis iam dictũ est, quodcunq; nunc est finis prętereti temporis & initium futuri, vt in circulo eadem linea est conuexa & cõcaua (respectu .n. exterioris termini est conuexa, & respectu interioris concaua) consequens est, ut præteritum tẽpus & futurum sit alterum & alterum, nã idem nunc nõ potest esse finis & principium eiusdem numero temporis: aliàs idem secundum idem haberet rationes oppositas. Ex diuersis ergo rationib. eius-

E dem nunc arguit, prius, & posterius, tempora esse numero distincta. Et hæc terminatio temporis sufficit ad rationem significationis aduerbij olim. Attamen quia motus primi mobilis semper est continuus (nam eodem puncto quo finitur vna circulatio, incipit alia) fit vt præteritum & futurum idem sit specie tempus, atque adeo partes eiusdem continui. Ratio hæc Arist. fundatur in ęternitate mũdi: quoniam in rei veritate tempus & incepit cum motu cœli, & finietur, & per cõsequens nec primum instãs fuit finis præteriti temporis, neq; ultimũ, initium erit futuri. Nota.

F

Ipsum autem iam propinquum præsenti nunc atomo pars est futuri temporis. quando ambulabis? iam. quia propè est tẽpus: in quo futurum est. & præteriti tẽporis, id quod non procul est ab ipso nunc. quando ambulabis? iam ambulaui. Ilion autem iam captum fuisse non dicimus: quia procul ualde est ab ipso nunc. Tex. 126.

¶Tertium aduerbiũ est, iam. Cuius significatio eadẽ fermè est, quæ ipsius nunc in secunda acceptione. Significat enim illud momentum, quod præsenti est ferè indiuisibiliter proximum. Vt quando proficisceris? Iam proficiscar. Quando hoc facies? Iam feci. Sed

Illum

Illum non dicimus iam captum, sed olim, quia procul est quãdo fuit captũ.

Tex. 127. Ipsum autem nuper propinquum præsenti nunc, & pars præteriti est. quando venisti? nuper: si sit tempus propinquum præsenti nunc. Quondam autem, quod procul est. Repente autem, quod in insensibili tempore propter paruitatem remotum est.

¶Quartum aduerbium temporale est, nuper: quintumque, repente, aut, subito. Quorum significationes exponit in textu hoc 127. Ait enim quòd nuper idem est, quod paulo ante, seu propinquè, ut sit medium inter, olim, &
B iam nunc. Non autem dicitur de futuro, sed de preterito. Huius contrarium est quondam, quod significat id quod procul hinc fuit. Repente autem seu subito significat tempus imperceptibiliter hinc remotum, seu dimotum. Illud enim dicitur fieri repentè, aut subitò, quod tempore imperceptibili fit, vt repentinum fulgur, aut nutus oculi.

Tex. 128. Mutatio autem omnis natura remotiua est. in tempore autem omnia fiunt & corrumpuntur. Quapropter & alij quidem sapientissimum dicebant. Pythagoreus autem Paro indo
C ctissimum quia obliuiscuntur, & in hoc, dicens rectius. Manifestum itaq; est, quòd corruptionis magis erit per se causa, quàm generationis: sicut dictum est prius, remotiuum enim mutatio per se est. Generationis autem & ipsius esse secundum accidens. Signum autem sufficiens est: quia fit quidẽ nihil, nisi moueatur quodammodo ipsum & agat. Corrumpitur autem: etiam cùm nihil mouetur. & hanc dicere maximè consueuimus à tempore corruptionem. At uerò neque hanc tempus facit: sed accidit in tempore fieri, & hanc mutationem. D
Quod igitur tempus est, & quid est, & quot modis dicimus ipsum nunc, & quid ipsum olim, & nuper, & iam, & quondam, & repente: dictum est.

¶Textu hoc 128. post interpretationem aduerbiorum temporalium ad id regreditur, unde fuerat digressus. Dicebat enim tex. 120. nec sempiterna, nec impossibilia esse in tempore, sed generabilia, & corruptibilia, & ea, quæ sunt motui subiecta. Dilucidat ergo nunc quomodo sint in tempore. Non enim sunt in illo tãquàm in per se causa, sed sed tanquàm in mẽsura. Arguit autem, quòd sint in illo tãquàm in causa. Om- E
nis enim mutatio remotiua est: omnia autem mutantur fiuntque & corrumpuntur in tẽpore, ergo tempus est omnium causa. Loquitur hic de mutatione generaliter, ut comprehẽdat & successiuum motum, & generationẽ, quæ fit in instanti: nam generatio ratione alterationis præcedentis est in tempore, ut 1. de generatione est uidere. Hac ergo (inquit) de causa nonnulli philosophi appellabant tempus sapientissimum, vtpotè, quòd omnium esset causa. Sed Pythagoricus quidam Paro nomine dicebat esse indoctissimum. Et is (inquit) rectius dicebat. Nam ut tex. 117. dictum est, tempus magis est causa corruptionis, quàm generationis: F
nam tẽpus de per se remouet & elongat res à suis principijs. Et hoc est, qđ dixerat [omnis mutatio remotiua est.] Generationis autem tempus est causa per accidens, eò quòd agens quòd est causa per se, non agit, nisi per motum, cuius tempus est mensura. ¶Subijcit signum, quod id confirmatur. Nã quantum ad sensum apparet, nihil experimur de nouo generari, nisi per applicationem alicuius agentis à quo materia moueatur, & disponatur. Nũquàm enim nascuntur arbores, aut segetes, aut animalia, nisi iacto semine, neque accẽditur lignum, nisi applicato igne.

Tempus indoctissimum dicitur, atq; sapientissimum.

Multa

A Multa tamen videmus corrumpi cuius causam nõ videt vulgus. Videmus enim multa senio confici, & corrumpi & hæc quorum causa nos latet dicimus à solo tempore corrumpi. Quanquam (inquit) neque huiusmodi corruptionum tempus est per se causa. Intendit ergo Arist. Hanc conclusionem, quòd licèt tẽpus magis appareat corruptionis esse causa, quam generationis, neutrius tamen est per se causa, sed per accidẽs, quatenus est mensura motus. ¶ In calce demum concludit dictum esse quòd tẽpus sit & quid sit &c.

Sequitur statim cap. 14.

B

DE QVIBVSDAM CIRCA tempus dubitationibus.

CAP. XIIII.

Tex. 129.

HIS autem nobis sic determinatis manifestum est, quod omnẽ mutationem, & omne, quod mouetur, necesse est moueri in tempore, velocius enim & tardius dicimus secundùm omnẽ mutationem, in omnibus enim sic uidetur. Dico autem uelocius moueri, quod prius transmutatur ad subiectum secundùm idem spatium, & regularem motum mouetur, ut in loci C mutatione si utraque secundùm circunferentiam mouentur, aut utraq; secundùm rectam, similiter autem est & in alijs. ¶ At uerò prius in tempore est, prius enim & posterius dicimus secundum eam, quæ ad ipsum nunc est distantiam ipsum, aũt nunc terminus præteriti & futuri est. Quare quoniam ipsa nunc in tẽpore sunt, & prius & posterius in tempore erunt, in quo enim est ipsum nũc, & ipsius nunc distantia. è contrario autem dicitur prius & secundum præteritum tempus, & futurum. in prete- D rito enim prius dicimus, quod lõgius est ab ipso nunc. posterius aũt, quod prope est. In futuro autem prius quidem, quod propinquius est ipsi nũc. posterius aũt quod longius est. Quare quoniam prius in tempore est, omnem autem motum sequitur ipsum prius: manifestum est, ꝙ omnis mutatio & omnis motus, in tẽpore est.

¶ Capituli huius 14. quod textibus sex concluditur, tres sunt particulæ. Textus enim hic 129. superiori proximo adnectitur. Probat nanque hic philosophus omnem motum esse in tempore duabus [præter supradictas] ratio- E nibus. Prima est. Quicquid induetur, uelocius aut tardius mouetur (aut saltem moueri potest) quàm aliud: uelocius autem, aut tardius moueri regulatur ac iudicatur tempore: ergo omnis motus est in tempore. Probat minorem, quia uelocius mouetur illud, quod minori tempore mouetur ab eodem puncto in idem punctum: dummodo comparemus motum rectum recto & circularem circulari: & motus fiat per eandem lineam, nam si unum mobile moueatur per chordã ab A. ad B. & alterum per arcum semicirculi, li- F cet quod mouetur per chordam citius ueniat ad idem punctum, non tamen uelocius mouetur, quàm quod mouetur per arcum: imò si in eodem tempore quo unum transit chordam, aliud transiret arcum, uelocius moueretur per arcum. Quemadmodũ suprema sphęra uelocius mouetur, quàm infima licet ambæ quolibet die faciunt circulum ab oriente in oriens, quia suprema maiorem circulum describit. ¶ Secunda ratio. Motus quicunq; habet prius & posterius prius autẽ & posterius non est, nisi in tempore immo sunt tp̃s ipsum: ergo motus est in tẽpo re.

A re. Probatur minor. Prius & posterius nihil aliud sunt, quàm distantiæ à nũc præsenti, nunc autem non est nisi in tempore ut satis probatum est: ergo & prius & posterius sunt in tempore: nam ubicunque est terminus distãtiæ est ipsa distantia: sicut in linea in eadẽ quantitate sunt partes distantes per puncta & puncta ipsa. At quia dixerat prius & posterius non esse nisi distantias à nunc præsenti, manifestat quomodo aliter se habeant in præterito & aliter in futuro. Quoniam in præterito illud est prius, quod plus distat à B præsenti, illudque posterius, quod distat minus: in futuro uerò è contrario, illud est prius quod præsenti uicinius est, illudque posterius, quod magis est remotum.

Tex. 130. Dignum autem consideratione est: & quomodo tandem se habet tẽpus ad animam, & propter quid in omnibus uidetur esse tempus, & in terra, & in mari & in cœlo. Aut quia ipsius motus passio quædam est, vel habitus. cùm numerus quidem tempus sit, hæc autem mobilia omnia: in loco enim omnia sunt. tempus autem & motus simul sunt, & secundũ C potentiam & secundùm actum.

¶ Secunda particula huius capitis in hoc text. 130. & sequenti sita est. In qua soluit duas quæstiunculas de tempore. Prima est: quomodo tempus se habet ad animam, & hanc soluit textu sequenti. Altera est: cur tempus sit in omnibus rebus, ut terra, aqua & cœlo. Nomine terræ intellige omnia terrestria, & cuncta, quæ nos experimur moueri: aeris autem, & sphæræ ignis, quorum motus non experimur, non fecit mentionem: quia nondum tractauit de eorum motu. Huic secundę quæstioni respondet hic per modum interrogationis, vt moris eius est dicens, ꝙ quia tempus passio quædã est, aut habitus ipsius motus, quippe cuius sit numerus & mensura: & hæc omnia mobilia sunt, omnia sunt in tempore. Neque obstat quod supra dixerat tex. 117. sempiterna & per cõsequens cœlum non esse in tempore: quia intelligit illic quantum ad suum esse & durationem: hic verò quantum ad suum motum. Neque locus est hic disputandi, an terra moueatur secundùm se totam: satis enim pro nũc est, quòd omnia terrestria deorsum mouentur. Quod autem subiungit, tempus & motum simul esse secũdùm potentiam & actum. sunt qui existiment E dictum esse propter primum mobile, quod ut dictum est tex. 45. non est secundùm se totum in loco, sed secundùm partes quæ sunt in loco in potentia puta una in alia sibi continua. Attamen sensus hic falsus est. Nam ut illic diximus, quamuis partes cœli non sint in loco, nisi in potentia, actu tamen & proprijssimè mouentur in loco tam partes, quàm totum secũdùm partes, atque adeo actu est illic tempus. Dixit ergo hoc propterea, quia sunt aliqua actu quiescentia, ut terra secundùm se totam, aut lapis, aut animalia dum dormiunt, & ideo nequis F putaret illa non esse in tempore, quia non actu mouentur, dicit, ꝙ eo modo, sunt in tempore, quo mouentur ut si sunt in potentia ut moueantur localiter sunt in pōtẽtia, ut secundùm talem motum mensurentur tempore, & si sunt actu in motu quantum ad suum esse & durationem, aut uiuere, eadem ratione actu sunt in tempore.

Vtrum autem cum nõ sit anima, erit tẽpus, an nõ? dubitauerit aliquis. Tex. 131. Cùm enim impossibile sit numeratu rum esse aliquem, impossibile est nu merabile aliquod esse. Quare est manifestum, ꝙ neque numerus est. numerus enim ẽ, aut quod numeratur, aut ipsum numerabile. Si aũt nihil aliud aptũ natura est quàm anima numerare,

A merare,& animæ intellectus, impossibile est tēpus esse, cùm non sit in anima, nisi hoc, quòd aliquando existēs tempus est, vt si contingit motum esse sine anima, prius autem & posterius in motu est, tempus autem hæc sunt, quatenus numerabilia sunt.

Vtrū tempus depen deat ab anima.

¶In tex. hoc 131. soluit primā quæstionem, quæ est hæc: utrùm tēpus ita quantum ad suam existentiā depēdeat ab anima intellectiua, vt si nullus esset intellectus, nullum esset tempus. Et arguit ad partem affirmatiuam: atque est notandum argumentum, quod procedit à posse, ad esse. Si nulla esset possibilis potentia numerās, nullus esset pos-B sibilis numerus: quia numerus dicit respectum ad numerantē (est.n. numerus id, quod vel actu numeratur, vel in potentia est numerabile) ergo si de facto nulla esset potētia numerās, nullus esset numerus. Potētia aūt numerans esse nequit, nisi intellectus, cuius est cōparare mensuram ad mensuratum, & congerere vnitates numeri: & tempus est numerus numeratus, ergo si nullus esset intellectus, nullum esset tempus. Solutio Aristotelis videtur in hoc consistere, ꝙ tēpus accipiendo formaliter (vt dicit numerū) non esset, nisi intellectus esset: accipiendo aūt materialiter C pro re, quæ est tēpus, pōt esse, siue anima: nam motus, qui est res, quę est tempus, est sine anima. Et hoc est, qđ ait. [Nisi hoc quod aliquādo existens tempus est, vt si cōtingit motum esse &c.] Idest conceditur tēpus formaliter non esse sine anima, nisi materialiter hoc .i. illa res, quę aliquādo existit tēpus: puta motus, qui subiecto est idem, ꝙ tēpus. Quod nos. q. 4. notamus ad probādum tempus & motum idem esse realiter. Quod tandem est dicere. Illa quæ sunt prius & posterius in motu, sunt sine intellectu: ꝙ tamē sint numerabilia, ut duæ horę duæ dies, habent ab aīa. Hoc autem. q. 4. numerosius examinamus.

Tempus & motus idem realiter.

Dubitauerit autem aliquis, & qualis motus numerus tēpus sit, an qualiscunque. Etenim generatur in tempore, & corrumpitur, & augmētatur, & alteratur in tēpore, & fertur. Quatenus igitur motus est, eatenus est vniuscuiusque motus numerus. Quapropter ipsius motus simpliciter est numerus continui, sed nō cuiusdam, sed est nūc motum esse & aliud, quorum vtriusque motus erit numerus. D Tex. 132.

¶Alterum igitur tēpus erit: & simul duo æqualia tempora erunt? an non? omne nanq; tempus vnum similiter & simul est, specie autē, & quæ non simul. ¶Si enim sint hi canes, illi uerò equi, vtriq; autem septē idem numerus est. sic & motuū simul terminatorū, idem tēpus est. sed hic quidē uelox fortasis, alius uerò non. & hic quidem loci mutatio est, alius autem alteratio. tempus tamen idem est: siquidem & numerus æqualis sit, & alterationis, & loci mutationis, & simul sint. Atque propter hoc motus quidem alteri, & seorsum sunt. tempus autem ubique est idem, quia numerus vnus, & idem ubique est, qui est æqualium & simul. E

F

¶Particula tertia huius capitis in tex. 132. iacet & in duob. sequentibus. Vbi philosophus, vt extremā huic rei manū imponat, inuestigat subiectum in quo sit tempus. Nam cùm sit numerus motus: motus autem sint species multæ (vt alteratio, augmentatio &c.) dubitatio est, sit ne in quocunque motu suum proprium tempus, an sit potius motuum vniuersorum vnum tempus. Et arguit, quòd in singulis motib. sint tempora singula. Omnis generatio, & omnis deniq; motus est in tempore [verba enim illa, generatur &c. accipiuntur impersonaliter] inquan-

A tum enim vnusquisque motus est motus, intantum habet numerum prioris, & posterioris (quod est habere annexum tẽpus) ergo tempus est numerus motus simpliciter.i.in genere, ut comprehẽdat omnem motum singularem, & non solùm est particulariter numerus cuiusdam motus puta primi mobilis. Cùm ergo sit vnus motus, & alius motus.i.cùm sint plures motus, sequitur.vt sint quoque plura tẽpora.¶Illic autem [Alterum igitur &c.] arguit ad oppositum interroganter vt solet. Si enim(inquit)tempora multiplicentur

B secundùm multiplicationẽ motuum, fit, vt simul sint duo tempora æqualia, puta duæ horæ, vna qua ego lego, & altera qua alter simul legit in alio gymnasio, & simul duo dies Martis, & duo menses Octobris, quod est impossibile. Ait, æqualia, quia multa tempora, quorum vnũ est pars alterius, sunt simul, ut puta dies mensis &c. Quod autem sit impossibile, probat, quia omne tẽpus quod simul & similiter est vnum est numero, vt hęc hora tertia, qua ego scribo est eadem numero qua quæcunque res mundi modo operatur aut est, & hæc dies est vnum numero tempus in toto orbe. Licet antipodis sit nox.

C Et illa tempora æqualia, quæ non sunt simul, non sunt idẽ numero, sed tamen sunt idẽ specie, ut annus præsens, & annus præteritus: si autẽ sint inæqualia, vt mensis & annus, sunt quodammodo diuersæ species sicut bicubitum & tricubitum in genere quantitatis ut in q. 4.explanamus.¶Affert exemplum simile in numero. Septem(inquit)canes in eodẽ penitus numero septenario sunt quo septem equi, tametsi res ipsæ numeratæ specie differant, eundem enim numerum dicimus esse elementorum qui est & primarum qualitatum, puta quaternarium. Licet illa substãtia sint, hæc verò qualitates. Eodem igitur(inquit)modo uniuersorũ motuum, qui hodie fiunt in orbe, ab eodem nunc in idem nũc (scilicet ab ortu solis vsque ad occasum) idem est tempus. Licet D alius sit motus alterationis, alius localis, alius velox, alius tardus. Et ita licet motus sint alteri, idest diuersi numerus temporis vnus est æqualium durationum, quæ sunt simul.

Quoniam autem est loci mutatio huius circularis, numeratur autem unumquodque uno quodam congeneo, vnitates vnitate, equi verò equo, sic & tempus tempora quodam finito (mensuratur autem, sicut diximus: & tempus motu, & motus tempore. E hoc autẽ est, quia à determinato motu & tempore mensuratur ipsius motus quantitas, & tẽporis) si igitur primum mensura omniũ congeneorum est circulatio regularis, mensura maximè erit, quia numerus huius notissimus est. Neq; igitur alteratio, neque augmentatio neq; generatio regulares sunt, loci aũt mutatio est.¶Quapropter & uidetur tempus esse sphæræ motus: quia hoc mensurantur alij motus, & tempus hoc motu.¶Propter hoc autem & quod consuetum est dici, accidit. dicũt enim circulum F esse humanas res: & aliorum motum habent uidelicet naturalem, & generationem, & corruptionem. hoc autem est, quia hæc omnia tẽpore dijudicantur, & accipiunt finem, & principium, ac si secundùm quandam circulationem sit. etenim tempus ipsum, esse uidetur circulus quidam. hoc autem rursus uidetur, quia huiusmodi loci mutationis mensura est, & mẽsuratur ipsum ab huiusmodi. Quare dicere rerum eas. quæ fiunt, esse circulum. est dicere temporis esse quẽdam circulum. hoc autem est, quia mensuratur circulatione. Præter enim mensuram nihil aliud uidetur esse mensu-

A mensuratum; quàm multæ mensuræ totum.

Vnicũ est tempus.

¶Postquam vtranq; partem dubitationis disputauit, in hoc sequẽter tex. 133. concludit tempus unicũ esse omniũ motuũ, quod subiectiuè est in primo mobili. Quam conclusionẽ tribus testimonijs corroborat. Primũ hoc syllogismo. Vnũquodq; mensuratur mensura congenea .i. eiusdem secum rationis, & quæ sit primũ simplicissimumq; ac notissimum sui generis: motus primi mobilis est eiusdem generis (puta eiusdem prædicamenti) cũ alijs oĩbus B motibus, estq; omniũ primus, simplicissimus, atq; notissimus: ergo ille est mensura aliorum omnium: rursus iam dictum est tex. 112. & motum tempore mensurari & vicissim tempus motu (& ratio, inquit, est quia quãtitas tam motus, quàm temporis mensuratur, & cognoscitur à motu determinato tempore .i. per motum cuius mensura est tempus) ergo prima omnium motuũ mensura: atque adeo omnium tempus est numerus & mensura illius primi motus. Maiorem primi syllogismi ex professo probat Phil. 10. metaph. textu 3. C exemplis plurimis: vt numerum unitate tãquàm indiuisibile & simplicissima mensura metimur, vt equorum numerũ uno equo multiplicato, & stadium pede, & inter alia subdit illic, & motus omnes uelocissimo motu primi mobilis. Quòd enim ille motus sit omnium primus manifestum est, cùm sit omnium causa. Quòd autem sit simplicissimus, patet quia numeri irregulares & difformes sunt ueluti compositi ex dissimilibus partibus, motus uerò cœli propter suam vniformitatem est simplicissimus. Et ideo habet se inter motus, sicut unitas in numero. Et ꝙ sit notissimus patet ex motu solis per quẽ iudicamus de duratione nostrarũ operationum. Et ita concludit, quòd neque alteratio, neque augmentatio, neque gneratio erit tempus, quia nullus istorum motuum (eò quòd sunt rerum corruptibilium) esse potest ita continuus, aut ita uniformis, & regularis. Prætermisit (arbitror) nominare motum localem rectum tanquàm manifestè irregularem: si enim sit naturalis, velocior est in fine, quàm in principio: si uerò violentus, èconuerso. Ille ergo solus motus cœli, quia est corporis incorruptibilis, & ab intelligentia fatigari nescia, vniformissimus est. ¶Secundò confirmat conclusionem testimonio eorum ipsorum qui in hac parte errabant, dicentes tempus esse motum sphęræ. hac enim ratione id opinabantur, quia per illum motum certi efficimur, ac iudicamus de duratione nostrarum mutationum. E Non tamen rem prorsus attingebant, ut intelligerent, non motum illum, sed numerum prioris & posterioris illius, esse tempus. ¶Tertiò eandem conclusionem manifestat sententia illa, quæ vulgò circunfertur, scilicet res omnes humanas, & in vniuersum generationes corruptionesque rerum omnium naturalium in circulo perpetuo esse: verbum enim hoc inde dimanauit, quòd omnia dijudicantur tempore, quod mensura est circularis motus, & ideo F idem est dicere eas esse circulum, ac si diceretur, tempus earũ esse circulum. Etenim præter illam (inquit) primam mensurã, nihil aliud videtur esse mensuratum quàm vnum resultans ex pluribus mensuris. Etenim ut vnus passus nihil aliud est quàm pes quinquies multiplicatus, & unum stadium nihil aliud quàm 125. passus, ita uita decem annorũ nihil aliud est quã decẽ circulationes continuæ solis sub zodiaco.

Humana omnia in circulo.

Tex. 134.

Dicitur autem rectè, quòd numerus quidem est idem ouium, & canum, si æqualis vterque sit. denarius autem, non idẽ neq; decem eadem. sicut neq; trianguli ijdem: æquilaterus inquam, & scalenus. & tamen figura eadem est, qua ambo trianguli

A sunt, idem enim dicitur cuius non differt, differentia, sed non cuius differt, ut triangulus trianguli differentia differt (diuersi enim triãguli sũt) figuræ autem non, sed in una & eadem diuisione. figura enim, talis quidem circulus est, talis uerò, triangulus. Huius autem talis quidem est æquilaterus, talis uerò scalenus, figura igitur eadem & hæc. triãgulus enim est. triangulus autem non idem est. Et numerus igitur eodem modo. nõ B enim differt numeri differentia numerus horum, denarius autem non idem est. in quibus enim dicitur differunt. hæc enim canes; alia uerò æqui sunt. Et de tempore quidem & ipso, & de ijs, quæ circa ipsum, considerationi sunt propria dictum est.

Nota. ¶In text. hoc demum 134. postremo huius libri, quò apertius exponat id quod paulò ante dixerat nempe eũdem esse numerum decem ouium, aut equorum, qui est decem canum, licet C non sit idem denarius, ponit documẽtum attentione certè & memoria dignum, ut appositè de identitate & diuersitate rerum congrueq; loquamur. ait enim quòd decem oues sunt idem numerus qui decem canes, non tamen idẽ denarius. Et ita sanè loquimur dicentes longè alium esse hunc binariũ, probis ac sapientibus duobus hominibus iudicatis, quam illum, uidelicet, quo improbos, aut ignaros designamus. Et ratio est quia genus remotum cum nota unitatis uel idẽtitatis prædicatur de speciebus remotis, quæ sunt sub genere inferiori: attamen genus proximum non prædicatur cum tali signo unitatis, aut identitatis de suis D proximis speciebus. Subdit exemplũ in mathematicis. De duobus triangulis, quorum alter est æquilaterus, alter uerò scalenus, idest, inæqualium omnium laterum, affirmamus ꝙ sunt eadem figura. Et ratio huius est, quia figura nõ diuiditur immediatè per has differentias, ęquilaterus, & scalenus & ideo ratio figuræ manet eadem in ambabus speciebus. Negamus tamen, ꝙ sint idem triangulus, propterea quòd triangulus immediatè diuiditur in æquilaterum & scalenum: atque adeo ratio trianguli non manet eadem in illis, ut contracta per illas differentias. E Et hoc est, quod hic ait Aristo. [idem enim dicitur cuius non differẽtia, sed non cuius differt &c.] trianguli enim illi duo, trianguli differentijs differũt, nõ aũt differentijs figuræ, quæ sunt circularis, aut triangularis & cętera. Hinc sequitur ad maiorem explicationem: quòd genus quodcunque prædicabitur de indiuiduis eiusdem speciei, quæ sub illo continẽtur. Nam duo æquilateri non solum sunt eadem figura, sed idem etiam triangulus: non tamẽ sunt idem æquilaterus, quia species materialiter diuiditur per diuersa indiuidua, sicut genus formaliter per suas differentias. Eodem modo possumus dicere, quòd Petrus & Paulus sunt idẽ animal. non tamen sunt idem homo. Petrus tamẽ & Brunellus non sunt idẽ animal, tametsi dici possint idem corpus. Sermones isti fateor quòd non sunt vsitati apud iuniores, sunt tamen uerè philosophici, & apud antiquos celebrati, & meritò ad usus plurimos obseruãdi. Eodem ergo modò motus oẽs. s. alteratio, generatio, & augmẽtatio, & motus localis eodem tempore conueniunt quod est omnium mensura: tametsi non sint idem motus.

Finis quarti Libri Physicorum.



DOMINICI SOTO SEGOBIENSIS,

Theologi, ord. Prædicatorum, ſuper Quintum Phyſicorum Ariſtotelis Commentaria.

B

DE DIVISIONE MOTVS in ſuas ſpecies.

CAPVT I.

Tex. 1.



RANSMVTATVR autem quod trãſmutatur omne, hoc quidẽ ſecundùm accidens, ut cùm dicimus muſicum ambulare, quoniam cui accidit muſicũ eſſe hoc ambulat. hoc autem ex eo, quia huius aliquid mutatur, ſimpliciter dicitur mutari: ut quæcunque dicuntur ſecundùm partes. ſenatur enim corpus, quia oculus aut thorax. hæc autem partes ſunt totius corporis. Eſt autem aliquid quod neque ſecũdùm accidens mouetur, neque ex eo, quia aliqua partium ipſius, ſed ex eo, quia ipſum mouetur primum, & hoc eſt ſecundùm ſe ipſum mobile. Secundùm alium autem motum alterum eſt, ut alterabile, & alterationis, ſanabile & calefactibile alterum.

C

¶In quatuor ſuperioribus libris tractatum eſt de motu abſolutè, & de his, quæ ad eum pertinent, puta de principijs eius, & cauſis, de eiusque quidditate, atque adeo de loco, qui eſt menſura mobilis, & de tempore, quod eſt menſura motus. In reliquis verò quatuor agitur de motu cõparatiuè, nempe in hoc quinto comparatur ad ſuas partes ſubiectiuas, diuiditur enim per ſuas ſpecies in ſexto comparatur ad ſuas partes quantitatiuas: in reliquis verò duob. comparatur ad motorem Liber autem iſte, qui in ſex capita diuiditur, & ſecundùm Commentato. in textus 63. (licet in calce adijciantur alij duo, qui non ſunt in græco) diuiditur in tria præcipua membra. In duobus enim prioribus capitulis vſq; ad textum 20. enarrantur ſpecies motus, explicaturque ad quæ prædicamenta ſit per ſe motus: in duobus ſequentibus uſque ad textus 45. agitur de unitate & diuerſitate motus: in duobus reliquis capitulis de contrarietate motus. In capitu. 1. quod 10. textus continet duo facit Phil. In ſex enim textibus prioribus diſtinguit diuerſas acceptiones, & mutationis, & motus: in quatuor uerò ſequẽtibus diſtinguit ſpecies mutationis in genere antequã in ſequenti capitu. diſtinguat proprias ſpecies motus. Proponit ergo in hoc 1. textu. diſtinctionem motus trimembrem ex parte mobilis. Ait enim, quòd

E

Partitio libri.

F

A eorum, quæ transmutantur, aliqua transmutantur per accidens: ut cùm dicimus musicum ambulare, quia non est de ratione ambulantis, vt sit musicus, sed accidit ei: animal uerò est necessarium subiectũ ambulationis. Eorum autem quæ per se mouentur, alia mouentur, non per se primò, sed ratione partis: ut cùm homo sanatur secundùm oculum, aut secundùm thoracem, idest pectus, simpliciter dicitur sanari: licet sanetur solùm secundum partẽ. Alia sunt, quæ mouẽtur, neq; secundũ accidens, neq; secundũ partem, sed per se primò: vt cũ equus ambulat, vel augetur, vel calefit. Et iste motus est, qui variatur secundùm species, sci-
B licet alterationis, augmentationis, aut motus localis. Subiungit autem [Secũdùm alium autem motum, alterum est, ut alterabile,] idest secundùm quòd motus est alius, ita & subiectum est alterum: nam subiectum sortitur nomen & speciem à motu. Si enim motus differunt genere subalterno, ita & mobilia, vt qa alteratio est alia species subalterna, quàm augmentatio, & motus localis, alterabile est altera species quàm augmentabile, & mobile localiter altera. Vnde & cœlum est mobile localiter, licet non sit mobile alia
C specie motus. Et [Alterationis (inquit) sanabile: & calefactibile, alterum] idest quia alteratio rursus diuiditur in alias species, puta sanationem & calefactionem, ita & sanabile est aliud à calefactibili. Hoc est dicere, quòd alterabile idem est, quod mobile motu alterationis, & sanabile est mobile motu sanationis, & augmentabile est mobile motu augmentationis &c.

Tex. 2. Est autem & in mouente similiter: aliud enim secundum accidens mouet aliud uerò secundum partem, ex eo quia partiũ huius aliqua, aliud uerò per seipsum primũ. vt medicus quidem sanat, manus uerò percutit.

Eadem ratione, quia diuisit mobilia, diuidit in tex. hoc 2. mouentia. Eorum enim, quæ mouent, aliud est mouens per accidẽs, ut musicus ædificat, aut sanat: aliud uerò per se, non primò, sed secũdùm partem, vt cùm quis manu percutit: aliud verò, quod simpliciter per se primò mouet: ut cùm medicus sanat: quòd enim homo facit secundùm intellectum, non secundùm partem, sed secundùm se totum facit. D

Quoniam autem est quidem aliquid mouens primum, est autem aliquid quòd mouetur, ad hæc in quo tempus, & præter hæc ex quo, & in quod (omnis enim motus: ex quodam, & in quiddam. alterum enim est, quod primum mouetur, & in quod mouetur, & ex quo. vt lignum, & calidum, & frigidum. horum autem aliud quidem quod, aliud verò in quod, aliud autem ex quo) manifestum est igitur, quòd motus in ligno est, non in specie, neq; enim mouet, neq; mouetur species, aut locus. aut ipsum quantum. Tex. 3. E

¶ Similem diuisionem. qua mobilia mouentiaq; diuisit. intendit facere ex parte terminorum, ad quos est motus. Prætermittit autem in hoc tex. 3. explicare, quid est id, cui per se conuenit ratio motus, & propriè moueri. Quinque enim sunt (inquit) quæ in motu est considerare: quæ sunt, mouens, & subiectum, quòd mouetur, & tempus in quo fit motus, & præterea terminus à quo, & terminus ad quem. Inter quæ duas facit comparationes. Primò comparat subiectum ad utrunque terminum, dicens id quòd mouetur alterum esse, & à termino ad quem & à termino à quo. Vt in calefactione ligni tria consideramus, scilicet frigidum, & calidum & lignũ, quod successiuè subijcitur F

citur

A citur vtrique qualitati, dum lignum ex frigido fit calidum. Non solùm er go intelligit, quòd lignum distinguitur realiter à frigiditate, & caliditate: (quia hoc nihil esset dicere) sed loquitur in concreto, quòd lignum inquantum lignum alterum est, quàm lignum inquantum frigidum, aut inquantum calidum. Et hoc est quod subdit [Manifestum est, quòd motus in ligno est non in specie] idest id quod propriè calefit, neque est frigidum, neque calidum sub tali ratione, sed lignum. Speciem enim appellat formam, & eam, quæ corrumpitur, & eam, quæ acquiritur: uel subiectum sub tali for
B ma. Docuit namque libro primo huius textu sessagesimoprimo, quòd subiectum propriè enunciatur in recto, ut homo fit niger, sed terminus à quo proprius explicatur in ablatiuo, ut di camus, ex albo fit nigrum, potiusquã album fit nigrum. Et ratio est, quia subiectũ manet sub termino ad quem, priuatio autem (quæ est terminus à quo) non manet. Concludit ergo, quòd neque species, (scilicet nec terminus à quo, nec terminus ad quem sub hac ratione) mouetur. Neque locus in quo, uel ad quem fit motus, ut lib.4.huius tex.41.determinatum est. Adde, ꝙ nec tẽpus mouetur (ut patet
C ex dictis in tractatu de tempore) neque mouens ipsum inquantum mouens, ut lib.3.tex.16.& 17.constat. Ex quibus colligitur, quòd ex omnibus, quæ requiruntur ad motum, solùm subiectum mouetur, atque adeo illud solùm, quatenus successiuè est sub utroque termino mouetur.

Tex. 4. Sed est mouens, & quod mouetur, atque in quod mouetur. Magis autem ab eo, in quod, quàm ex quo mouetur denominatur mutatio. Quapropter & corruptio: in id, quod nõ est, mutatio est: quamuis & ex eo, qđ est, mutetur, quod corrumpitur. Et generatio in id, quod est: quamuis ex eo, quod non est. D

¶In textu quarto cùm duos terminos statuisset motus, docet à quo illorum motus sortiatur denominationẽ, & speciem: dicens, quòd illam sortitur, non à termino à quo, sed à termino ad quem. Cum enim ex frigido fit calidum: licet terminus à quo sit frigiditas, non tamen ille motus dicitur frigefactio, sed calefactio: & èconuerso cùm ex calido fit frigidum, non dicitur calefactio, sed frigefactio: & cùm ex semine fit animal, licet corrumpatur illic semen, non tamen dicitur sim
E pliciter corruptio, sed generatio. Corruptio autem (inquit) denominatur à termino à quo. Et illa dicetur corruptio, cùm addito, scilicet corruptio seminis: & cùm ex frigido fit calidum, dicitur corruptio accidentalis, scilicet frigidi, aut frigoris: & cùm ex ligno generatur ignis, dicitur corruptio ligni & generatio ignis: quia corruptio unius, est generatio alterius. At uerò quando corrumpitur uiuens, uel mistum aliud per defectum, licet generetur forma cadaueris, aut alia imperfectio, tamen simpliciter denominabitur corruptio: ut cum animal moritur aut arbor arescit quia forma non gene F
ratur, nisi uia corruptionis.

Quid igitur motus sit, dictum est Tex. 5.
prius. Species autem, & pasiones, & locus, ad quæ mouentur ea, quæ mouentur, immobilia sunt, ut scientia, & calor. Attamen dubitauit aliquis: si pasiones motus sunt, albedo autẽ pasio est. erit enim ad motum, mutatio. sed fortasis non est albedo motus: sed dealbatio. ¶ Est autem & in illis & quod est secundùm accidens: & quod est secundùm partem, atque secundùm aliud. & ꝙ primò est, &

non

A non ſecundùm aliud. ut quod ſit albũ: in id quod intelligitur, mutatur ſecũdùm accidens. colori enim accidit intelligi. in colorem autem: quia album pars eſt coloris. & in Europam: quia pars Europæ Athenæ ſunt. In album autem colorem per ſe. Quomodo igitur per ſe mouetur, & quomodo ſecundùm accidens, & quomodo ſecundùm aliud aliquid, & quomodo idem primum & in mouente eſt, & in eo quod mouetur manifeſtum eſt & quod motus nõ eſt in ſpecie: ſed in eo quod] mouetur & mobili ſecundùm actum.

B

¶ Duas particulas habet text. hic 5. In prima inſinuat quandam dubitationem, quæ ex proximè dictis ſuboritur. Ait igitur, ꝙ quid ſit motus, dictum eſt prius. Eſt enim uia, & acquiſitio termini, ut lib. 3. dictum eſt. Species & paſſiones: puta formæ & qualitates & locus (ut mõ dicebatur) ſunt res immobiles, ad quas mobilia mouentur. Dubitatio ergo eſt. Cum motus (ut nomen præſefert) idem ſit, quòd paſſio quædã: & albedo itidem uideat eſſe paſſio [eſt enim accidens quo res patitur] ſequitur quòd & albedo erit motus: & cum ad albedinem ſit motus (nam dealbatio eſt motus ad albedinem) ſequi-
C tur, quòd ad motum ſit motus: quod infra tex. 12. probabitur eſſe impoſſibile: aliàs idem eſſet uia, & terminus. Reſpondet, quòd fortaſſe albedo non motus, ſed dealbatio. Fortaſſe (inquit) non quia dubitet, ſed quia ille eſt motus eius propter grauitatem reſpondendi, aut quia nondum de hoc diſputauit. Quò ſit, ut aliter motus, quàm forma, ſit dicendus paſſio. Nam forma (ut albedo) de ſe nõ dicit, quòd ſit in fieri: dealbatio uerò ſignificat albedinem, ut eſt in fieri, & ideo alia eſt ratio formæ, & alia motus, ut lib. 2. q. 2. dictum eſt. ¶ In ſecunda parte textus.

D [Eſt autem &c.] explicat ſimilem diuiſionem conuenire terminis motus, illis, qui aſſignati ſunt mobilibus, & mouentibus. Dicitur enim mobile moueri in aliquid tanquam in terminum: & ſecundùm accidens, ſecundum partem & per ſe primò. Exemplum primi, ut ſi nigrum quod fortè non intelligebatur: mutetur in album, quod tunc intelligitur, per ſe mutatur in album, per accidens uerò mutatur in id, quod intelligitur: quia accidit (inquit) albo intelligi. Ponit, ut coniicio, hoc exemplum: quia color eſt quidem per ſe obiectum ſenſus, non tamen ſub illa ratione eſt obiectum intellectus, ſed inquantum ens, cui accidit eſſe album. Nota.
Exemplum ſecundi. Si quis à Thebis proficiſcatur Athenas, per ſe quidem mouetur Athenas: mouetur autem in Europam ratione partis. Nam Athenæ partes ſunt Europæ. Non ſubdit tertiũ exemplum de per ſe primò: quia in his duobus eſt expreſſum. Eadem exempla ſunt de termino à quo. Sicut quod mouetur à nigro, mouetur ab eo, quod nõ intelligitur ad id, quod mouetur. A Thebis mouetur quodammodo ab Europa ratione partis. Sed poſuit ea in termino ad quem: quia inde motus ſortitur ſpeciem. ¶ Concludit ergo ſatis dictum eſſe, quomodo mobilia, mouẽtia, & termini diuidantur per ſe, & per accidens: & præterea quomodo ex omnibus, quæ concurrunt ad motum, ſolùm ſubiectum eſt id, in quo eſt motus: atque adeo id dumtaxat cenſetur propriè moueri. E F

Quę igitur ſecundùm accidẽs eſt, mutatio dimittatur. eſt enim, & in omnibus, & ſemper & omniũ. Quæ uerò non ſecundùm accidens: nõ eſt in omnibus, ſed in contrariis, & mediis & in contradictione. Huius autem fides ex inductione eſt. Ex medio autem mutatur. utimur enim ipſo ut cõtrario ad utrunque. Eſt enim quo- Tex. 6. Tex. 7.

A quodammodo medium ipſum, extrema. Quapropter & hoc ad illa, & illa ad hoc, quodammodo dicuntur contraria, ut meſe grauis ad netem, & acuta ad hypatem. Atque fuſcum album ad nigrum, & nigrum ad albũ.

¶Ex his differentiis mobilium ait in hoc tex. 6. tranſilienda eſſe, ac prætereunda mouentia mobiliaque, ac terminos per accidens motus. Nam ſcientia habet finitos præſcriptosq; terminos, quibus clauditur: ea uerò, quæ ſunt per accidens, non ſunt terminata, ſed infinitis poſſunt modis contingere. Et hoc
B eſt quod ait. [Eſt enim & in omnibus, (ſcilicet terminis) & ſemper (ideſt quotieſcunque fit motus) & omnium puta mobilium.] Exempli gratia. Ex muſico per accidens poteſt fieri album, & ſapiens, & magnum, & quicunque alij termini, & iſti termini poſſunt fieri ꝑ accidens ex quibuſcunque alij. Per ſe autem nihil fit, niſi ex ſuo contrario, quod lib. 1. huius tex. 43. docuit. Phil. ut album per ſe fit ex nigro, & calidum ex frigido. Subiungit autem, quòd mediæ qualitates, contrarietatem habent quandam ad extrema. Album enim fit per ſe ex non albo: puta ex nigro, aut medio colore colorato. Et hoc eſt, qđ
C ſubdit. [Vt meſe grauis eſt ad netem, & acuta ad hypatẽ.] Seruauit interpres uoces græcas. Meſe enim idem eſt, qđ media: & cum abſolutè ponitur, recipitur pro media chorda lyræ. Nete eſt acutiſſimus ſonus primæ chordæ: hypate uerò eſt ſonus grauis ultimæ chordę. Ait ergo, quod media quodammodo contrariatur utrique extremo: nam eſt grauis reſpectu primæ, & acuta reſpectu ultimæ. Sicuti fuſcum eſt album reſpectu nigri, & nigrum reſpectu albi.

Tex. 7. Quoniam autem omnis tranſmutatio eſt ex quodam in quiddã (manifeſtat autem & nomen. poſt aliud enim aliquid: & aliud quidem prius D ſignificat, aliud autem poſterius) mutabitur quod mutatur, quadrifariam. Aut enim ex ſubiecto in ſubiectum, aut ex nõ ſubiecto in non ſubiectum aut ex non ſubiecto in ſubiectũ, aut ex ſubiecto in non ſubiectum. Dico autem ſubiectum: quod affirmatione monſtratur. ¶Quare neceſſe eſt ex iis, quæ dicta ſunt, tres eſſe mutationes: eam, quæ eſt ex ſubiecto in ſubiectum: & eam, quæ ex ſubiecto in non ſubiectum: & eam, quæ ex nõ ſubiecto in ſubiectum eſt: quæ enim ex non ſubiecto in non ſubiectum, E non eſt mutatio, propterea ꝙ non eſt ſecundùm oppoſitionem. neque enim contraria, neque contradictio eſt. ¶Quæ igitur ex non ſubiecto eſt in ſubiectum mutatio ſecundùm cõtradictionem, generatio eſt alia quidem ſimpliciter ſimplex. alia uerò quædam, cuiuſdam. ut ea quæ ex non albo in album: generatio huius eſt. Ea uerò, quę ex eo, quod non eſt ſimpliciter in ſubſtantiam, generatio ſimpliciter eſt, ſecundùm quam ſimpliciter fieri, & nõ aliquid fieri dicimus. Quæ uerò ex ſubiecto in non ſubie- F ctum corruptio eſt, ſimpliciter quidem, quæ ex ſubſtantia ad ipſum nõ eſſe eſt. quædam autem ea eſt, quę eſt in oppoſitam negationem: ſicut dictum eſt & in generatione.

¶His præiactis fundamẽtis, adornat in hoc tex. 7. (ubi incipit ſecunda pars huius capitis) diſtinguere ſpecies motus. At quia mutatio ſuperius quid eſt quàm motus (generatio enim & corruptio, ut tex. proximo uidebimus, nõ eſt motus, ſed mutatio) diſtinguit prius mutationem in quatuor ſpecies, quæ ſumuntur ex combinatione terminorum.

A rum. Ait ergo, quòd cùm omnis tranſmutatio ſit ex quodam in quiddam (nomen enim ipſum deſignat ordinẽ prioris à quo, & poſterioris in quod eſt mutatio) fit ut quatuor modis contingat tranſmutatio. ¶Vbi adnotandum eſt, ꝙ quatuor iſti modi nõ diſtinguuntur ex parte rei: eadem enim mutatio cùm ex albo fit nigrum, eſt etiam ex non nigro in non album, & ex non nigro in nigrum, & ex albo in non album: ſed eſt diſtinctio ex modo ſignificandi terminorum à quo, & ad quem. Et hoc eſt quod ait [dico autem ſubiectũ &c.] ideſt non appello ſubiectum propriè id, quod ſubiicitur utrique termino,

Tranſmutatio quatuor modis contingit.

B (nam illud, idem manet in omni tranſmutatione) ſed ſubiectum dico terminum affirmatiuè monſtratum. Et per oppoſitum non ſubiectum appellatur terminos negatus, quem 1. periher. appellauerat nomen infinitum. ¶Ex his inquit quatuor modis tres priores ſunt tãtum per ſe ſpecies mutationis. Nam illa (inquit) quæ fit ex non ſubiecto in non ſubiectum, non eſt per ſe mutatio: quia omnis per ſe mutatio, aut eſt ex contrariis, ut cùm ex albo fit nigrum, aut ex contradictoriis, ut cùm ex non albo fit album, aut ècõ uerſo. Contradictionem appellat oppoſitionem, quæ per negationem exprimitur.

C At uerò inter duo extrema infinita non eſt contrarietas: poſſunt enim ambo eidem ſimul conuenire: lapis namque eſt ſimul non ſanus, & nõ æger: quia cùm non habeat aptitudinem ad tales qualitates, nec eſt ſanus nec æger: ſicut & angelus & eſt non albus, & ſimul non niger, & non medio colore coloratus. Et eadem ratione non opponuntur contradictoriè: quia ex duobus contradictoriis ſemper unũ eſt uerum, & alterum falſum. Poteſt tamen per accidens ex non albo fieri non nigrum, cùm ex nigro fit album.

Obiect. ¶Sed contra hoc uidetur, quòd ſicut per ſe album fit ex nigro, ita & non album per ſe fiat ex non nigro: quia albo per ſe conuenit ut ſit non nigrum. D

Solutio. Reſpõdetur, quòd ad hoc, quòd ex hoc termino à quo per ſe fiat terminus ad quem, requiritur ꝙ ſimul repugnent in eſſe ſimul eidem, & iam dictum eſt. quòd non album, & non nigrum, aut non medio colore coloratũ ſimul conueniunt angelo. ¶Subſequenter inq̃t, quòd illa tranſmutatio, quæ non eſt ex ſubiecto in ſubiectum, eſt mutatio ſecundùm contradictionem: & dicitur generatio. Non appellat non ſubiectũ, propterea quòd nihil ſubiiciatur tali formæ (aliàs eſſet creatio) ſed appellat non ſubiectum illud, quod ſignificatur ſub negatione formæ. Et hæc inquit,

E generatio aut ſimpliciter eſt generatio aut (quædam cuiuſdam) ideſt ſecundũ quid, Generationem ſecundum quid appellat, mutationem accidentis in accidens. ut cum ex non albo fit album: quia illic non producitur ens ſimpliciter, ideſt ſubſtantia, quæ eſt ens actu: immo ſubſtantia perfecta erat ſub termino à quo, quæ manet ſub termino ad quem. Generatio uerò ſimpliciter eſt illa quæ fit ex non ente ſimpliciter, puta ex non ſubſtantia in actu, ut cum ex aere generatur aqua, aut ex ſemine animal: ubi id, quod manet ſub utroq; termino, eſt ſola materia prima, quæ non eſt ens actu, ſed ens in potentia.

F Etècontrario illa, quæ fit ex ſubiecto in non ſubiectum, dicitur corruptio, aut ſimpliciter ut cum id, quod manet ſub utroque termino, eſt ſola materia prima. ut quando aqua corrumpitur in aerem: quia generatio unius eſt corruptio alterius: aut ſecundum quid, ut cum ex albo fit non album, manente eadem ſubſtãtia.

Noca. ¶Meminiſſe hic opus eſt illius quod li. 1. huius ſuper textum 75. adnotauimus: nempe, quòd aliud eſt dicere in generatione ſubſtantiæ, ꝙ aqua fiat ex non ente ſimpliciter (ut negatio feratur in totum) & aliud, quòd fiat ex ſimpliciter non ente. Nam primus ſenſus eſt uerus: quia aqua fit ex materia, quæ non eſt ens ſimpliciter,

ſed

A ſed ens in potentia: puta aqua in potentia, ſed tamen falſum eſt, ꝙ materia ſit ſimpliciter non ens, quia non eſt purũ nihil. In ſumma, creatio fit ſimpliciter ex non ente, generatio uerò, ex non ente ſimpliciter.

Tex. 8. Si igitur id, quod non eſt dicitur multipliciter, & neque id quod eſt ſecundũ compoſitionem, aut diuiſionem contingit moueri, neque quod eſt ſecundùm potentiam, quod ei, qđ eſt ſimpliciter ſecundùm actum, oppoſitum eſt, (quod enim eſt non album, aut non bonum: fieri poteſt ut

B moueatur ſecundùm accidens. erit enim homo non albus. quod autem ſimpliciter non hoc eſt: nullo modo contingit moueri. impoſsibile enim eſt: quod non eſt moueri) ſi autẽ hoc: & generationem motum eſſe impoſſibile erit. ¶ Generatur enim quod non eſt. nam & ſi quàm maximè ſecũdùm accidens generatur: attamen eſt uerum dicere, quòd eſt id, quod non eſt, de eo, qđ generatur ſimpliciter. ſimiliter autem: & quieſcere. Hæc igitur omnia accidunt difficilia: moueri id, quod non eſt. & ſi omne qđ mo-

C uetur in loco eſt, quod autem nõ eſt in loco (eſſet enim alicubi). ¶ Neq; ergo corruptio motus eſt. contrarius enim motui motus eſt, aut quies. corruptio autem generationi contrarium eſt.

¶ Ex quatuor illis combinationibus terminorum excluſerat à ratione mutationis, quando ambo proferuntur negatione: ſubſequenter in hoc tex. 8. ex aliis tribus, quas dixit eſſe ſpecies mutationis intendit excipere duas à propria ratione motus: puta quando alterum extremorum eſt negatiuum. Et

Nota. eſt locus iſte quamuis abditus, ſubtilis tamen ac phyſicus. Vbi prius conſiderandum eſt, quòd quiuis ex non albo fiat per ſe album, & ex non aere per ſe aer, tanquam ex propria priuatione, & proprio termino à quo (ut lib. 1. ſuper text. 43. expoſitum eſt) tamen in ratione ſubiecti, non album non fit album, quia non album non manet album. Et ad hoc propoſitum probauerat tex. 3. quòd ſolum ſubiectum eſt, quod propriè mouetur. Intendit ergo hic probare, quòd mutatio ex termino negato in terminum affirmatũ, aut è conuerſo, non eſt motus, ſed mutatio, quod eſt dicere: generatio & corruptio ſimpliciter dictæ, ſcilicet ſubſtãtiæ nõ eſt motus. Et probatio eſt hæc, E certè pulchra, ſi benè intelligatur. Demus. v. g. quòd ex aere fit aqua (illic enim ex nõ aqua) probatur ꝙ nihil ibi moueatur motu generationis, id quod mouetur debet eſſe ens actu, quod maneat ſub utroque termino (nam ſolùm ſubiectum propriè mouetur) ſed illic nullum eſt ens actu, quod maneat ſub utroque termino, ergo nihil mouetur motu generationis. Probatur minor: quia non aqua, puta aer, quæ eſt priuatio, & terminus à quo nõ manet: aqua uerò non erat ſub termino à quo: materia autem, (quæ manet ſub utroque termino) non eſt ens in actu: ſed ſolum in potentia, ut li. 5. expoſitum eſt, ergo F nihil illic mouetur. ¶ Sed quæris. Quid opus eſt, ut ſubiectum, quod mouetur, ſit ens actu? Ratio eſt, ꝙ moueri, eſt accidens entium naturalium: accidẽs autem non habet propriè pro ſubiecto, niſi primam ſubſtãtiam. Vnde materia ſicut non eſt ens naturale, ut lib. 2. q. 1. adnotauimus, ita nec ꝓpriè mouetur. eadem proportione probatur corruptionem non eſſe motum. ¶ At uerò ut hæc Ariſt. lucidiora faciat, inſinnat diuiſionem non entis. Ait enim, ꝙ ens, & non ens uno modo accipiuntur, ut 6. metaph. tex. 4. ſcilicet pro eo, quod eſt uerũ, uel falſum [ſicut chimeram eſſe eſt non ens, ideſt falſum, & chimeram non

Generatio & corruptio nõ eſt motus.

Ens, & nõ ens dupliciter accipiuntur.

A non esse, est ens: quia est uerum, & isto modo nec ens, nec non ens mouetur: quia non dicunt aliquam existentiam, sed sunt entia rationis, quæ solùm habent esse obiectiuè in intellectu. Et hęc uocat hic ens, & non ens secundum compositionem, & diuisionem. Secundo modo accipitur non ens pro eo, quod est non ens simpliciter: puta pro materia, quæ neque simpliciter est non ens, scilicet nihil: nec simpliciter est ens, sed ens in potentia: cui opponitur (inquit) ens in actu. Et neq; hoc propriè mouetur, ratione iā dicta. Tertio modo accipitur non ens pro eo, quod est non secundum quid, scilicet accidentale, ut non album: non calidum &c. Et

B hoc (inquit) mouetur quidem, sed secundum accidens ratione subiecti. Lignum enim, cui accidit non album, mouetur cùm fit album: & homo cui accidit non bonum, mouetur cum fit bonus. [Quod autem simpliciter non est, hoc est nullo modo] idest materia prima, quæ simpliciter non est prima substantia, nullo modo mouetur: & per consequens non aqua, aut non aer, aut non homo, &c. quæ sunt priuationes accidentes materiæ, nec mouētur per se, nec per accidens. Concludit ergo generationem simpliciter dictam non esse motum. ¶At quia posset quis statim obiicere, quòd eadem ratione ne-

C que est mutatio: siquidem mutatio uidetur etiam esse accidens subiecti.

Nota. ¶Respondet huic tacitæ obiectioni, quod generatio dicitur mutatio, eo quòd id quod generatur, incipit esse simpliciter quod nō erat simpliciter, sed tantū erat in potentia. Et hoc est quod maximè per accidens moueri, scilicet ratione partis: puta ratione materiæ, quæ neque ipsa simpliciter mouetur, ut dictū est. Et quia non est aliud nomen, quo hanc inceptionem explicaremus, dicitur mutatio. Itaque ad rationem motus requiritur, quòd id, quod mouetur antea simpliciter fuerit, ut cùm ex nō albo fit album: ad mutationem autem non

satis est, quòd fuerit in potentia. Ratio ergo prima, quare materia mouetur quando de nouo acquirit formam, est quia materia ipsa de se non est, sed per formam, quam acquirit. Et eadem (inquit) ratione quando iam est sub forma, non quiescit simpliciter: nam quies non conuenit, nisi cui conuenit motus: quia contraria sunt circa idem. Addit rationem secundam, quòd materia non mouetur. Omne quod mouetur motu physico, est in loco [quia necesse est ut sit quātum] materia autem (quia simpliciter non est) non est in loco, nisi ratione totius: ergo non mouetur. ¶Pari ratione infert, quòd nec corruptio simpliciter dicta. s. substantiæ sit motus. Nam contrariorum eadem est ratio: corruptio autem contrariatur generationi. ergo si generatio non est motus, neque corruptio. Animaduertenda est hic ratio, cur generatio, & corruptio non sit motus. Non enim ratio est (ut multi putant) eo quod introductio formæ est in instanti: sed eo, quòd nullum ens actu subiicitur utrique formæ. Vnde quando lignum incipit calefieri per ultimum non esse: ita quòd nunc non est calidum, sed immediatè post hoc erit calidum, uerus motus est. Et pariter quando aer illuminatur per primum sui esse, licet hic non sit tam propriè motus: quia non fit per expulsionem contrarij.

D

E

Nota.

F

Quoniam autem omnis motus mutatio quædam est, mutationes autem tres, quæ dictæ sunt, harum autem eæ, quæ sunt secundùm generationem, & corruptionem non sunt motus, hæ autem sunt, quæ secundùm contradictionem fiunt: necesse est eam, quæ ex subiecto est in subiectum mutationem, motum esse solùm. Subiecta autem, aut contraria sunt, aut media. etenim priuatio ponitur contrarium, & monstratur affir- Tex. 9.

A affirmatione nudum & album & nigrum.

¶Colligit ergo in tex. 9. Arist. quòd tamen est motus, ubi est mutatio de subiecto in subiectum, idest quando ambo termini motus explicantur affirmatiuè. Nam subiectum hic appellat subiectum ipsum ea ratione qua prius est sub uno termino, & postea sub alio: ut cùm ex albo fit nigrum. Collectio est hæc. Tres sunt tantum mutationis species (ut tex. 7. probatum est) & ex his illæ duæ quæ dantur per contradictionem: puta quando unum extremum exprimitur affirmatiuè, & alterum negatiuè, non sunt motus: nam si B fit generatio simpliciter ut cùm ex nō aqua, aut corruptio simpliciter ut cū ex aere fit non aer simpliciter non est motus: si autem fit generatio secundū quid, ut cùm ex non albo fit non albū, non est motus nisi per accidens, ratione subiecti, puta ligni, aut hominis quæ propriè mouentur, fit ergo ut propriè tantummodo fit motus inter duo subiecta, idest inter terminos positiuos. Subiecta autem (inquit) inter quæ propriè est motus, aut sunt contraria, aut media, medium uerò quatenus priuatio est utriusque extremi, accipitur ut utriusque cōtrarij. Quemadmodum enim nudum (quæ est priuatio ue C stiti) quodammodo est contrarium illi, ita fuscum & rubeum contrariū est tam albi, quàm nigri, ut tex. 6. dictū est. Motus ergo propriè est, cum substātia, quę est ens in actu, mouetur ex uno termino positiuo in aliud positiuum, ut cum ex albo, aut medio colore colorato mouetur in nigrum.

Tex. 10. Si igitur prædicamēta diuisa sunt substantia, & qualitate, & ubi, & quādo, & ad aliquid, & quantitate, & ipso agere, & pati. Necesse est tres esse motus: eum, qui quantitatis, & eū, qui qualitatis: & eum, qui secundum locum est.

¶ Concludit demum in hac particula, ubi Commentator signat textum decimum, conclusionem totius huius capitis, puta, tantum esse tres species motus, scilicet ad quantitatem, ad qualitatem, & ad ubi. Et facit huius syllogismum. Motus ut tex. 4. dictum est, speciem sortitur à termino: ergo quot sunt species terminorum, ad quos est per se motus, tot sunt species motus: sed tantùm hæc tria sunt prædicamenta, ad quæ est per se motus: ergo tantū sunt tres species motus. s. augmētatio, qua acquiritur quantitas, & alteratio, qua acquiritur qualitas, & motus localis, quo acquiritur locus. ¶In memoriā hic reuocandum est, quod Arist. lib. 3. tex. 4. & nos quæst. 1. exposuimus. s. quod si motus accipiatur materialiter pro forma, quæ nondum peruenit ad perfectum, reductiuè ponitur in eodē prædicamēto cum suo termino, ut motus alterationis reductiuè in prædicamento qualitatis, licet non directè, quia non est qualitas: & motus augmētationis in prædicamēto quantitatis: & motus localis in prædicamento ubi. Si autem accipiatur formaliter, ut dicit solùm productionem, uel acquisitionē, quæ est uia ad terminum qui consideratur, uel tanquam procedens ab agente, uel tanquam receptus in passo, ponitur in prædicamento actionis, uel passionis. Et propterea ex prædicamentis, ad quæ est per se motus, uenatur species motus. Secundò notandum est hic, quòd in numeratione prædicamētorum missa fecit duo, puta situs, & habere: nam cùm ista quodammodo includant relationem, ea ratione, qua ad relationem non est per se motus, intelligit nec esse per se motum ad ista prædicamenta. Quod nos quæst. 2. adnotauimus, aduersus eos, qui putant ad relationem extrinsecus aduenientem esse per se motum.

Marginalia (right column): D; Nota. E; F; Nota.

¶Sequitur consequenter cap. 2.

¶AD

A

AD QVAE PRAEDICAMENTA sit per se motus.

CAP. II.

SECVNDVM substantiam autem non est motus: propterea quòd nullum est entiũ substantiæ contrarium. ¶ Neque ei quod ad aliquid. Contingit enim altero mutationem patiente uerè dici alterum nihil mutationis subire, quare secundùm, accidens motus horum est. Neque agentis, aut patientis: neque omnis mouentis, & eius,
B qui mouetur: quia non est ipsius motus motus: nec generationis generatio, neque omnino mutatio mutationis.

¶In capite secundo, quod, præter hoc fragmentum superioris textus, decem alios comprehendit, intendit, ꝙ ad hæc tria tantum præfata prædicamẽta est per se motus. Vnde duo sunt membra huius capitis. In hoc enim fragmento, & septem textibus sequẽtibus probat negatiuam exponentem, scilicet ꝙ ad quinque alia prædicamẽta non est per se motus: nam situs, & habere, iam dictum est similiter exclu di, ut prædicamentum relationis. In
C textu verò 8. & duobus sequentibus probat affirmatiuã. s. quòd [illegible] tria prædicamenta sit per se motus. Incipit ergo à substantia, dicens, ꝙ ad substantiam non est per se motus: quia nihil est contrarium substantiæ. Vbi considerandum est, quòd cum potuisset adducere rationem nuper factam tex. 8. quia uidelicet, generatio, per quã producitur substantia, non est motus (eo quòd non subijciatur ei aliquod ens simpliciter, manens sub utroq; termino) maluit tamen rationem alteram adiungere: nempe, quòd omnis motus est à contrario in contrarium, ut text. 9. dicebamus: substantiæ autem nihil est contrarium, ut in prædicamẽto substantiæ dictum est. Explicãdum hic fuisset, quomodo substantiæ nihil est contrarium, nisi in prædicamento substantiæ id tetigissemus, & lib. 1. huius. q. 5. copiosè disertũ à nobis esset. ¶Subdit secundò, quòd neque ad relationem est per se motus. Cuius probatio est hæc. Ad illud non est per se motus, quod potest in subiecto aliquo de nouo reperiri absque eo, ꝙ subiectũ ipsum moueatur: relatio autem potest de nouo incipere esse ĩ subiecto absq; eo, ꝙ subiectum moueatur. i. aliquid noui acquirat: ergo ad relationem nõ est per se motus. Locus est hic manifestus, ubi Aristo. docet relationem non esse numero distinctam à fundamẽto, quę est etiam hic. S. Th. expressa sententia, ut q. 1. copiosius repetimus. ¶Tertiò subiungit, quòd nec ad actionem, aut passionem est per se motus, & per consequens nec ad agentem, aut patiẽtem. Quod est dicere. Sicut per motum non per se acquiritur actio, aut passio: neque acquiritur tanquam terminus motus, ut res sit agens, aut patiens. Quia id motum (inquit) nõ est per se motus: neque ad generationem est generatio: nec omnino ad aliquam mutationem, mutatio. Iam deinceps semper distinguit inter generationẽ, & motum, eo, ꝙ iam monstrauit eorum differentiam.

D

E Nota locum Aris. in quo, viti D. Thomas asserit relationem non distinguit numero à subiecto.

F

Primum enim dupliciter cõtingit motus esse motum: aut ut subiecti, ut homo mouetur, quia ex albo in nigrum mutatur. An sic & ipse motus: aut calefit, aut frigesit, aut locum mutat, aut augetur, aut diminuitur: hoc autem, impossibile est, nõ enim subiectorum aliquid est mutatio.

¶Prosequitur ergo probare motus ipsius non esse motum. Et primum in hoc textu 11. distinguit duplicem sensum. Duplicìter enim unus motus est alterius

A alterius motus: aut tanquam subiecti, sicut denigratio est hominis, qui nigrescit: aut tanquam termini, ueluti denigratio est nigredinis productio. Primo, inquit, modo motus ipsius nõ est motus: aliàs motus moueretur: ut calefactio (v.g.) calefieret, & frigefieret, & augeretur, & moueretur localiter, quod est impossibile: nam iam textu 3. iam probatum est, quòd non mouetur, nisi subiectum, quod est prima substantia: motus autem non est subiectum, cum sit res alterius prædicamenti, quàm substantia.

Tex.12. B Aut ex eo, quia aliquod aliud subiectum, ex mutatione mutatur in alteram speciem. ut homo ex ægritudine in sanitatem. Sed neque hoc posibile est, nisi secundùm accidẽs. hic enim motus ex alia specie in aliam mutatio est. & generatio etiam atque corruptio similiter. uerùm hæ quidem in opppsita sic: motus autem non similiter. Simul igitur mutatur ex sanitate in ægritudinem: & ex hac ipsa mutatione in aliam. Manifestum autem, quòd cũ æger fuerit, mutatus erit in quamlibet, contingit enim quiescere. ¶ Et amplius C non ad quamuis semper, & illa, ex quodam in quoddam alterum erit. Quare & opposita erit sanatio: sed ex eo quia accidit, ut si ex recordatione in obliuionem mutaretur: quoniam cui inest, illud mutatur, aliquando quidem in scientiam, aliquando uerò in sanitatem.

¶ Subsequenter textu duodecimo aggreditur impugnare secundùm sensum, scilicet quod unus motus sit alterius tanquam termini: idque septem rationibus. Prima est hæc. Si unus motus sit ad alium, necesse est, quod sicut dealbatio est motus à nigredine D in albedinem: ita id, quod mouetur tali motu, moueatur ab una mutatione in alium, tanquam à termino à quo, ad terminum ad quem. Hoc autem est impossibile per se [licet secundùm accidens contingere possit] ergo & antecedens. Ad probationem minoris supponit prius, quòd omnis motus, & mutatio habet certos, & præscriptos terminos: licet aliter sit in generatione, aut corruptione [quæ sunt mutationes] quàm in motu. In illis enim termini opponuntur contradictoriè, in motu autem opponuntur contrariè. Et hoc est quod ait [hæ quidem.] scilicet generatio & corruptio) in opposita sic (idest contradictoriè) motus E autem non similiter] sed contrariè. Exempli gratia: generatio aeris nõ est mutatio per se à quocunque in quodcunque, sed ex non aere in aerem: & pariter corruptio est mutatio ex aere in non aerem: siue corrumpatur in aquam, siue in terram. Et pariter motus [in quo ambo extrema debent esse positiua] vt dealbatio nõ est per se motus ex musico in calidum, sed determinatè ex nigro, aut medio colore colorato in album. ¶ Hoc supposito, probat minorem dupliciter. Prima ratio est illic [simul igitur.] Si aliquid mouetur per se ab una mutatione in F aliam (v.g.) ab ægrotatione ad dealbationem, necesse est ut ambæ sint simul, scilicet illa in uia corruptionis, & hæc in uia generationis, & quod cessante ægrotatione, restet motus dealbationis (sicut dum res mutatur ex frigida in calidam, necesse est, ut simul cum aliquo gradu frigiditatis sit aliquis gradus caloris, & cessante frigiditate maneat calor.) Hoc tamen non est necessarium, quia manifestum est (inquit) quòd dum æger fuerit, idest cùm terminatus fuerit motus ægrotationis, (mutatus erit in quamlibet) idest ille homo iam acquisierit omnem formam: nec tunc mutẽtur, sed quiescat.

A Poterat Aristot. dupliciter probare falsitatem minoris. Primò, quia non est necesse dum est ægrotatio, simul esse dealbationem, aut aliam mutationem: sed efficacius ostendit hunc motum nō terminari ad alium per hoc, quòd stat in fine unius motus nullum subsequi continuò alium motum. ¶Secūda probatio eiusdem minoris est illic. [Et amplius &c.) quæ est hæc. Si aliquid moueatur per se ex una mutatione in aliam, non erit in quamuis: sed illa erit à quodam in quiddam, idest ex certo termino in aliū certū terminū: puta ex contrario in contrarium, ut in principio suppositum est: ergo si est aliquis B motus per se ab ægrotatione in aliam mutationem, necesse est, quòd sit ab ægrotatione in sanationem, quod est impossibile: nam cum simul debent esse terminus à quo, & terminus ad qué, simul essent tunc ægrotatio, & sanatio, quod repugnantiam inuoluit, cum sint motus ad terminos contrarios. ¶Id autem, quod subiungit [sed ex eo quia accidit] non ordines cum uerbis proximè præcedentibus: sunt enim uerba, quibus Aristot. reuertitur ad id, quod prius proposuerat, scilicet quòd motus nō potest esse per se àb una mutatione ad aliam, sed per accidens. Probata enim prima parte, concludit, C quòd unus motus potest terminari ad alium, non ad certum, sed per accidēs ad quemcunque: ut cùm quis ex uehementi attentione ad recordationem unius, labitur in obliuionem alterius, aut in calefactionem, aut frigefactionem, &c. sicuti ex eodem motu, puta ex ambulatione, aliquando acquiritur scientia (quam deambulans meditatur) aliquando sanitas, &c.

Tex. 13. Amplius autem in infinitum fiet abitio: si erit mutationis mutatio, & generationis generatio. Necesse igitur est esse primam, si ultima erit: ut si simplex generatio fiebat aliquando: & quod fit fiebat. Quare D nondum erat, quod fit simpliciter: sed aliquid quod fit, & quod fit iam, & rursus fiebat hoc aliquando. quare nondum erat tunc: id quod fit. Quoniam autem infinitorum nō est quicquam primum: non erit primum: quare neque contiguum, neque fieri igitur, neque moueri possibile est: neque mutari quicquam.

¶Secunda ratio principalis in textu tertiodecimo est huiusmodi. Si mutationis esset mutatio (v.g.) si generationis esset generatio, sequeretur pro- E cessus in infinitum in generationibus: consequens est impossibile, ergo & antecedens. Maior exemplo patet. Detur (v.g.) generatio, qua generatur A. ignis. Si huius generationis fuit altera generatio, qua ista generabatur, eadem ratione fuit alia tertia prior, qua generabatur secunda, & alia prior, qua generabatur tertia, & sic in infinitum. Quod autem hoc sit impossibile, probat hoc modo. Si datur ultima generatio, qua (v.g.) generatur iste ignis, necesse est, ut detur etiam prima, unde ista habet ortum. Probatur hæc conditionalis. Si hæc generatio simplex huius ignis actu modò fit per F aliam generationē, ista generatio nondum est, quia quod fit, nondum est: si autem hæc generatio nondum est, sequitur quòd neque ipse ignis est, & hoc est quod ait, quòd si generatio fiebat, & quod fit (puta ignis) fiebat, idest nondum est. Rursum si secunda generatio fiebat per aliam generationem, illa secunda nondum est. Et ita consequenter arguitur de omnibus: cùm ergo infinitorum à parte non detur aliqua prima generatio (quę uerè sit completa) nunquam dabitur hæc ultima generatio ignis completa: & per consequens (inquit) nihil contingit perfectè fieri, aut perfectè moueri usque ad quietem. Notandum est hic, quòd Aristo.

A Aristo.non negat processum in infinitum in generationibus per accidens: puta quòd pater meus fuerit genitus ab auo, & auus à proauo, & sic in infinitum, ponendo mundum ab æterno, ut ipse posuit: nam generatio, qua me pater genuit, non requirebat tunc per se simul concursum aui: quippe qui iam cessauerat, quando genuit patrem. Quod autem actu hæc generatio dependeat de per se ab infinitis generationibus, quæ simul fiant, hoc est impossibile, quemadmodum est impossibile, quòd unus effectus dependeat ex infinitis causis essentialiter subordinatis.

B

Tex.14. Amplius eiusdem est motus contrarius, & insuper quies, & generatio & corruptio. Quare id, quod fit, cum fit, tunc corrumpitur. neque enim quod mox fit: neque posterius. esse enim oportet, quod corrumpitur.

¶ Tertiam rationem subiungit in textu 14. Vbi supponit, quòd quicunque motus habet duo contraria (vt in post prædicamentis dictum est) puta quietem tanquàm terminum, & præ-
C terea motum contrarium, vt calefactioni contrariatur quodammodo frigefactum esse (quia non stant simul calefieri, & frigefactum esse) & præterea contrariatur ei frigefactio. Et pariter generationi contrariatur quodammodo terminus à quo: & corruptio, ut tex. 54 patebit. Tunc arguit. Si generationis est generatio, erit & corruptio, id est si generatio generatur, etiam & corrumpitur: quia contraria sunt circa idem: nihil autem corrumpitur, nisi quando est: & generatio non est, nisi quando fit: ergo simul dum fit, corrumpitur: quod est inconueniens. Hoc argumento utitur Gregorius, & alij, ad probandum, quòd entia successiua (ut motus, & tempus) non sint res distinctæ à subiecto: nam aliàs simul dum fierent, corrumperentur. D
Nihilominus Aristo. id non habet pro inconuenienti, nisi quando aliquid generatur, aut corrumpitur tanquàm terminus generationis, & corruptionis: quemadmodum contraria opinio dicebat generationem generari: nam tunc sequeretur, quòd generatio alicuius esset eiusdem corruptio. Quod autem motus & tempus secundùm suas proprias rationes habeant esse tantummodo in transitu, siue distinguantur illo modo realiter, siue non, non reputat Aristoteles inconueniés.

E

Tex.15. Amplius, oportet materiam subesse: & ei quod fit, & ei quod mutatur. quæ igitur erit? ut alterabile aut corpus, aut anima est: sic id, quod fit, motus, aut generatio.

¶ In textu 15. subijcitur quarta ratio. Si generatio generatur, ita ut vna generatio sit terminus alterius, necesse est aliquam subesse materiam distinctam à materia ipsius geniti, ut si generatio ipsa ignis generatur (cum generatio formaliter distinguatur ab igne) necesse est dare materiam gene- F
rationis distinctam à materia ignis: illa uerò nulla potest signari: ergo generationis non est generatio.

Et rursus aliquid in quod mouentur. oportet enim quòd aliquid sit huius ex hoc in hoc motus: & non motus, aut generatio. Simul autem, & quomodo erit? non enim erit disciplinatio disciplinationis generatio. Quare neque generationis generatio: neque quædam, cuiusdam. Tex. 16.

¶ In textu 16. subnectit duas alias ratiunculas. Est ergo quinta. Omnis

A nis motus, aut mutatio est ab hoc in hoc, tanquam à termino à quo ad terminum ad quem: huiusmodi autē termini debent esse hoc aliquid [idest res aliqua, aut formæ alicuius prædicamēti, ut substantiæ in generatione simpliciter, aut qualitates, aut quantitates, aut loca] generatio autem, aut motus non est res, sed uia, puta acquisitio, & deperditio rei: ergo generatio, uel mutatio uon potest esse terminus alterius generationis, aut motus. ¶Sexta ratio est. Sicut se habet genus ad genus, ita species ad speciem: ut si mutationis in genere est mutatio, & generationis generatio, eadē rōne in specie disciplinationis erit disciplinatio. Qđ est dicere.
B Similis denominationis erūt mutatio ipsa ad quā est motus, & motus ipse, q ad illam terminatur: ut si ad calefactionem est per se motus, ille erit calefactio: & si ad dealbationem est motus, ille erit dealbatio. At uerò non est ita, quia disciplinatio non est generatio disciplinationis, sed scientiæ: nec calefactio est generatio calefactionis, sed caloris: ergo mutationis nō est mutatio.

Tex. 17. Amplius: si tres species motus sunt, harum aliquam necesse est esse subiectam naturam, & ea in quā mouentur, necesse est ergo loci mutationem
C alterari, aut ferri. Omnino autem quoniam mouetur omne quod mouetur tripliciter, aut quia secundùm accidens, aut quia pars aliqua, aut quia per se, secundùm accidens, solùm continget mutari mutationē. ut si is, qui sanatur, currat, aut discat. Eam autem, quæ secundùm accidēs, dimisimus olim.

Septima denique, ac postrema ratio in text. 17. est hæc. Si mutationis est mutatio, cùm tres sint species motus, fit, ut illarum quælibet sit aliarum subiectum, ut loci mutatio alteretur, & augeatur & alteratio augeatur, & mutetur localiter, & augmentatio mutetur localiter, & alteretur: quod absurdum est. ¶Ex dictis ergo concludit, motus ipsius non esse per se motum, idest unum motum non terminari ad alium tanquam ad terminum: sed per accidens, ratione subiecti, aut ratione partis nihil uetat: ut cum ille, qui hactenus cucurrit, modò incipit sanari, aut discere: aut qui hactenus mouit linguam, modò incipit mouere manum, &c. Attamen motus ille, qui est secundùm accidens, ab huiusmodi consideratione est relinquendus, ut tex. 6. dixerat. D

E
Quoniam autem neque substantiæ, neque ipsius ad aliquid, neque ipsius facere & pati: relinquitur secundùm qualitatem, & quantitatem, & ubi, motum esse solùm. in unoquoq; enim horum est contrarietas. Motus igitur secundùm qualitatem alteratio sit. hoc enim inditum est commune nomen. Dico autem qualitatem: non quæ in substantia (etenim differentia, qualitas est) sed quæ passiua est, secundum quam dicitur pati: aut impassibile esse. Qui uerò secundùm quātitatem est: secundùm commune quidem innominatus est: secundùm autem utrunque augmentum, & decrementum. Is quidem, qui est, in perfectam magnitudinem: augmentum est qui uerò ex hac, decrementum. Qui autem secundùm locum: & secundùm proprium, & secundùm commune innominatus est. uocetur autem latio, nomine communi. quamuis dicantur ferri hæc solùm propriè: cùm non in seipsis sit mutantibus locum, stare, & quæcunque ipsa non seipsa mouent secūdùm locum. Tex. 18. F

¶Post-

A ¶Postquam hactenus in prima parte huius capitis probauit partem negatiuam, scilicet quòd in aliis prædicamentis non est motus, in secunda nunc parte ostendit affirmatiuam, quòd in tribus est motus: puta in quantitate, qualitate, & ubi. Colligit ergo hoc modo. Cùm neque ad substantiam, neque ad relationem, neque ad agere, & pati sit motus, fit, ut tantùm sit ad quãtitatem, qualitatem, & ubi, in quibus est contrarietas, quæ requiritur ad motum. De tempore namque nihil opus fuit specialem considerationem habere: eo quòd cùm sit mensura motus, ea ratione, qua ad motum non est mo-
B tus, fit: ut neq; ad tempus sit per se motus. Situs autem, & habere, nomine ipsius ad aliquid comprehenduntur, licet non sit relatiua secundùm esse, sed solùm secundùm dici, ut quæstione prima explicamus. Hac de causa motus ponitur inter post prædicamenta: quia est communis pluribus prædicamentis. ¶Accommodat ergo Phi. suum cuique mutationi proprium nomen, dicens, quòd motus ad qualitatem, communi, ac simplici nomine appellatur alteratio: siue sit acquisitio, siue deperditio qualitatis: quia nulla deperditur sine alterius acquisitione. Addit uerò, quòd non accipitur hic
C nomen qualitatis, ut in Prædicabilibus capitu. de differentia dictum est: differentiam substantiæ prædicare in quale: & in Prædicamento substantiæ dictum est, secundas substantias significare quale quid (idest formam substantialem) sed pro qualitate passiua, quæ est de tertia specie qualitatis, ut sunt calor, & color, atque adeo primæ qualitates, & secundæ, quæ ex illis constant. Hæc enim potissimum dicuntur qualitates: quia disponunt ad corruptionem, & introductionem formarum substantialium: & per consequens per has subiecta dicuntur pati, & alterari à dispositione naturali. Nam secundùm qualitates aliarum specierum non ita propriè subiectum D dicitur pati, aut alterari: quia pati, non solùm dicit recipere, sed uinci, & superari ab agente, & trahi uia corruptionis. ¶Motus uerò ad quantitatem, non habet unum commune nomẽ simplex, quo significetur acquisitio aut deperditio, sed sub disiunctione dicitur augmentum, uel decrementum. ¶Motus autẽ localis, neque habet (inquit) proprium nomen simplex, ut alteratione, neque commune, adæquatè omni motui locali: sed appellabitur (inquit) latio. Quod nomen secundum propriam significationem nõ est commune ad omne genus motus localis, sed solùm significat motum uiolentum de loco ad locum. Ferri enim E idem pollet, quod ab extrinseco traduci in alium locum. ¶Adnotanda est hic egregia ratio Sancti Thomæ, cur motus isti non habeant similiter nomina. Ait enim, quòd quia qualitates contrariantur positiuè secundùm propriam rationem sui generis, & nunquam una deperditur, nisi per acquisitionem alterius contrariæ, potuit quicunque motus, uel à qualitate, uel ad qualitatem appellari alteratio. In quantitate uerò non est contrarietas specifica secundùm propriam rationem quantitatis [quantitas enim maior, quæ acquiritur per augmentum, F & minor, quæ acquiritur per decremẽtum, eiusdem speciei quantitatis sunt: sed differunt quodammodo priuatiuè penès abundantiam, & defectum] & ideo non potuit hæc differentia unico nomine explicari, sed unus motus dicitur augmentum, & alius decrementum. At uerò in motu locali non est contrarietas inter terminos, puta inter locum à quo, & locum ad quem, secũdum genus quantitatis, in qua specie ponitur locus, aut secũdùm genus ubi, sed per respectum ad motum: quia scilicet sunt duo termini maximè distantes in tali motu, atq; adeo terminãtes motũ: & ideo non est inuentũ no-

Nota egregiam Sancti Thomæ rationem.

A men ſimplex ad ſignificandum aſcenſum, uel deſcenſum, uel circularē motum: niſi uel complexè dicas, motus localis, ſeu motus ad locum, aut incōplexè, latio.

Tex. 19. Quæ autem eſt in eadem ſpecie, mutatio in magis & minus: alteratio eſt. Quæ enim ex contrario eſt in contrarium: motus eſt, aut ſimpliciter, aut aliquo modo; in minus enim cùm ierit, in contrarium dicetur mutari. in magis autem: ut ex contrario in ſeipſum. differt enim nihil ſecundùm quid mutari, aut ſimpliciter. uerùm aliquo modo oportebit contra-
B ria eſſe. Magis autem & minus eſt, ex eo, quia plus, aut minus contrarij ineſt, aut non.

¶Conſtitutis nominibus ſpecierum motus in tex. hoc 19. docet quomodo nullus illorum recipit magis & minus, niſi motus alterationis. Reſpondet aliquam recipere magis, & minus (ut in prædicamentis capi. de ſubſtantia, & capite de qualitate expoſuimus, cognoſcitur à poſteriori per hoc, ꝙ nomen eius prædicetur cum his aduerbiis. Petrus autem non eſt magis, aut minus animal, aut homo, quàm Paulus, ſed
C perfectio, nec magis quantus, ſed maior: nec magis motus localiter, ſed uelocius: eſt autem magis, aut minus calidus, uel albus &c. Sed tamen à priori, rationem cur qualitas, potius quam res alterius prædicamentis, ſuſcipiat magis & minus, ſatis arbitror nos expoſuiſſe lib. 1. huius, quæſt. 5. nempè quia in hoc ſolo prædicamento propriè reperitur ratio contrarietatis: contrarietas autem eſt habitudo duorum extremorum per oppoſitum maximè diſtantium, inter quæ eſt latitudo quædam diuiſibilis ſecundum gradus. Exēpli gratia: calorſ ſummus contrariatur ſummæ frigiditati, & ideo utraq; qualitas habet gradus intenſionis, atque D
adeo ambæ ſe compatiuntur in gradibus remiſſis in eodem ſubiecto, unde uiciſſim ſe expellunt, eò quòd per intenſionem unius remittitur alia. At non eſt hic locus hæc tractandi. Ait uerò Ariſtot. quòd alteratio aliquando fit ſimpliciter, puta quando ex uno extremo in aliud ſimpliciter mutatur, ut ex ſummè frigido in ſummè calidum, aut ex albo in nigrum. Et hæc non dicitur mutatio ſecundùm magis & minus, ſed ſimpliciter mutatio in aliam ſpeciem. Alia eſt mutatio à contrario in contrarium aliquo modo: ideſt ſecundùm quid, puta, cum ex ſummè albo fit minus album. [Nam minus (in E
quit) album in contrarium tendit: puta in nigrum]& cum minus album mutatur in magis album, quodammodo mutatur à ſuo contrario, ſcilicet nigro in ſeipſum. ſ. album. Et harum alterationum prima dicitur remiſſio, ſecunda dicitur intenſio.

Quòd igitur hi tres ſoli motus ſint, Tex. 20.
ex his manifeſtum eſt. immobile autem eſt: & quod omnino non poteſt moueri: ſicut ſonus eſt inuiſibilis. Et quod in multo tempore uix mouetur: aut quod tardè incipit, quod dicitur ægrè mobile. Et quod aptum natura eſt, poteſtque moueri: non mo- F
uetur autem tunc cùm aptum natura eſt, & ubi, & quomodo, quod quidē immobilium ſolùm quieſcere uoco. contraria enim quies motui eſt. Quare priuatio erit ſuſceptiui. Quid igitur eſt motus, & quid quies, & quot mutationes, & quales motus manifeſtum eſt ex dictis.

¶In textu hoc uigeſimo, ac poſtremò huius capitis Phil. poſtquam concludit tres eſſe ſpecies motus, adiicit oſtendere, quæ res propriè dicatur quieſcere. Et quia quieſcere idem

prima

A prima fronte uidetur, quod rem immobilem esse, distinguit tripliciter cõtingere, ut res aliqua dicatur immobilis. Vno modo negatiuè, idest, quæ nullam habet aptitudinem, ut quouis motu moueatur, ut Deus. Intelligentiæ uerò dicuntur etiam immobiles physicè, licet spiritualiter moueantur. Et huiusmodi immobilia non dicuntur quiescere: quia quies opponitur priuatiuè motui: & ideo non quiescunt, nisi quæ sunt apta moueri: sicut non sunt cœca, nisi quæ sunt apta uidere. Alio modo aliquid dicitur immobile, quia cùm difficultate mouetur: aut tunc quando mouetur [ut leuissima stuppa cum B cadit] aut quia difficile est, ut à loco dimoueatur, ut immane saxum. Tertio modo aliquid dicitur immobile, quia est aptum natum moueri, & eo tempore, quo aptum est moueri, non mouetur. Et hoc dicitur quiescere. Vt trabes, quæ à supposita columna detinetur sursum. Adde, quòd quies est duplex: alia naturalis, ut quando res est in suo loco naturali: alia uiolenta, ut quies trabis in tecto. ¶Concludit igitur Aristo. satis dictum esse quidnam sit motus, quid quies, quot mutationes, &c. quæ est prima pars huius libri.

Immobile aliquod esse tripliciter contingere dicitur.

Nota.

C

¶*Sequitur ergo hic quæstio prima, & secunda.*

DE SEPTEM MOTVS terminis, qui in eo reperiuntur.

CAP. III.

Tex. 21. POST hæc autem dicamus: quid est simul, & separatim, & quid est tangere, & quid est inter, & quid consequenter, & quid contiguum & quid continuũ & quibus unumquodque horum inesse aptum natura sit.

D ¶Secunda pars huius libri (ut diximus in principio) est de unitate, & diuersitate motus, quæ duobus subsequentibus capitulis continetur. In hoc enim 3. cap. per. 10. textus distributo, præmittit nonnullas diffinitiones ad propositum necessarias, & in sequenti rem prosequitur intentum, proponit ergo in hoc tex. 21. septem terminos exponere, scilicet quid sit aliqua esse simul & quid esse separata, quid etiam se tangere, quid esse inter, idest esse medium, quidque consequenter se habere: quid denique sit aliqua esse contigua, quid etiam esse continua.

Tex. 22. E Simul igitur dicuntur hæc esse secundum locum quæcunque in uno loco sunt primo. Separatim autem: quęcunque sunt in altero. ¶Tangere autem: quorum extrema sunt simul. Inter uerò: in quod prius aptum natura est peruenire id, quod mutatur, quàm in quod ultimum mutatur, secundùm naturam continuè mutationem patiens. In paucissimis autem est inter, i, medium tribus. ultimum enim est mutationis contrarium.

F ¶In tex. 22. exponit quatuor eorum terminos, qui propositi sunt. Ait enim, quòd ea dicuntur simul esse secundùm locum, quæcunque sunt in eodem loco proprio. Ait simul secundùm locum, ad differentiam eorum, quæ sunt simul tempore. Etenim ut ea sunt simul tempore, quæ sunt in eodem tempore ita illa sunt simul loco, quæ sunt in eodem loco. Non tamen satis est esse in eodem loco cõmuni: aliàs Roma Parisij & Salmantica essent simul, cum sint in eodem orbe, sed requiritur, quòd sint in eodem loco, quem dicunt adæquatum. Quo fit, ut duo corpora simul esse nequeant naturaliter. Per cõtrarium extremum ea sunt

A separata, quæ sunt in diuersis locis. ¶Hinc collegit ea se tangere, quorum ultima sunt simul. Vltima uerò esse simul, est quòd extrema sint in eodem puncto eiusdem loci. Vt meminisse opus est, quòd extremum lineę est punctum, extremum uerò superficiei est linea: & extremum corporis est superficies. Si ergo in area duas deducas lineas, quarum altera incipiat, ubi altera desinit, postrema puncta sunt simul, eo quod ambobus idem respondet pũctum in area: nam cùm punctum additum puncto non reddat maius, possunt duo eidem respondere puncto. Proportionabiliter duæ superficies se tan-
B gunt, quando lineæ extremæ correspondent eidem lineæ loci. ut si in eadem area extẽdas duas papyros unam cõtiguam alteri. Ac duo denique corpora se tangunt, quando extremæ superficies respondent eidem lineæ circunstantis loci. ut si manus iungas, uidebis internas superficies eidem lineæ circunstantis aeris in circulum respondere. ¶Subsequenter exponitur quartus terminus esse inter, idest esse medium, dicens illud esse medium, in qđ id, quod continuè mouetur, aptum est prius peruenire, quàm in ultimum. Exempli gratia. Ignis est medium inter lunam & aerem, quia quod conti-
C nuè descẽderet à concauo lunæ, prius transiret per ignem, quàm per aerem. Diffinitio est à posteriori. Ait uerò, [patiens secundùm naturam continuè mutationem] idest mobile, quod suapte natura mouetur continuo motu: quia si esset angelus, qui non dependet à loco, posset ab extremo ad extremum mutari sine medio: sicut cogitationem ego possum de cœlo ad terram mutare, non cogitando de medio. Ait aptum natum, & non ait, mouetur, quia omni motu cessante, ignis nihilominus mediat inter cœlum, & aerem. Subiungit, quod medium in paucissimis est: nam licet inter duo extrema multa esse possint media (ut in-

ter cœlum & terram sunt tria elementa) tamen ad rationem medij satis est, D
quòd sint duo extrema, & unum medium. Ad cuius expositionem subdit, quòd extrema sunt duo contraria, ut album & nigrum, amarum & dulce, inter quæ intersunt media plurima: Tria sunt paucissima, non simpliciter, (quia duo sunt pauciora, ut habetur 10. meta. 20.) sed sunt eorum paucissima, in quibus potest esse medium.


Continuè autem mouetur: quod nihil aut paucissimũ intermittit rei, non temporis. nihil enim prohibet intermisisse, & statim etiam post hypatem sonuisse netem. sed rei, in quam mouetur. hoc autem: & in iis, quæ sunt secundùm locum, & in aliis mutationibus manifestum est. Tex. 23. E

¶Quoniam in diffinitione medij positum est, continuè moueri, exponit in hoc textu 23. quidnam sit continuè moueri, dicens, illud mobile continuè moueri, quod nihil, aut paucissimum intermittit rei, idest spacij, per quod mouetur [nõ temporis] idest temporis uerò nihil prorsus intermittit: quia ut motus sit continuus, nihil penitus temporis intermittit: nam si momẽtum intermittatur, interciditur motus, ut cap. sequenti palam fiet. Ni- F
hil tamen obstat continuitati motus, si paucissimum rei, idest spacij intermittatur. Probat exemplo musicæ. Cùm enim citharedus post hypatem, idest infimam, & grauissimam chordam continuò tangit netem, idest primam acutissimam, sonus fit continuus, tametsi mediæ chordæ non tangantur, quia tempus inter unius, & alterius actum nullum intercipitur. Et idem (inquit) contingit in motu locali, & aliis mutationibus. ut enim tangens primam, & ultimam chordam facit continuum sonum, ita qui per lapides, qui in transitu torrentis propinque erigũtur, tran-

A transit, facit continuum motum licet pedem non figat in medio spatio inter lapidem, & lapidem. Huc tendit doctrina hæc Arist. vt admoneat, ad continuitatem motuum non esse necessariam unitatem spatij, dum tamen sit unitas, & mobilis, & temporis. vt cap. sequenti peramplius patebit.

Tex.24. Contrarium autem secundùm locum est, quod secundùm rectam lineam distat plurimùm, minima enim finita est: mensura autem finitum est.

B ¶ Dixerat extrema cuiuscunque motus contraria esse, in motu autem locali maximè progressiuo non per se notum est, quomodo loci à quo, & ad quem sint contrarij. Et ideo hoc explicat in text. hoc 24. dicens, quòd ille locus dicitur contrarius termino à quo, qui plurimùm distat secundùm rectam lineam. Vltimum quidem, non simpliciter, sed per respectum ad talem motum. vt si sit motus animalis, tunc sumitur vltimum, respectu intentionis, qua dirigit motum. vt cùm ego à domo uado in scholas, scholæ sunt extremum huius motus: C ecclesia verò cathedralis, quæ est in itinere, est medium. Subnectit uerò, quòd huiusmodi maxima distantia sumenda est secundùm lineam rectam: eò quòd mensura debet esse finitum quid, idest certum, & determinatum, & inuariabile: minima uerò linea (qualis est recta finita) est, idest certa, & inuariabilis. Exempli gratia. Distantia inter duo puncta. a. & b. iudicanda est secundùm lineam rectam ab uno in aliud: quæ quidem esse non potest, nisi una, circulares uerò, quæ protrahuntur per modum arcus, non sunt certa mensura: quia illæ possunt maiores & maiores esse in infinitum, secundùm quòd alius semper circulus potest super alium describi.



Consequenter autem id est: inter quod post principium solùm existēs, aut positione, aut natura, aut alio aliquo sic determinatum nihil est eorum, quæ sunt in eodem genere, & id, ad quod consequēter est, dico autem: ut ad lineam linea, uel lineæ secundum quod sunt lineæ, aut ad unitatem unitas, uel unitates, secundùm quod sunt unitates, aut ad domum domus. Aliud autem nihil prohibet esse inter. Consequenter enim ad aliquid est consequenter, & posterius aliquid est. non enim unum consequenter est ad duo, neque noua luna ad secundam consequenter est, sed hæc ad illa. D Tex.25.

E

¶ In tex. 25. prosequitur exponere quintum terminum, scilicet quid sit aliqua consequenter se habere dicens, quòd ea se consequenter habent, inter quæ nihil mediat eiusdem generis. vt in phalange militum illi se consequenter habent, inter quos non mediat alius miles: nihil tamen obstat, si mediet aliquis lapis. Sed tamen tertius miles non consequenter se habet ad primum, eo quòd intercedit secundus. Et ista consequenter se habentia, aut sumuntur secundum prius & posterius positione secundùm locum, vt in exemplo posito: & si domus plurimæ in eadem linea consequenter sint extractæ. aut natura, ut binarius consequenter se habet ad unitatem, & ternarius ad binarium &c. Aut alio (inquit) quouis modo. vt in oratione post exordium consequenter se habet narratio, inter quæ nihil mediat in genere orationis: & post narrationem consequitur diuisio, &cæt. vt est apud Cicero libro primo ad Hæren. Ordinetur ergo sic litera. Consequenter est illud, inter quod, cum existat post aliquod principium [quod est principium aliquorum F

A rum positione, aut natura &c.]& id ad quod cōsequētcr est nihil mediat eiusdem generis. Et subdit exēpla, ut si plures lineas describas, aut plures unitates &c. Ait verò, quòd nihil prohibet aliud medium intercedere. vt si inter quaslibet duas lineas designes pūctum nihilominus lineæ consequenter se habebunt. At si vis impares numeros consequenter recensere, tunc unitas, ternarius, quinarius &c. consequenter se habent, quia inter ternarium, & quinarium nullus mediat impar. Subnectit expositionem illius, quod dixerat

B [existens post principium solum] nam primus homo non consequenter se habet ad secundum, nec unitas ad dualitatem, sed secūdus homo ad primum: & dualitas ad unitatem. Id enim, quod consequenter se habet, posterius est ad illud cui consequenter se habet. Neq; noua luna, idest Kalendæ (quæ prima dies est lunæ) consequenter se habet ad secundam, sed secunda ad primam se habet consequenter: sicut domus ad domum secūdum locum. Consequenter se habēs latinè etiam dicitur, deinceps, iuxta illud Liuij lib. primo. Duo

C deinceps reges ciuitatem auxerunt, idest alter post alterum.

Tex. 26. Contiguum autem est quod cùm consequenter est, tangit. Quoniā autem omnis mutatio in oppositis est, opposita autem sunt, & contraria, & quæ secundùm contradictionē sunt, contradictionis autem nihil est medium, manifestum est, quòd in contrarijs erit id quod est inter. ¶ Continuum quidem est quod est hærens, dico autē esse continuum: cùm idem fiat & unus utriusque terminus, quibus tangunt, & ut significat nomen contineantur. Hoc autem esse non potest, si duo sint ultima.

¶ In tex. 26. exponit duos alios terminos, puta, contiguū, & continuum. Boetius pro, contiguum, uertit habitum. Non tamen attingit intentionem Phil. Grǣcè nanq; est, exomenon, quod significat & id qđ habetur, & id quod alteri haberet, quod est esse cōtiguum. In qua significatione accipitur hic. Vertisset autem significantius, adhibitum, vel hærens, vt Themis. quod idem pollet, quod contiguum. Contiguum ergo est alteri id, quod consequenter se habet illi tangitq; illud. Quid autem sit tangere, iam supra exposuerat. vna sphæra cǣlestis se habet ad aliam. ¶ Reuerti deinceps uidetur ad explicandū, quare extrema, inter quæ est medium, debeant esse quodammodo cōtraria, quod tex. 22. insinuauerat. Ait. n. quòd cum omnis motus sit inter duo opposita, oppositio uerè extremorum mutationis (vt supra dictum est) aut ex contradictionis, aut contrarietatis, cōtradictionis autem nullum est medium: inter album enim, & non album, non est dare medium [sicut neque inter esse album, & non esse album] colligitur vt nullum sit mediū, nisi inter ea, quæ quodāmodo sunt contraria. Quodammodo inquam, quia non solum inter album, & nigrum, sed inter duo etiam loca, & inter maiorem, & minorem quantitatem est medium. In numeris uerè, & in speciebus substantiæ, quia perfectio horum consistit in indiuisibili, sicut non est contrarietas sufficiēs ad motum ita neque medium, quod possit pertransiri per motum. vt q. 1. dictum est. Interest tamen media species, vt ternarius inter binariū, & quaternarium, & equus inter canem & hominem. ¶ Continuum denique, inquit, est, quod cōtiguum quoddam est, idest contiguo ratione proximum. Ea enim sunt continua, quorum terminus vnus & idem est, in quo illa contineantur. vt nomen, inquit, sonat. Contineri. n. idem significat, quod à se inuicem simul teneri. Quod esse, inquit, non potest, si sint duo termini in actu. Exempli gratia. Duo ligna in actu sunt, quæ

actu

D E F

A actu ſunt terminatá, & diuiſa, & per conſequens habent duos terminos, puta duas ſuperficies diſtinctas: atq; adeo tunc ſunt contigua, cùm ſuperficies illæ extremæ ſunt ſimul. vt tex. 22. exponebamus. Duæ autem medietates eiuſdem ligni ſunt continuæ, quia, vbi ſe tangunt, non habent duas ſuperficies in actu, ſed una eſt vtiq; cõmunis.

Tex. 27. Hoc autem determinato, manifeſtum eſt, quòd in ijs eſt continuum, ex quibus unum quid aptum natura eſt fieri ſecundùm contractum. & ut demum fit continuum unum, ſic & totum unum erit. ut aut clauo, aut glutine, aut tactu aut copulatione,
B uel inſertione.

¶Infert in hoc tex. 27. corolarium, quo res lucidior ſit. Sequitur enim, inquit, non ex quibuſcunque poſſe fieri continuum, ſed ex illis tantùm, quæ ſuapte natura apta ſunt fieri ſecũdùm contactum, ideſt coniungi. vt cœlum, & ignis, licet ſint contigua, fieri tamen continua non ſunt apta: ſicuti neque ignis, & aer. Et eo, inquit, modo, quo ex duobus fit vnum continuum, fit & vnum totum. Vbi adnotandum eſt, ut ait hic Commen. triplicem eſſe conti-
C nuationẽ. Alia enim eſt artificialis, ut duo ligna clauo, aut glutine, & duo lapides in pariete cęmento calcis & arenæ continentur, ideſt ſimul tenentur. Et hæc, ut inquit Themiſt. non eſt propria continuatio. Niſi forſan tempore longo cęmentum uertatur in lapidem: tunc enim ex duobus lapidibus fit uerè unus. ut in ponte apud Alcantaram ego uidi: & ferrum ignitũ arena conſperſum fortè uerè continuatur alteri. Alia eſt continuatio naturalis, ut quando arbor arbori inſeritur. De quo eſt hic duplex [ut conijcio] exemplum Ariſto. Fit enim inſertio, aut tactu, & appoſitione, quæ latinè dicitur, occultatio: aut inſitione. Ex his autem dubium eſt, an fiat uera continuatio, ue-

Cõtinuatio triplex.

luti caro oſſi per neruum cõtinuatur. D
Tertia eſt continuatio mathematica: ut partes lineæ continuantur puncto: partes uerò ſuperficiei, linea, & partes utique corporis ſuperficie.

Manifeſtum autẽ eſt: & quod primum eſt id, quod conſequenter eſt. Tex. 28.
quod enim tangit, neceſſe eſt conſequenter eſſe. quod autem conſequenter eſt: non omne tangere. ¶Quapropter & in priorib. ratione conſequenter eſt, ut in numeris. tactus autem, non eſt. ¶Et ſiquidem continuum eſt: neceſſe eſt tangere. Si uerò tangit nondum continuum eſt. nõ enim E
neceſſe eſt unum eſſe ipſorum extrema: ſi ſimul ſint. ſed ſi unum ſunt, neceſſe eſt ſimul eſſe. Quare ultima conſitio ſecundùm generationem eſt neceſſe eſt enim tangere, ſi conſita erũt extrema. Et uerò, quæ tangunt, non omnia conſita ſunt. In quibus autem non eſt tactus manifeſtum eſt, quòd neque eſt conſitio in his.

¶Conſequenter in tex. 28. comparat præfatos inuicẽ terminos. Primò, conſequenter (inquit) ſe habere prius F
natura eſt, quàm ſe tangere: cõſequenter enim ſe habere ſolùm dicit ordinem, licet interſit ſpatium, & diſtãtia: tangere, uerò ſupra, conſequenter ſe habere addit, ut ultima ſine medio ſint ſimul. Quocirca omnia contigua conſequenter ſe habent: non tamen quæcunque conſequenter ſe habent, contigua ſunt. ¶Ex hoc infert, quòd conſequenter ſe habere, quia utilius eſt, & prius quàm ſe tãgere inuenitur in ijs, quæ ſunt priora ſecundùm rationem, ut puta, in numeris. Numeri enim conſequenter ſe habẽt, ſed non ſe tangũt. Tactus nanque propriè conuenit quantitati continuæ. Ratio autem numeri eſt prior, quàm ratio quantitatis continuæ, quia eſt ſimplicior, ut 1. poſt. ſuper

A per tex.41.exposuimus, quia numerus abstrahit à cõtinuitate. Quæ quodammodo se habet, vt materia intelligibilis, vt habetur 7.metaph.tex.35. Quoniam continuatio est conditio rerum materialium, & ideo in angelis reperitur numerus, non autem continuitas. ¶Secundò cõparat contiguum ad continuum, dicens, quòd quemadmodum consequenter se habere superius est, quàm se tangere, ita & se tãgere, quàm continuũ esse. Quæcunque enim continua, necesse est, ut se tangant: non tamen quæcunque se tangunt, continua esse possunt. Non enim quorumcunq; se tangentium necesse est extrema esse
B vnum, sed satis est extrema esse simul. vt patet in cœlo & igne, & in equo & sella. At quorumcunque extrema sunt vnum necesse est à fortiori, ut sint simul. Probat exemplo rami, qui arbori inseritur. Vt enim coalescat & continuetur arbori, necesse est vt tãgat arborem. Non tamen si tangat, statim sequitur, ut recipiat humorem, & coalescat, quia non quæcunque arbor apta est cuiuis conseri.

Tex.29. Quare si est puuctum, & unitas, qualia dicunt separata: non possibile est unitatem, & punctum esse idem,
C his enim inest tangere: vnitatibus autem esse consequenter, & inter hæc quidem, contingit esse aliquid, omnis enim linea inter puncta est. inter illas autem non est necesse. nihil enim est
Tex.30. inter dualitatẽ, & unitatem. ¶Quid igitur est simul, & separatim, & quid tangere, & quid inter, & quid consequenter, & quid contiguum, & quid continuum, & quibus unumquodque horum inest, dictum est.

¶In textu 29. elucidationis maioris gratia infert corollarium, quòd si punctum, & vnitas res essent à corporibus separatæ (vt erat in opinione Pithagoricorum,) punctum & unitas non esset res eadẽ. Quod duplici ratione ex præcedẽtibus probat. Primò, quia his, scilicet punctis, contingit se tangere. Vt patet in duobus punctis extremis duarum linearum, quæ sibi essent contiguæ: unitatibus verò, licet contingat consequenter se habere, non tamen se tangere. Ternarius enim in ratione numeri, ut abstrahit ab hoc, & ab illo corpore, non tangit binarium. ¶Secunda ratio est, quòd inter duo puncta (immo inter quæuis continuatiua) intercedit medium, puta linea. Inter unitates autem non est necesse aliquod esse medium. vt patet inter unitatem & binarium. Inter textu demum 30. nihil aliud fit, quàm dictorum epilogus. E

Sequitur statim cap. 4.

DE VNITATE ET DIuersitate motus.

Cap. IIII.



VNvs autem motus dicitur multipliciter. vnum.n. multipliciter dicimus. Genere igitur vnus est secundùm figuras prædicamenti. Loci enim mutatio omni loci mutationi genere vnus est. alteratio autem à loci mutatione diuersa genere est. Specie autẽ unus est, cum genere sit unus, & in indiuidua specie sit, ut coloris quidem sunt differentiæ. Igitur alius specie denigratio & dealbatio. omnis igitur dealbatio omni dealbationi idem secundùm speciem erit, & omnis denigratio denigrationi. albedini autem non amplius. Quapropter specie unus est dealbatio dealbationi omni. Si autem sunt quædam, quæ & genera simul & species sunt, manifestum est, quòd specie quodammodo unũ erit, simpliciter autem unus specie non, Tex. 30. F Tex. 31.

vt

A vt disciplinatio: sed scientia species quidem est existimationis, genus autem scientiarum.

Motus unus tripliciter est.

¶Post definitiones terminorum septem, quae erant praecognitu necessariae, in cap. hoc 4. (quod quindecim tex. habet) pergit exponere unitatem ac diuersitatem motus. Vnde in hoc text. 31. distinguit motum tripliciter esse unum, ueluti res alias uniuersas: nempe genere, specie, & numero, ut 5. metaphy. tex. 12. peramplius docet. Genere unus est motus, qui est eiusdem praedicamenti. vt motus omnis localis est vnus genere, quia spectat B ad praedicamentum ubi: & motus omnis alterationis est itidem unus ad praedicamentum pertinens qualitatis: & motus omnis augmentationis itidem unus, quia pertinet ad praedicamentum quantitatis. Ac denique generatio unum est mutationis genus, quia omnis attinet ad praedicamētum substantiae. Dictum enim est. 3. huius textus 4. quòd omnis motus, materialiter sumptus in eo est praedicamento, in quo eius terminus. ¶Specie autem simpliciter vnus sunt motus, quicunque sunt in eadem specie indiuidua, idest quorum termini sunt eiusdem C speciei specialissimae: nam motus à termino sortitur speciem. vt quia coloris multae sunt species omnes dealbationes sunt eiusdem speciei: dealbatio uerò alterius speciei est, quàm denigratio. ¶Subiungit autem, quòd sicut inter summum genus, & infimam speciem sunt media quaedam, quae sunt genera, & species subalternae, ita & motus contingit aliquando esse eiusdem speciei subalternae, licet non specialissimae. vt omnis disciplinatio, qua acquiritur aliqua scientia, est eiusdem speciei subalternae: quamuis alterius speciei specialissimae sit disciplinatio theologiae, quàm medicinae, aut dialecticae, aut grammaticae.

Dubitabit autem aliquis, si unus specie motus sit: cùm ex eodem idem in idem mutetur. vt unum punctum ex hoc loco in hunc locum iterum atque iterum. Si autem hoc est: erit circulatio rectae lationi eadem, & uolutio ambulationi. ¶Aut determinatum est, si id in quo est, alterum est specie: quòd diuersus motus est, circulare autem à recto alterum specie est. Genere igitur & specie motus unus sic est. D Tex. 32. Tex. 33.

¶Mouet in text. 32. dubitationem quae ex dictis suboriri videtur: an vide licet omnes motus, qui sunt ab eodē in eūdemq; terminum sint eiusdē speciei. E Et arguitur pro parte affirmatiua. Motus sortitur speciē à termino ad quem: si ergo termini sunt eiusdem speciei, motus sunt eiusdem speciei. Pro parte verò negatiua est argumētum, quòd tunc sequeretur motum rectum ac circularem esse eiusdem speciei: nam ab a. ad b. potest esse motus rectus per chordam, & circularis per arcum. ¶Respondet in tex. 33. negatiuè. Scilicet, quòd quando id, in quo fit motus, idest spatium non est idem, non sunt eiusdem speciei. F

Simpliciter autē unus motus est: qui substantia unus & numero est. Quis autem huiusmodi sit: manifestum erit diuidentibus. tria enim sunt numero, circa quae dicimus motum unum quod, & in quo, & quando dico autem quod: quoniam necesse est esse aliquid quod mouetur, ut hominem, aut aurum, & in aliquo hoc moueri: ut in loco, aut in passione, & quando, in tempore enim omne mouetur. Tex. 34.

¶In text. 34. exponere aggreditur conditiones requisitas, ut motus sit vnus numero: qui solus dicitur simpliciter vnus: quoniam est unus secundum

A dùm substantiam, idest subsistentiam, quę propriè est in indiuiduo. Ad cuius euidentiam considerat tria esse in motu, puta, subiectum, quod mouetur, & id, in quo mouetur, quod est & terminus ad quem (quē appellat passionem) & prætereà (si sit motus localis) spacium, seu linea, per quam mouetur: nam ex utroque (vt modo dicebamus) sortitur speciem: & tertiò considera-tur, quando scilicet tempus, quod est mensura motus.

Tria in motus sunt.

Tex. 35.

Horum aũt triũ genere quidē, aut specie esse unum: est in re, in qua mouetur. Contiguum autē erat in tempore.
B Simpliciter autem unum esse, in omnib. his est, etenim in quo est, Vnum oportet esse, & indiuisibile, vt speciem. Et rursus ipsum quando: vt tempus unum, & non intermittere. Et quod mouetur, unum esse, non secundùm accidens. vt album nigrescere, & Coriscum ambulare. vnum autem est & Coriscus & album, sed secundùm accidens. neque commune. erit enim simul duos homines sanari secundùm eandem sanationem, ut ophthalmiæ. sed non unus hic est,
C sed specie unus est.

¶Consequenter in hoc tex. 35. edocet opus esse ad unitatem motus, vt horum unumquodque sit unum atque idem numero. Adnotat ueruntamen prius, quòd tam id, in quo fit motus, scilicet terminus & spatium, quã subiectum, recipit distinctionem, quòd potest esse unum, aut genere, aut specie, tempus verò non est huiusmodi distinctionis capax: quia tempus totius mundi, est unum numero. Et ideo ad unitatem motus non requiritur, nisi quòd tempus sit contiguum, & non interpolletur. Et forsan, contiguum accipit pro cōtinuo. Subdit ergo, quòd unitas motus consistit in unitate horum trium. s. & eius, in quo fit motus, & temporis, & subiecti. Et primò sub D
iectum debet (inquit) esse oīno unum: non secundùm accidens, neque unum commune, sed unum per se, & singulare. vt si Coriscus albus eodē simul tempore ambulet, & nigrefiat, non erunt illi unus motus: nō solùm quia locus, & nigredo nō sunt idem terminus, sed quia neque est idem per se subiectum. Nam quamuis Coriscus & album eadem res sint, tamen de per se Coriscus non nigrefit, sed album: neque de per se album ambulat, sed Coriscus. Rursus si eodem simul tempore Socrates & Callias ab eadem ægritudine (puta ophthalmia) sanentur, licet tempus E
sit idem numero, non tamen est idem numero motus propter defectum unitatis subiecti: nam Socrates, & Callias, quãquam sint quodammodo idem subiectum commune (eo modo, quo plures homines sunt in specie unus homo) non tamen sunt unum numero. Et inde prouenit, ut neque termini sint unum numero.

Socratem autem secundùm eandē quidem alterationem alterari specie, Tex. 36.
in alio autem tempore, & iterum in alio, siquidem contingit corruptum iterum unum fieri numero: erit & hic motus unus, si uerò nō: idem qui- F
dem erit, unus autem non.

¶In text. 36. mouet dubitationem unam ex parte subiecti. Nempe cum Socrates hodie sanatur ab ophthalmia, qua perdita, iterato cras eandem in specie sanitatem recuperat, utrùm idem est numero subiectũ utriusque. Mox explicat rationem dubitandi. Si (inquit) contingit corruptum iterum unum fieri numero, erit unus simpliciter motus, si uerò non idem numero redit, erit quidem idem motus, scilicet in specie, unus autem simpliciter, scilicet numero non erit. Sunt qui hoc, quod est corruptum redire, referant ad terminũ, scilicet sanitatē: inter

quos

A quos est S. Thom. At uerò Themist. refert ad subiectum. Quod verisimilius est: nam de termino statim mouet similem dubitationem. Et quãtum existimo, quia dixerat ad unitatem motus requiri unitatem subiecti per se & singulariter: subijcit dubitationem ex opinione antiquorum, puta Heracliti, & Cratyli, quos 4. met. tex. 22. opinatos esse (inquit) omnia esse in continuo motu, & per consequens Socratem, qui modò sanatur, & qui hinc ad horam sanatur, non esse eundem, sed iam priorem esse corruptum, & alterum succedere.

B Habet autem dubitationem huic
Tex. 37. similem: & utrum una sanitas, & omnino habitus, & passiones substantia sint in corporibus moueri, nanq; uidentur habentia, & fluere. Si igitur eadem & una sit mane & nunc sanitas: cur non etiam cùm intermissam acceperit iterum sanitatem, & hæc & illa una numero erit.

¶Subijcit in textu 37. dubitationẽ superiori similem ex parte termini, an uidelicet una eademque numero sanitas duret per tempus in homine sano. Similiter enim arguerent illi Philosophi non esse eandem sanitatem se
C ro, quæ erat mane: quia omnia sunt in continuo fluxu. Quòd si quis dixerit contra eandem esse sanitatem (ut est in rei ueritate) tunc sequitur. Videtur, ꝙ si meridie interrumpatur sanitas, & sero rursus recuperatur, eadem erit sanitas numero, & per consequens idem erit numero motus, quo quis manet sanatur, & quo, intercisa sanitate, iterum sero sanatur.

Eadem enim ratio est. uerùm tantum interest, quòd si duo idem hoc
Tex. 38. sunt: sicut numero motus unus, & habitus esse necesse est: unus enim numero actus: unius numero est. Si verò habitus unus est: fortaßis alicui non uidebitur unus & actus esse, cũ D
enim cessauerit ambulans, non amplius est hæc ambulatio, rursus autẽ ambulante: erit. Si igitur unus & Tex. 38.
idem est: continget unum & idem & corrumpi & esse sæpe. Hæ igitur dubitationes extra præsentem sunt considerationem.

Ex duabus propositis dubitationibus, primã, quæ est ex parte subiecti, non curat hic soluere. Non enim est hic locus disputandi, an omnia sint in continuo fluxu: sed hac reiecta opinione, supponit eundem esse Socratem sero, qui fuit mane, eundem fore cras, qui fuit heri. ut 4. meta. decer- E
nit. ¶Ad secundam uerò dubitationẽ, quando terminus interciditur, respondet, quòd quamuis eadem sit aliquo modo ratio de unitate motus, & de unitate habitus (.s. formæ uel loci, qui est terminus ad quẽ) interest tamen inter motum, & talem terminum, quòd ab unitate motus ad unitatem termini ualet consequentia: non tamen cõuertitur ut ualeat ab unitate termini ad unitatem motus. Et hoc est, qđ ait, ꝙ si duo (.s. motus illi, quo quis sanatur mane, & sanatur sero) idem hoc sunt, sicut numero unus, idest si sunt idem numero motus, consequi- F
tur, ut & habitus, scilicet forma acquisita, sit etiam una: quia unitas motus unitatem infert termini. Quocirca sit eadem si continua sanatio non interrupta per totum diem, sicut erit una numero sanatio, ita erit una numero sanitas: si uerò interrumpatur, sicut erunt duæ sanitates, ita & duo sanationis motus. subdit autem, quòd non conuertitur, ut unitas habitus .s. termini, inferat unitatem termini. Quod probat in motu locali. Si enim quis moueatur ad locum. a. & cessante motu alia hora rursus moueatur ad eundem locum, idem erit numero subiectum & terminus, non tamen erit idẽ numero motus: quia deficit unitas tempo-

A temporis. Ait verò (fortassis non uidebitur, &c.) non quia dubitet, sed quia ille est sibi peculiaris modus loquendi. Probat ergo, quod secundus non erit idem motus numero cum primo: aliàs (inquit) idem corruptum numero rediret: nam motus prior, ubi cessauerat, corruptus est. Potest aliter exemplum designari. vt si cùm quis mouetur ad a. locum, tantisper pausetur in via, & iterum progrediatur, licet tunc idem sit terminus principaliter intentus, tamen nō est idem motus propter interruptionem. Ob idque sunt duo B termini, scilicet ille, ubi fit pausa, & deinde postremus.

Tex.39. Quoniam autem continuus omnis motus est: & simpliciter quidem unum & continuum esse necesse est, si omnis quidem diuisibilis est, & si continuus: unus. non enim fiet omnis continuus omni: sicut neq; aliud ullum cuiuis quoduis, sed quorum unum sunt ultima, ultima autem aliquorum quidem non sunt, aliquorum autem sunt, sed specie differentia & æquiuoca, quomodo nanque C tanget, aut unum fiet: ultimum lineæ & ambulationis?

¶In reliquis his septem textib. perseuerat dilucidius explicare, quemadmodum ad unitatem motus exigitur, vt trium vnumquodque prædictorum sit simpliciter unū. Atqui syllogismus in uirtute est hic. Idem est motum esse unum, & esse continuum: sed ad continuitatē motus necessaria est, & subiecti, & temporis, & termini unitas: ergo eadem est necessaria ad motus unitatem. Maiorem probat, annuendo ad multiplicem acceptionem unius. Dupliciter enim aliquid est unū: aut quia non est diuisibile in plura. vt angelus: aut quia est unum continuum: motus autem non est unus primo modo, cùm sit diuisibilis: est ergo unus secundo

Vnum aliquid esse contingit dupliciter.

D modo. Et hoc est, quod concludit, dicens (si continuus, unus) quod est dicere. Idem est motum unū esse, quod continuum esse. Hoc supposito, subdit quid requiratur, ut motus sit continuus. Ait ergo, quòd cū continua sint, quorum ultima, sunt unum, duplici de causa duæ res continuæ esse non possunt: nempe aut quia non habent ultima, ut duo angeli: aut quia licet habeant ultima, sunt tamen specie differentia, & diuersarum rationum. Vt linea, & ambulatio nō possunt esse con- E tinua, quia sunt diuersorum generum: sicut neque qualitas & relatio, aut relatio & quantitas.

Contigui igitur erunt: & qui neque idem specie, neque idem genere sunt. Postquàm enim cucurrit aliquis, statim febricitare potest, & ueluti lampas ex successione: loci mutatio est contigua: cōtinua autē non. Ponitur enim continuū, quorum ultima unum sunt. Quare contigui & consequenter sunt: quia tempus continuum est. Continuum autem est: quia motus continui sunt. hoc autem est, cùm unum ultimum fuerit F amborum. Tex.40.

¶Subijcit in tex.40. exempla: dicēs, quòd motus specie differentes contigui esse possunt, seu cohærentes, & adhibiti alter alteri: continui uerò, minimè. vt cùm quis velociter cucurrit, potest consequenter febricitare: nūquam tamen erunt motus cōtinui, quia non potest idem terminus utriq; esse communis. Et pariter cùm lampas ex successione mouetur. Exēplum hoc Themist. ait alludere ad cerealia, quæ erant Cereris sacra. vbi lampadem accēsam unusquisque proximo tradebat in circulum. Et quia in illo puncto, quo quis ab alio accipiebat, fieri nequibat, quominus tātisper cessaret motus lampadis, ait, quòd lationes illæ non facie-

bant

A bant unum continuum motum. Alij referunt ad illam impressionem meteorologicam, quæ dicitur lancea cadens, vbi flamma non cadit continua, sed interpollatim inflammando grossiores partes exhalationis. At reuera neuter istorũ videtur esse sensus exempli. Tum, quia Arist. intendit exemplũ ponere motibus diuersarum specierũ: tum etiam, quia isti motus, nec continui sunt, nec contigui: siquidem interpollantur. S. Thom. intelligit de motu olei sursum per lychnũ, quo nutritur flamma lapidis, qui est continuus flammæ lampadis. Forsan (nisi fallor) significantius intelligeretur exemplum de
B motu locali confricationis duorum lapidum, quo accenditur flamma: aut de percussione silicis, qua accenditur ignis: tunc enim motus localis est contiguus inflammationi, non tamen continuus. Dicuntur autem contigui (ut subdit Ph.) quia tempus, quo alter succedit alteri, non interpollatur, sed est continuum: quippe cùm in eodem instanti, quo unus desinit esse, alter incipit. Non tamen sunt continui: quia cum differant specie, non continuantur per vnum terminum communem.
C

Tex. 41. Quapropter necesse est eundem specie esse, & unius, & in uno tempore, simpliciter continuum motum, & unum. Tempore quidem: ut non immobilitas intersit, in intermittente enim quiescere necesse est. Multi igitur, & nõ unus motus est: inter quos quies est. Quare si aliquis motus statu intercipitur, neque unus est, neque continuus, intercipitur autem: si in medio tempus est. Eius uerò, qui specie non unitur, non unus motus est, & si non intermittitur tempus: tempus enim unum est, specie autem motus alius est. Motum enim unum necesse est, & specie unum esse. hunc autem simpliciter unum esse: non est necesse. Quis igitur motus simpliciter unus est: dictum est. D

¶ Concludit ergo tex. 41. trium vnitates requisitas esse ad cõtinuitatem, atque adeo ad unitatem motus. Primò enim requiritur unitas termini, & spatij specifica: aliàs motus non erunt eiusdem speciei: & per consequens nec poterunt esse continui. Secundò unitas subiecti. Et tertiò vnitas temporis. Temporis, ut non immobilitas, id est, quies intersit. Dum motus enim quiete interrumpitur, non est continuus: & per consequens neque unus. Quod autem requiratur unitas speciei in terminis, & partibus motus, patet: quia si motus differant specie, licèt vno tempore continuo fiant, ita, ut eodem instanti, quo unus desinit, alter incipiat, non erit motus unus. ¶ Et inde concludit, quòd si motus est vnus numero, necesse est ut sint omnes partes eiusdem speciei, non tamen econtrario si motus est eiusdem speciei alteri, erit proinde idem numero. E
¶ Quòd si interroges cur non dixit requisitam esse unitatem termini numero, sed specie, postquam requiritur, ut terminus sit unus numero. Respondetur, quòd si termini, seu partes motus [quod idem est] sunt eiusdem speciei, erunt etiam idem numero si motus non interrumpatur. Et ideo si unitas temporis, & unitas specifica termini cõcurrãt, terminus erit unus numero. De unitate subiecti iam supra dixerat. F

Ampliùs autem dicitur unus, & perfectus siue secundùm genus, siue secundùm speciem, siue secundùm substantiam sit: sicut & in aliis perfectum, & totũ ipsius unius est, est aũt aliquando & si imperfectus sit, unũ dicitur, si solùm sit cõtinuus. Tex. 42

¶ Constituto iam in quo consistat ratio unitatis motus, ut simpliciter & absolutè dicatur unus, subijcit duos alios modos, quibus motus dicitur unus. Qui, ut probè adnotat S. Thom.

T potius

A potius exprimunt quandam formam vnitatis, quàm vnitatẽ. Ait ergo, quòd vnum alio modo idem est, quod perfectum: eo quod vnum idẽ est, quod totum (idem enim est plures partes facere unum, quod faceret totũ) totum autem idẽ est, quod perfectũ, cui nihil deest. Ac proinde, ut perfectum recipit magis & minus, ita & vnum. Siue secundum (inquit) genus, siue secundum speciem, siue secundum substantiam, idest numerum. Exempla Commentatoris sunt. Vt inter motus, localis est genus perfectius, atque adeo ille est magis B vnus, quàm alij motus. In hoc uero genere, circularis est perfectior species, quàm motus rectus. Sed in hac specie, motus cœli est præcipuũ indiuiduum. Et hoc dicit, contingit in motibus, sicut in rebus cæteris. Homo enim vno modo dicitur vnus, quia perfectus est omnibus suis membris, & pariter domus est vna, quia est absoluta, & consummata: nihilominus dicitur unus homo, licet sit mancus, aut oculis orbus, propter continuitatem partium. Eodẽ modo in motu vnitas, quę prouenit ex continuitate motus, sufficit, ut dicatur simpliciter unus: nihilominus C tamen qui perfectior est, magis unus est. Huius rationem affert Themist. quia propius accedit ad finem: & unitas motus sumitur à fine. Imperfectum autem uidetur habere rationem partis: partes uerò ad pluralitatem vergunt.

Tex.43. Amplius autem, aliter præter dictos, dicitur motus unus regularis: irregularis enim aliqua ex parte non uidetur unus, sed magis regularis ut rectus, irregularis enim diuisibilis est. Videtur autem differre: sicut magis & minus. est autem in omni motu: quod regulariter est, aut non. Etenim alterabitur regulariter: & feretur super regulare, ut super circulum, aut lineam rectam. & circa augmentationem similiter, & diminutionem. D

¶In tex.43. subsequitur secũdus modus, quo primus amplius dilucidatur. Ait enim tertio modo dici motum unum, eò quòd est regularis. Irregularis enim etsi sit unus ratione cõtinuitatis, nõ tamẽ est unus tanquã indiuisibilis. Etenim ut inter substantias uno modo dicitur substantia una, quia est unũ continuum, & alio modo, quia est indiuisibilis, ut angelus (& hæc est maior unitas) ita motus irregularis non est tam unus, eò quod est diuisibilis in partes dif- E formes diuersarum uelocitatum: regularis aũt est magis unus propter æqualitatem & uniformitatem partium. Vnde regularis, & irregularis dicitur vnus secundum magis & minus. Subijcit exempla motus regularis in omni specie motus. Contingit enim aliquid regulariter alterari, & item ferri localiter super spatium regulare secundum lineam, uel circularem, uel rectam. Et quando spatium est uniforme, si uirtus motiua perseueret æqualis, motus erit uniformis. Ob idque motus primi mobilis, ut est omnium regularissimus, est & maximè unus. Atque adeo, ut indiuisibilis unitas est regula, & mensura F aliorum motuum.

Irregularitatis autem differentia est aliquando quidem in quo mouetur: impossibile est enim regularem esse motum: non super regulari magnitudine, ut motus reflexi, aut spiræ a ut alius magnitudinis, quorũ quæuis ad quamuis partẽ minimè accommodatur. aliquando autem neque in ubi neque in quando, neque in eo ad quod; sed in ipso modo. Velocitate enim & tarditate aliquando determinatur, cuius enim eadem est uelocitas, regularis est, cuius autem non irregularis. ¶ Quapropter neque Tex.44.

species

A ſpecies motus, neque differentiæ ſunt uelocitas & tarditas. quia omnes ſequuntur differentes ſecundùm ſpeciem. ¶ Quare, neque grauitas, neque leuitas, quæ ad idem eſt, ut terræ ad ſeipſam: aut ignis ad ſeipſum.

¶ Subſequenter text. 44. duas reddit cauſas difformitatis in motu, primam ex parte ſpatij, & alteram ipſius mobilis. Vbi adnotandum eſt, quòd difformitas ſpatij duplex eſt, quæ cauſa eſſe poteſt difformitatis motus. (Nota. 1.) Prima ex difformitate reſiſtentiæ ut quia eſt difformiter groſſum & ſubtile, per partes enim ſubtiliores uelocius mobile mouetur, quàm per eas, quæ ma- (B) gis ſunt craſſæ. De qua hic Phi. non meminit, ſed tanquàm per ſe notam prætermittit. Alia eſt difformitas figuræ. ¶ Vbi ſecundò notandum eſt, ꝙ linea, aut perfectè circularis, aut perfectè recta eſt uniformis propterea ꝙ ſingulæ partes, & inter ſe, & cum toto ſunt eiuſdem rationis. (Nota 2.) Lineæ uerò aliter quomodocunque uariatæ, & ſcilicet aut reflexæ cauſantes angulos, aut orbiculares ad modum ſerpentis (quæ latinè dicuntur ſpiræ) ſunt difformes, propterea, quòd pars ad par- (C) tem minime accommodatur: quia ſcilicet nec partes primæ figuræ procedũt omnes in rectum, ut incipiunt: nec partes ſecundæ procedunt perfectè in circulum. Vnde quod moueretur per primam lineam, nec perfectè aſcenderet, nec eſſet motus compoſitus ex aſcenſu & deſcenſu, & quod moueretur per ſecundam, non moueretur perfectè circulariter. Secundò modo (inquit) contingit irregularitas in motu, neque in ubi, neque in quando, neque in eo ad quod ideſt, neque ratione loci, ſi eſt localis, neque ratione tẽporis: quia tẽpus cũ ſit unum inuariabili, non poteſt eſſe difforme: neque ratione termini, puta qualitatis, aut quantitatis, quæ acquiritur. Boetius uertit (inquo) & propterea Sanctus Thomas dicit referri poſſe ad ſubiectum ideſt neque ratione ſubiecti. Sed tamen Græcè non eſt, niſi, eis o. i. in quod dicit terminum. Et præſertim quia hic non intendit Philo. excludere irregularitatem, quæ eſt ex parte ſubiecti, ut quã primùm patebit. Sed ait difformitatẽ contingere in ipſo modo, ſcilicet ipſius motus quia ſcilicet non eſt uniformis uelocitate & tarditate ſecundùm omnes partes. ut deſcenſus naturalis lapidis, licet per idem medium deſcendat, uelocior eſt in fine, quàm in principio: motus uerò uiolentus è cõtrario eſt, uelocior enim eſt in principio, quam in fine. Quæ quidem diuerſitas quodammodo eſt ex parte ſubiecti idcirco quòd in naturali, impetus intenditur, & in uiolento, remittitur. Ob idque, ut cõmẽtator hic admonet, quatuor de cauſis difformitas uelocitatis tarditatisq; motus uſu uenire poteſt. ſ. ratione ſpatij difformiter reſiſtentis: aut ratione motoris, ſicut in motibus liberis, ut cum tonſor rotam, ut vult, circum mouet: aut ratione termini ad quem ut qualitas ſpiritualis velocius pruducit, quàm corporalis, & calor uelocius, quàm frigus: aut ratione uirtutis intrinſicæ ipſius mobilis, ut grauius uelocius deſcenderet (etiam per uacuum) quàm leuius. Sed hic modus ad ſecundum reducitur. ¶ Infert tandem ex dictis duo corollaria. Primum eſt, quòd velocitas, & tarditas non ſunt duæ differentiæ ideſt ſpecies eſſentiales motus. Probatur. Differentiæ eſſentiales non poſſunt eidem ſpeciei ſimul cõuenire (vt homo non eſt ſimul rationalis & irrationalis) ſed uelocitas & tarditas cuicunque ſpeciei motus cõueniunt (ſcilicet alterationi, motui locali, tam circulari, quàm recto) ergo nõ ſunt ſpecies eſſentiales, ſed accidentia potius

D E F — Quatuor cauſæ uelocitatis.



A tius motibus omnibus communia. ¶ Secundum corrollarium. Neque grauitas & leuitas idem sunt quod tarditas & uelocitas, ratio est hæc. Grauitas non conuenit nisi motui deorsum, ut cum pars terræ mouetur ad ipsam, scilicet ad totum elementum: leuitas uerò non conuenit: nisi motui sursum, ut cum pars ignis mouetur ad ipsum scilicet ad elementum ignis: uelocitas uerò & tarditas sunt accidentia utrique communia. Etenim tàm motus deorsum, quàm motus sursum potest esse & uelox & tardus.

Tex.45. Vnus igitur irregularis est: qui est coutinuus. minus autem, quod reflexæ accidit lationi. Id autẽ quod
B est minus: commistio semper contrarii: est. ¶ Si autem omnem, unũ contingit & regularem esse, & non, non erunt, & ipsi qui non secundùm speciem contigui sunt, unus & continus. Quomodo enim erit regularis motus ex alteratione compositus, & loci mutatione? oporteret enim accommodari.

¶ Colligit ergo ex superioribus duas cõclusiones. Prima est, ꝙ motus, uno modo dicitur, unus quia est cõti-
C nuus etiam si sit irregularis, est tamen ille minus unus, quàm ille, qui est regularis. Quemadmodum ille, qui est per lineam reflexam, ut supra dictum est. Etenim ut linea non recta, sed angulos constituens, quodammodo uidetur ab unitate declinare in pluritatem ab eo, quòd ubi facit angulum uidetur quodammodo frangi, ita & motus, qui per illam fit, minùs est unus, & hoc est quod subdit, scilicet quòd si minus est unus, habet aliquid admixtum contrarij, puta, pluralitatis. Quamuis si in angulis non quiescat mobile, simpliciter est unus motus, ut q.3. adnotauimus. ¶ Secunda conclusio est quam supra intenderat, scilicet quòd duo motus differentes specie, non possunt esse unus, & continuus, D
cuius ratio est hæc. Omnis motus, qui est simpliciter unus, potest esse & regularis, & irregularis: sed aggregatum ex motibus diuersarum specierum, nec regulare esse potest, nec irregulare: ergo nec potest esse unus.

DE CONTRARIETATE motus.

CAPVT V.

AMPLIVS autem determinandum est: qualis motus est contrarius motui. Tex.46.
& de quiete autem eodem modo. Di E
uidendum est autem primò: utrùm contrarius motus sit, qui est ex eodem, ei qui est in idem. ut qui est ex sanitate, ei qui est in sanitatem, ut generatio & corruptio uidentur. Aut qui est ex contrariis; ut qui est ex sanitate ei, qui est ex ægritudine. Aut qui est in contraria, ut qui est in sanitatem ei, qui est in ægritudinem. Aut qui est ex contrario ei, qui est in contrarium, ut qui est ex sanitate ei, qui est in ægritudinem. Aut qui est ex contrario in contrarium ei, qui est ex contrario in contrarium. ut qui F
est ex sanitate in ægritudinem ei, qui est ex ægritudine in sanitatem. necesse est enim aut unum aliquem horum esse modorum, aut plures, non enim est aliter opponere.

¶ Vnus modus diuersitatis (ut habetur. 10. meta. tex. 13.) est contrarietas & ideo post sermonem de diuersitate motuum, congruè subsequitur de eorum contrarietate dicere. In hoc ergo capite quinto (quod septem continet text.) agit Phil. de contrarietate motuum, & in sequenti de contrarietate quietum. Initium dicendi sumit

A sumit in hoc tex. 46. ex quinque modis & rationibus, quib. potest contrarietas motuũ describi: ut tribus eorum reiectis, duos amplectatur. Etenim cũ contrarietas motus definiri nequeat, nisi ex habitudine terminorũ, quinque possunt fieri eorum combinationes. Aut enim contrarij motus definiũtur respectu eiusdem termini, vt terminus ex quo unus procedit, sit ille, in quem alter tendit. vt motui, qui est à sanitate cõtrarius, sit ille, qui est ad sanitatem. Quemadmodum generatio contraria esse uidetur corruptioni, corruptio enim est ab eo, quod est esse, generatio verò ad id quod non est. Aut definiuntur
B respectu contrariorũ terminorum ex quib. ut motus, qui est ex sanitate, contrarius sit ei, qui est ex ægritudine. Aut respectu contrariorum terminorum ad quos. vt motui qui est in sanitatem, is contrarius sit, qui est in ægritudinem. Aut per hoc, quòd terminus à quo vnius, contrarius sit termino ad quem alterius. ut ille, qui est ex sanitate, sit contrarius illi, qui est in ægritudinem. Aut denique quinto definiuntur respectu amborum terminorum, qui sint utriusque contraria, ut ille, qui est ex sanitate in ægritudinem, illi sit contrarius, qui est ex ægritudine in sanitatem. Necesse enim est, inquit, ali-
C quo istorum modorum definiri motus cõtrarios, quia esse non potest alia terminorum consideratio.

Tex. 47. Est autem, qui ex contrario ei qui est in contrarium, non contrarius, ut qui ex sanitate: ei, qui est in ægritudinem. idem enim, & unus est. esse tamen non idem est ipsis, sicut non idem est ex sanitate mutari, & in ægritudinem.

¶ Excludit tres horum modos, uelut ad definiendum motuum contrarietatem ineptos. Atque primò quartum, in quo nihil est penitus apparentiæ. Motus enim, quorum terminus à quo vnius, & terminus ad quẽ alterius sunt D contrarij, unus idemq; realiter motus unt: tantùm abest, ut sunt cõtrarij: sed sola ratione differunt, ut motus qui est ex sanitate, idem est prorsus, qui est in ægritudinem: ut enim supra dictũ est, motus omnis est à contrario in cõtrarium, sed sola ratione differũt. quia est corruptio vnius & generatio alterius.

Neque qui est ex cõtrario ei, qui est ex contrario. simul enim accidit ex contrario, & in contrarium, aut in medium. verùm de hoc quidem posterius dicemus. ¶ Sed magis, in contrarium mutari, uidebitur causa esse contrarietatis, quàm ex cõtrario. hic enim discessio à contrarietate: ille verò acceptio ¶ Atque dicitur vnusquisque eo, in quod mutatur magis, quàm eo ex quo, ut sanatio, qui in sanitatem, ægrotatio autem, qui in ægritudinem. ¶ Relinquitur igitur: qui est in contraria: & qui ad contratia ex contrarijs: forsitan igitur accidit eos, qui in cõtraria, & ex contrarijs esse, sed ipsum esse fortè nõ idem: dico autem qui est in sanitatem ei, qui est ex ægritudine, & qui ex sanitate ei, qui est in ægritudinem. Tex. 48. E F

¶ In tex. deinceps 48. excludit secundum modum tribus rationibus. Prima est. Motus, qui à contrarijs terminis proficiscuntur, tendunt nonnunquam in eundem terminũ ad quem: nam motus ex albo non semper terminatur in nigrũ, sed in medio colore coloratum, puta, in rubeum, & pariter motus, qui est ex nigro, potest terminari in rubeum. Motus autẽ, qui sunt ad eandem formam, non uidentur esse contrarij. Transmittit tamen exactam huius examinationem usq; ad tex. 52. ¶ Secunda ratio est hæc. Contrarietas motus penes illos terminos potius, qui acquiruntur, pensanda est, quàm penès eos, qui perdũtur, & deseruntur (nã forma,

A quæ non est, nō dat esse rei, sed forma, quæ est) termini uerò à quibus, deperduntur, & termini, ad quos, acquiruntur: ergo. ¶ Tertia ferè est eadem. Penes eos terminos accipienda est contrarietas motuū, à quibus motus sumit speciem, & nomen: sed (ut tex. 4. Phy. præfatus est) à termino ad quem motus denominatur (est enim sanatio motus ad sanitatē) ergo à terminis, ad quos, sumitur contrarietas motuum. ¶ His duob. modis exclusis, relinquitur (inquit) aut ille modus, qui est in contraria (puta tertius) aut ille, qui est ex contrarijs in cōtraria, scilicet quintus. Primus nāque, qui sumitur solùm per re-
B spectum ad unum terminum, prætermittitur. modo vsque ad tex. 51. Subdit autem, quòd hi forsitan duo modi, puta tertius, & quintus, idem re sunt: nam omnes motus, qui sunt inter terminos contrarios, sunt etiam ex contrarijs. Omnis enim motus in sanitatē est ex ęgritudine. Secus est de mutatione, vt statim uidebitur. Et ideo dixit, forsitan, quia arguendo procedit. Differūt autem ratione, ut dictum est, quia sanatio est generatio sanitatis, & corruptio ægritudinis.

Tex. 49. Quoniam autem differt mutatio
C à motu (quæ enim est ex quodam subiecto in quoddam subiectū mutatio, est motus) qui est ex contrario in contrarium ei, qui ex contrario est in contrarium, motus contrarius est. vt qui est ex sanitate in ægritudinem ei, qui est ex ægritudine in sanitatem.

¶His velut fundamentis præiactis, ad rem in hoc tex. 49. descendens, distinguit aliter esse censendum contrarietatem motuum, & aliter mutationum. Pulcherrimū enim ordinem philosophi speculanti cōtinuò apparebit nihil superfluè dixisse. Cùm ergo distinxerit tex. 7. inter mutationē & motum, quòd illa sit inter terminū affirmatum & negatum contradictorios, hic uerò inter duos positiuos contrarios, infert D modo contrarietatem motuum cēsendam esse ex parte utriusque termini. vt motus, qui est ex contrario in contrarium, contrarius sit ei, qui è conuerso habet terminos contrarios. vt motus ex sanitate in ægritudinem contrarius sit ei, qui est ex ægritudine in sanitatē.

Manifestum est autem & ex inductione: qualia uidentur contraria esse. ægrotare enim ipsi sanari: & discere ipsi decipi, non per se ipsum contraria uidētur: ut enim scientiam per se quispiam, & per alium cōsequi potest, sic & deceptionem. Et ea quæ sursum latio ei, quæ est deorsum, con E traria enim hæc sunt in longitudine. Et quæ à dextra ei, quæ est ad sinistram, contraria enim hæc sunt in latitudine. Et quæ in ante ei, quæ in retro, contraria enim hæc sunt in profunditate. Tex. 50.

¶ Probat in tex. 50. præfatam sententiam inductione. vt ægrotatio eò est contrarius motus sanationi, ꝙ terminus à quo unius, est contrarius termino à quo alterius, & terminus ad quē, termino ad quem. Conuertūtur enim termini. Et pari ratione discere cōtrarium est huic, quod est decipi. Vbi notādum est, quòd scientia fit, aut per stu- F dium sine doctore, & hæc dicitur inuentio; aut accipitur à doctore, & hæc dicitur disciplina. Et pariter error, siue ignorantia, aut fit ad intrinseco per amissionem sciētiæ, & hæc dicitur obliuio, quæ contrariatur inuentioni; aut fit ab alio, hæc dicitur deceptio, quæ cōtraria est disciplinæ. Et hoc est, quod ait, discere contrarium esse ipsi decipi, non per se ipsum, sed per alium. Simili modo ascensus localis cōtrarius est descēsui, quia huiusmodi termini sunt contrarij secundum dimensionē, quæ est longitudo, & motus à dextra ad sinistram, est contrarius motui à sinistra

ad

A dextram secundùm latitudinem: & motus ab ante ad retro, contrariatur illi secundum profunditatem, qui est à retro
Nota. ad ante. Accipiuntur nanque dimensiones istæ & contrarietates respectu homini: cuius longitudo sumitur à capite ad pedes, latitudo verò à dextra ad sinistram, & profunditas à pectore ad dorsum.

Tex. 51. Quæ autem est in contrarium solum: non est motus, sed mutatio, ut fieri album non ex aliquo. Quibus autem non est contrarium, mutatio, quæ est ex ipso ei, quæ est in ipsum, contraria est. Quapropter generatio
B corruptioni contraria est: & abiectio acceptioni. hæ autẽ mutationes quidem sunt, motus autem non.

¶Subsequẽter in tex. 51. subdit differentiam mutationis à motu, dicens. Quòd in his quæ simpliciter sunt contraria (ut sunt qualitates) generatio secundum quid contrariatur alteri generationi solum ratione terminorũ, ad quos iuxta tertium modum supra positum, quia termini à quibus, non sunt
C positiui, sed negatiui, ut generatio albi, ex non albo cõtrariatur generationi nigri ex non nigro ratione albedinis & nigredinis, quia non album & nõ nigrum nihil dicunt positiuum. In his autem (inquit) quæ propriè non habẽt contrarium (quales sunt substantiæ) contrarietas sumitur iuxta primũ modum respectu eiusdem termini, qui est terminus à quo unius mutationis, & terminus à quo alterius. vt corruptio aeris contrariatur generationi eiusdẽ, quia corruptio est perditio ipsius esse, generatio verò eiusdem acquisitio. Terminus enim ad quẽ corruptionis, non exprimitur positiuè, sicut nec terminus à quo generationis. Hæ aũt mutationes (inquit) [sunt: non aũt motus.

Tex. 52. Qui autem ad mediũ motus sunt, quibuscunque contrariorum aliquid est medium: tanquam in contraria D quodammodo ponendi sunt. Nam ut contrario utitur medio ipso motus: ad utrauis fiat mutatio, ut ex fusco quidem in album tanquàm ex nigro, & ex albo, in fuscum tanquàm in nigrum: ex nigro autem, in fuscum tanquàm in album. fuscum enim medium ad utrunque dicitur quodammodo extremorum, sicut dictum est prius. Motus igitur motui contrarius est sic: qui ex contrario in contrarium est ei, qui ex contrario in contrarium.

E ¶Post contrarietatem motuum, qui sunt inter terminos extremè contrarios, determinat in hoc tex. 52. de contrarietate motuũ, qui sunt ab uno contrario ad medium, aut è conuerso. Ait enim motus huiusmodi considerãdos esse secundùm eorum rationem, qui sunt ab uno contrario in aliud contrarium extremum, ut sicut motus ab albo in nigrum contrarius est ei, qui est à nigro in album: ita & motus ab albo in rubeum contrarius est ei, qui est à rubeo in album: nam fuscum est quodammodo nigrum, atque adeo cõtrarium quodammodo albo. Dixit [quibuscunq; contrariorum aliquid est me- F dium] Nam sunt aliqua extrema, quorum non est mediũ. vt sanitas & ęgritudo: & nõ aer, & aer. ¶Hoc quidẽ exemplum de albo & rubeo manifestum est: sed restat dubium. Vtrùm motum ab albo in rubeum, & motum à nigro in rubeum intelligat hic Phi. esse contrarios: nam posset quispiam credere partem negatiuam, propter primam rationem, quam supra tex. 48. fecerat, vbi arguebat cõtrarietatem motuum non attendi penès terminos à quibus, eò quòd nonnunquam tendunt in eundem terminum. s. mediũ. Respondetur nihilominus non solũ hic intelligere. Arist. motum ab albo in rubeum con-

A trarium esse illi, qui est à rubeo in album, sed illi etiã, qui est à nigro in rubeum. Et hoc est, quod ait, motum, qui est à contrario in mediũ, accipiendum esse, ac si sit à contrario in cõtrarium: nam medium est contrarium utriusq; extremi. vult .n. dicere, ꝗ sicut totus motus, qui est ab albo in nigrum transiens per rubeũ contrarius est toti, qui est à nigro transiens per rubeum in album, ita & quælibet pars unius (ut ab albo ad rubeũ) cõtrariatur cuilibet alterius. vt à nigro in rubeũ. Sicut ascensus ignis à terra vsq; ad mediam regio
B nẽ aeris contrarius est descensui à concauo lunę vsq; ad eandem mediam regionem. ¶ Sed quid respondendum tũc ad rationem factã tex. 48. Responsio certè, quã Phil. hic prætendit, est, quòd licet motus ab albo in rubeum, & à nigro in rubeum sint contrarij, non tamen propter contrarietatẽ solùm terminorum à quibus, sed propter contrarietatem terminorum ad quem. Rubeum enim est quodammodo nigrum contrarium albo, & quodammodo album contrarium nigro, & ideo vtimur eo, ut duobus contrarijs. Atque adeo motus ab albo in rubeum est ab albo quodammodo in nigrum, & motus à
C nigro in rubeum est à nigro quodammodo in album, & propterea sunt contrarij. Et eadem ratione motus ex rubeo in album est quodammodo ex nigro, & motus ex rubeo in nigrum est quodãmodo ex albo. Latius. q. 3. & 4.

DE CONTRARIETATE inter quietes.

CAPVT VI.

Tex. 53.


VONIAM autem motui non solùm uidetur motus esse cõtrarius, sed & quies: hoc determinandum est. simpliciter enim contrarium est motus motui. Opponitur autẽ, & quies, priuatio enim est. est autem sicut & priuatio D contraria dicatur. Qualis autem quali, ut ei, qui est secundùm locum, ea quæ est secundùm locũ. Sed hoc qui dẽ nũc dicitur simpliciter. Vtrùm .n. ei, quæ est hic quieti, is, q est ex hoc, aut qui est in hoc, motus opponitur.

¶ Quoniam oppositorũ eadẽ est disciplina, & priuatio opponitur motui. operæprecium est post cõtrarietatem motuum, de cõtrarietate quietũ dicere, quæ est, vel ad motum, uel inter se. Vnde in hoc capite decem textus habente duo agit. In tribus .n. prioribus E textib. agit hmõi contrarietate, & in septem sequentib. dissoluit dubia nonnulla. Proponit ergo in tex. hoc 53. ꝗ cum motui non solum sit contrarius alius motus, sed etiã quies (vt in postprædi. cap. de motu etiã dixerat) determinandum est de contrarietate quietis ad motum, uel ad aliam quietẽ. At non est (inquit) tam propriè cõtrarietas inter motum & quietẽ, quàm inter motum & motum. Contrarietas .n. simpliciter non est nisi inter duo positiua: & idcirco, ut termini motuum, ita & motus ipsi simpliciter sunt cõtrarij: quies verò opponitur priuatiuè motui (Est F enim quies cessatio motus) priuatiuè autẽ opposita sunt quodãmodo cõtraria quinimmo, ut 10. meta. tex. 15. habetur, est prima contrarietas diuidens unũquodq; genus. vnde in omnib. contrarijs (vt q. 1. dicebamus) imperfectius se habet tanquã priuatio perfectioris. vt nigrũ est priuatio albi. ¶ Attamen licet simpliciter, & vniuersaliter assertũ sit, motũ esse contrariũ quieti, quæstio tñ, inquit, est cui quieti quisq; motus contrariatur: an uidelicet illi, quæ erat sub termino à quo, an illi potius, quæ est sub termino ad quẽ. Vtrũ uidelicet motus calefactionis cõtrarius sit quieti: quæ est frigidum esse, an illi, quæ est calidũ esse. Hoc enim in postprædicamentis non determinauerat.

Manife-

A Manifestum est igitur, quòd quia
Tex. 54. in duobus motus subiectus est. huic quidem qui ex hoc est in contrariũ, ea quæ est in hoc quies, huic autem, qui est ex contrario in hoc, ea quæ in contrario. simul autem & inuicem contrariæ hæ sunt. Etenim inconueniens est, si motus quidem contrarii sunt, quietes autem oppositæ non sunt. sunt autem hæ, quæ in cõtrariis, ut quæ est in sanitate ei, quæ est in ægritudine, quieti. motui autem, qui ex sanitate in ægritudinem. ¶ Ei enim, qui est ex ęgritudine in sanitatem irrationabile est. Is enim motus, qui ad
B ipsum est, in quo stat, quietatio magis est, qua accidit simul fieri cũ motu, necesse autem est aut hanc aut illam esse, non enim ea quidem, quæ est in albedine, quies contraria est ei, quę est in sanitate.

¶ Respondet in tex. 54. ad propositã quæstionem. Primò de contrarietate motus ad quietem: dicens, quòd cùm motus omnis in duobus subiectis fit. i. inter duos positiuos terminos (quos tex. 7. appellauit subiecta) huic motui qui est ex hoc in contrarium (ut ex albo in nigrum) contrariatur ea quies,
C quæ est in hoc. i. in albo [huic autem, qui est ex contrario in hoc] s. ex nigro in album, contrariatur illa quies, quæ est in contrario, puta in nigro. Itaque motus contrariatur quieti, quæ est in termino à quo, non aũt illi, quæ est in termino ad quem. Mox respondet de contrarietate quietum, dicens, quòd illæ duæ quietes sub contrariis terminis (ut album esse, & nigrum esse) sunt inuicem contrariæ. Quod hoc syllogismo probat. Quietes contrariæ motibus contrariis sunt inter se contrariæ (ut patet à permutata proportione: nam si sicut se habet hic motus ad hanc quietem, se habet alter motus ad alterã quietẽ, sicut se habet motus ad

Sicut motus motui ita quies contrariatur quieti.

D motũ, ita se habet quies ad quietem) motus autem ab albo in nigrũ contrariatur quieti sub albedine, & motus à nigro ad album cõtrariatur quieti sub nigredine: ergo sicut motus sunt cõtrarij: ita & quietes. Concludit ergo, ꝙ quies, quæ est in sanitate, habet duo cõtraria. Contrariatur enim quieti, quæ est in ægritudine, & motui, qui est ex sanitate in ægritudinem. ¶ Deinde illic [ei enim &c.] probat, ꝙ motus contrariatur quieti, quę est in termino à quo, & non ei, quæ est in termino ad quem. Irrationabile enim inquit est, ut quies in sanitate còntrarietur motui ex ęgri
E tudine in sanitatem. Ratio est hæc. Motus, qui est ad ipsum, in quo stat. i. ad terminum, in quo mobile post motum quiescit, quietatio est. i. profectio seu progressio ad quietem, & acquisitio quietis (simul enim acquiritur motus, & quies in termino) ergo motus non opponitur tali quieti. Vt enim medium non opponitur fini, qui per medium acquiritur, ita nec motus termino, siquidem motum fieri, idem est, qđ terminum fieri. ¶ Consequenter illic, [aut hanc &c.] infert, quòd motus cõtrariatur quieti, quæ in termino à quo hoc syllogismo. Omni motui contrariatur aliqua quies: & non quies alte-
F rius speciei (quies enim in albedine nõ contrariatur quieti in sanitate: & per consequens nec motui ad sanitatem) ergo quies, quæ contrariatur motui, uel est illa, quæ est sub termino à quo, uel illa, quæ est sub termino ad quem eiusdem motus: at non est illa, quæ est sub termino ad quem: ergo est illa, quæ est sub termino à quo. In postprædicamentis, ubi Arist. non determinauit, nisi in genere, ꝙ quies cõtrariatur motui, subiecimus exempla de quiete in termino ad quem: hæc tamen, quam hic determinat Phil. rei ueritas est.

Quibus autem nõ sunt contraria: Tex. 55.
horum mutatio quidem est opposita: ea,

A ea, quæ est ex ipso, ei quæ est in ipsũ. motus autem nõ est, ut ea, quæ est ex ente ei, quæ est in ens. ¶ Et quies quidem, horum non est, immutabilitas autem est, & siquidem aliquid erit subiectum non ens, ea quæ in ente est mutabilitas, ei quæ est in non ente cõtraria erit. ¶ Si uerò non est aliquid id, quod non est: dubitabit aliquis cui contraria sit ea, quæ est in ente immutabilitas, & an quies sit. si autem hoc est: aut non omnis quies motui est cõtraria, aut generatio & corruptio motus sunt. Manifestum est igitur, quòd
B quies quidem non dicenda est. si non & hæ motus, simile autem aliquid est & immutabilitas. contraria autem est aut null', aut ei, quæ est in non ente, corruptioni, hæc enim ex ipsa est. generatio autem in ipsam.

¶ Post contrarietatem quietum, ubi est uera ratio motus inter duos positiuos terminos, procedit ad contrarietatem quietum, ubi sola est ratio mutationis inter terminos negatum, & affirmatum. Repetens id, quod supra determinatum est. s. ꝙ in terminis, qui non sunt contrarij, sed contradictorij, con-
C trarietas mutationis sumitur respectu eiusdem termini, ut mutatio ex aere, (scilicet corruptio) contraria est mutationi, quæ est in aere, scilicet generationi. Huiusmodi autem mutationes, (inquit) non sunt motus. Et inde subdit, quòd nec propriè termini earum sunt quietes, sed immutabilitates. s. nõ mutationes: nam quies propriè dicit cessationem à motu, in quo est succes-
Nota. sio. ¶ Est ueruntamen notandum, quòd terminus negatiuus, aut supponit subiectum, quod est ens actu (ut in mutationibus accidentalibus) & tunc nõ mutatio in ente, est contraria non mutationi in nõ ente. ut album contrariatur non albo. Et hoc est, quod ait [siquidem aliquid subiectum, non ens] idest D
si non ens supponit subiectum in actu. Aut supponit solum ens tantùm in potentia. Et hoc est, ꝙ ait [si uerò non est subiectum id quod non est] idest si uerò non ens nõ supponit ens in actu, sed ens in potentia (puta materiam) vt in generatione substantiali tunc erit dubium duplex. s. illa non mutatio in ente (puta aer) cui nam mutationi erit contraria: utrum termino negato, scilicet non aeri: & utrum illa nõ mutatio erit quies. Et ratio dubitandi est, quia non album, cum supponat ens in actu, illud potest intelligi quiescere sub aliquo accidente: priuatio uerò aeris, cũ solum sit materia prima, sicut illa non E
mouetur (vt supra dictum est) fit, ut nec quiescat. Et ideo arguit, neque illam, qua materia est sub forma, neque illam qua est sub priuatione, propriè esse quietem: quia alias, aut non omnis quies esset contraria motui, aut generatio & corruptio esset motus. Cõcludit ergo circa secundum dubium, ꝙ illa non est quies, sed aliquid quieti simile, puta immutabilitas, seu non mutatio. Mox respondet ad primum dubiũ, quòd illa quies, seu non mutatio, qua materia est sub forma, aut nulli est contraria, aut contrariatur illi corruptioni, quæ est sub non ente, puta priuationi illius. Summa rei est hæc, quòd in F
huiusmodi mutationibus, nec propriè contrarietas est, nec quies. Est tamen eo modo, quo generatio aeris contrariatur corruptioni eiusdem, ut quies, seu immutabilitas materiæ sub forma aeris, contrariatur quieti eiusdem sub priuatione aeris.

Dubitabit autem aliquis, quare in mutatione quidem secũdum locum, sunt & secundum naturam, & præter naturam, & quietes, & motus in aliis autem non, ut alteratio, hæc quidem secundùm naturam, illa uerò præter naturã. nihil enim magis sanatio, quã Tex. 56.

ægro-

A ægrotatio ſecundum naturã, aut præter naturam: aut dealbatio, quàm denigratio. Similiter autem eſt & in augmẽtatione & diminutione: neq; enim hæ ſunt inuicem contrariæ: ut ſecundùm naturam & præter naturam. neque augmentatio augmentationi. & in generatione & corruptione eadem ratio eſt. neque enim generatio quidem ſecundum naturam, corruptio autem præter naturã, ſeneſcere enim ſecundum naturam eſt. Neque generatio nem uidemus, aliam quidem ſecundum naturam, aliam uerò præter
B naturam.

¶ In reliqua parte huius capitis diſſoluit Ph. dubia tria, quæ ex dictis suboriuntur. Primum proponit in hoc tex. 56. ¶ Vbi hoc conſiderandum eſt, quòd intentio eſt trãsferre ſermonem ad aliud genus cõtrarietatis motuum, quæ eſt inter motum naturalem, & motum contra naturam. At quia hæc contrarietas euidentius apparet in motu locali, proponit dubiũ. Cur ut in motu locali, non ita in aliis ſpeciebus motus datur motus naturalis, & motus contra naturam? Sed intelligenda eſt quomodo ſub hac forma. Vtrum ſicut
C in motu locali, ita in aliis ſpeciebus reperiatur huiuſmodi contrarietas, tam inter motus, quàm inter quietes. In motu enim locali motus naturalis terræ eſt ad centrum, ubi etiam eſt quies naturalis: motus uerò contra naturam eſt rurſum, ubi cum terra uiolenter retinetur, eſt quies contra naturam. In alteratione uerò arguit ad partem negatiuam, quòd nullus ſit motus contra naturam: nam ut ſanatio eſt naturalis, ita & ægrotatio: & ut dealbatio, ita & denigratio. Motus enim naturalis eſt, qui eſt à principio intrinſeco, aut ab extrinſeco cõferente uim paſſo. Et ut ſanatio, ita & ægrotatio eſt à principio intrinſeco. Et pariter ut frigefactio aquæ eſt naturalis, ita & calefactio: qa paſſum ratione materiæ confert uim, ut lib. 2. q. 1. dicebamus. Et idem (inquit) eſt de augmentatione, ut enim augmentatio, ita & diminutio eſt naturalis à principio intrinſeco. Neque una augmentatio opponitur hoc modo alteri, ut una ſit naturalis, & alia cõtra naturam. Et ut generatio, ita & corruptio eſt naturalis: nam ſicut adoleſcere, ita & ſeneſcere eſt ſecundum naturam. Quòd ſi quis arguat. 2. de cœlo tex. 37. oppoſitum haberi, ſcilicet quòd ſeneſcere eſt contra naturam, reſpondetur, ꝙ illic loquebatur Phil. de natura particulari, quę unaquæque res appetit ſe conſeruare in eſſe: nihilominus ſenectus eſt ab intrinſeco ex actione & repaſſione calidi & humidi. D Nota. E

At ſi eſt, quòd uiolentia ſit, præter naturam: & corruptio corruptioni contraria erit, ea quæ eſt uiolenta, ut quæ præter naturam eſt, ei, quæ ſecũdùm naturam. Sunt igitur & generationes quædam uiolentæ, & non fato determinatæ: quibus cõtrariæ ſunt eæ, quæ ſecundùm naturam. Et augmentationes ſunt uiolentę, & diminutiones. ut augmentationes eorũ, qui uelociter propter alimentum pubeſcunt, & frumenta, quæ citò adoleſcunt, & non ſunt conſtricta. Tex. 57. F

¶ Poſt argumentationem à parte negatiua, reſpondet Phil. hoc genus contrarietatis inter motum naturalem, & contra naturam, ſeu uiolentum, reperiri in omnibus ſpeciebus motuum, & mutationum. Corruptio enim naturalis (ut cum homo ſenio moritur) contraria eſt corruptioni uiolentæ, ut qua homo ſuſpenditur. Eſt enim illa corruptio uiolenta: quia eſt à principio extrinſeco, paſſo non conferente uim: ad hunc ſenſum, quòd non procedit ſecũdùm curſum naturæ à principio intrinſeco.

A trinseco. Sunt etiam generationes aliæ uiolentæ: nempe, quæ non fato, id est, ordine à natura præstituto determinatę sunt, uidelicet, cum arte accelerantur generationes fructuum, ut ante tempus præcoquantur. Imo & ranarum generationes arte nõnunquam fiunt, dum applicantur actiua passiuis. Similiter & augmentationes sunt itidem uiolentæ, naturalibus cõtrariæ ut cum homines propter delicatissimum alimentum, & delicias vitæ, citius quàm cursu naturali adolescunt: & frumenta propter excessiuũ humorem plus nimio crescunt [non
B constricta]. i. non mittentia sub terrã solidas radices, seu fibras: atque adeo non habentia solida grana.

Tex. 58. In alteratione autẽ quo pacto, an similiter? Erunt enim aliæ quidem uiolentæ, aliæ uerò naturales, ut qui liberantur, alij non in criticis diebus, alij autem in criticis. Illi quidem præter naturam alterantur. hi vero secundùm naturam.

¶ Erunt ergo corruptiones contrariæ adinuicem, non generationi solùm. Et quid prohibet? est enim ut sic, si hæc quidem suauis, illa
C uerò tristis fuerit. Quare non simpliciter corruptioni corruptio contraria est, sed quatenus ipsarum hæc quidem huiusmodi, alia verò talis est.

¶ In tex. 58. idẽ accidere dicit in alteratione. Aliæ.n. sunt naturales alterationes, aliæ uerò uiolentæ. Vt ex his, qui ab ægritudine liberantur, alij sanatur in diebus criticis. Critici dies idem sunt, qui iudiciales: puta quibus sumitur iudicium infirmitatis. Et in illis solent naturaliter morbi terminari. Quando ergo in alijs diebus insperato infirmi liberantur, dicuntur sanationes quodammodo uiolentæ. ¶ Ex his infert corrolarium, quòd corruptio non solum est generationi cõtraria, sed etiam corruptioni: ut naturalis uiolentæ. At quia posset quispiã obijcere, unum uni tantum contrarium esse, respondet nihil uetare, unũ pluribus esse cõtrariũ, nõ solũ vbi unũ est naturale, & aliud uiolentũ, sed ubi ambo sunt naturalia. Vt corruptio (inquit) suauis corruptioni tristi contraria est. Corruptionẽ suauẽ exponit S. Th. eã esse qua imperfectũ corrũpitur perfectũq; generatur. ut cùm aer corrumpitur in ignem: sed tristis (inquit) est illa, qua è conuerso ignis conuerteretur in aerem. Vel forsan Aristo. loquitur de corruptionibus accidentalibus. ut corruptio ægritudinis dicatur suauis: corruptio uerò sanationis tristis. Quinimo corruptio temperati caloris opponitur hoc modo corruptioni caloris immodici. Colligit ergo, ꝙ corruptio simpliciter, idest ea ratione, qua est corruptio, non opponitur alteri corruptioni, sed generationi. Corruptio autem talis. i. quatenus habet talem qualitatem (puta, ꝙ est naturalis, aut suauis) opponitur corruptioni habentri contrariam qualitatem, utpote uiolentæ tristi.

D

E

Omnino igitur contrarij motus & quietes dicto modo sunt, ut quæ est sursum ei, qui est deorsum. loci enim contrarietates hæ sunt. fertur autem ea, quidem, quæ sursum est latione, natura ignis. ea uerò quę deorsum terra. & cõtrariæ ipsorum lationes sunt, ignis autem sursum quidem natura: deorsum autem prēter naturam. Et contrarius quidem motus, qui est secundam naturam ipsius: ei, qui est præter naturam. Tex. 59.

F

¶ Prosequitur in hoc text. 59. eandem contrarietatem in motu locali commonstrare concludens, quòd omnino, idest uniuersaliter in omni specie motus dicta contrarietas inuenitur. De cæteris namque iam dictum est:

A est: de motu uerò locali oculatius patet. Ea namque latio, quæ sursum est, cõtraria est ei, quæ est deorsum: propterea ꝙ locorum ipsorũ sursum & deorsum contrarietas est ex natura rei (ut lib. 4. dictum est) propter contrarias conseruatiuas qualitates. Ignis autem naturali latione fertur sursum, terra verò deorsum: èconuerso ignis deorsum fertur præter naturam: terra uerò sursum. Quo fit, ut inter motus ignis sursum & deorsum sit contrarietas naturalis, & uiolenti motus. Et proportionabiliter inter similes motus terræ.

Tex. 60. Et quietes etiam similiter. Quæ namque sursum quies, ei qui est de
B sursum in deorsum motui contraria est. Est autem terræ illa quidẽ quies præter naturam: motus autem hic secũdùm naturam. Quare motui quies contraria est, quæ est præter naturam ei, qui est secundùm naturam eiusdẽ. etenim motus eiusdem contrarius sic est. Alter enim secundùm naturam ipsorum erit: qui sursum, aut qui deorsum. alter autem præter naturam.

¶Quod monstrauit in motibus, prosequitur hic & in quietibus ostendere: dicens, quòd quies sursum, contraria est quieti, quæ est deorsum. Atq; adeo
C illa, quæ est sursum, est terræ præter naturam, & per consequens est contraria motui deorsum, qui terræ est naturalis. Iam enim tex. 54. dictum est motũ quemcunque contrarium esse quieti, quæ est in termino à quo. Et rationem subiungit, quia motus sursum, contrarius est motui deorsum. Cũ enim motus sortiatur speciẽ à termino ad quẽ, si motus sursum contrariatur motui deorsum, quies sursum contrariatur motui deorsum: & cui unus motus & terminus est naturalis, alter erit præter naturam.

Tex. 61. Habet autem dubitationem, si est omnis quietis, quæ non semper est, generatio, & hæc est ipsum stare. Eius igitur, quod præter naturam D quiescit, ut terræ sursum, erit generatio, cùm ergo ferebatur sursum uiolentia, stabat. sed quod stat, semper uidetur ferri uelocius, quod autẽ uiolentia contra non factum, ergo quiescens erit quiescens. Amplius uidetur ipsum stare propriè dici, aut omnino esse in eo, quod est secundùm naturam, in suum locum ferri, aut accidere simul.

¶In tex. 61. mouet secundã dubitationẽ. Hic tamen tex. in multis Græcis codicibus nõ est. Neq; Them. eũ legit. Qõ tamen est, utrũ cuiuscunque quietis sit generatio. Et est dubiũ ꝑꝑ quie- E tem uiolentã. Et arguit ad partem affirmatiuam. Cuiuscunque rei, quæ est, & nõ semper fuit, datur generatio: quies omnis non semper est (nam quies est rem stare. i. à motu cessare) ergo cuiuslibet quietis est generatio. Ad partem uerò negatiuam arguit. Si cuiuscunq; quietis est generatio, cum quies uiolẽta terræ sursum sit quies, illius ẽt erit generatio: consequens tamen esse falsum, duplici probat ratione. Et prima quidem obscura est. Sed notandum est, Nota. ꝙ cùm motus sit uia ad quietem, motum esse, est quietem acquiri. Arguit F ergo, ꝙ si aliqua est generatio quietis terræ sursum, maximè eẽt motus, quo terra sursum uiolẽter mouetur. Et hoc est, quod ait [cũ ergo ferebatur sursum uiolentia] i. uiolenter stabat. i. generabatur status, & quies: hoc autẽ uidetur falsum: quia quod stat (i. quietis gratia mouetur) uelocius mouetur in fine, q̃ in principio (ut in motibus naturalib. est uidere) quod autem uiolenter mouetur, tardius est in fine. Arbitror respõsionem quæstionis esse negatiuam, uidelicet, ꝙ quietis uiolentæ nõ est ꝑ se generatio, sed per accidẽs graue retinetur sursum ab aliquo prohibẽte descensum. Si uerò quies accipiatur processatione motus, cã quare motus uiolẽtus cessat

A cessat nulla est per se positiua, sed quia cessat causa motiua. s. quia finitur impetus, quod autem motus uiolentus sursum non sit per se causa illius quietis sursum, patet, quia ille motus per se non ordinatur ad illam quietem, nec illa propriè est quies illius mobilis, postquam quãto propius ad illam accedit, segnius mouetur. Cuius contrarium accidit motui naturali, qui est ad uerã quietem. ¶ Et hoc euidentius fit secunda ratione, quæ est hæc. Stare, seu quiescere tunc solùm contingit, quando res est in suo loco naturali, aut quando ad llum accedit: accedere enim ad locum, est accedere ad quietem: ergo nec quies uiolenta est propriè quies:
B neque ad illam est per se motus, seu generatio. Inseruit ergo hanc dubitationem, eo quod dixerat quietem uiolentam contrariam esse quieti naturali: nempe ut ostenderet, non tam propriè illam, quàm hanc, esse quietem.

Tex. 62. Habet autem dubitationem, si cõtraria est quies, quæ est hic, ei qui, hinc est motui. cùm enim mouetur ex hoc, aut etiam abiicit adhuc uidetur habere id, quod abiicitur. Quare si hæc quies contraria est ei, qui hinc est in contrarium, motui simul erunt cõtraria. ¶ An aliquo modo quiescit: si ad hunc manet? omnino autẽ eius,
C quod mouetur aliud quidem ibi, aliud autem est in quod mutatur. Quapropter & magis motus motui contrarius est, quàm quies. ¶ Et de motu quidem & quiete, quomodo utrũque unum est, & quæ quibus contraria sunt dictum est.

¶ Dubitationem deniq; tertiam dissoluit in tex. hoc 62. Dubitatio est circa id, quod tex. 54. dictum est: uidelicet motum cõtrarium esse quieti, quæ est sub termino à quo. Si enim (inquit) quies (v. g.) sub frigiditate contraria est motui calefactionis, quo albedo abiicitur & corrumpitur, sequitur contraria esse simul. Nam simul sunt motus calefactionis, & albedo sub gradu remisso. Respondet nullum esse inconueniens, ut simul dum est motus, quo receditur à termino, sit etiamquodam modo quies: dum terminus à quo manet sub gradu remisso: nam id, quod mouetur [aliud quidem est ibi, idest partim est in termino à quo [aliud autem in quod mutatur]i. partim est in termino ad quem. Hinc infert maiorem esse contrarietatem inter motus contrarios, quam inter motũ & quietem: eo quod motus cõtrarij sub nullo gradu possunt esse simul, quia repugnat eandem formam, seu terminum simul acquiri, & deperdi. Concludit ergo Phil. satis dictum esse de motu & quiete. ubi Cõmen. notat tex. 63. D E

Dubitauerit autem fortasse quispiam, & de ipso stare. Si & quies aliqua contraria his motibus, qui præter naturam sunt, fit. Si igitur nõ fit, absurdum erit: quiescit enim quippiam uiolentia. Quare aliquod quiescens non sempiternũ sine generatione erit. Sed patet id fore. Nam quemadmodum aliquid præter naturã mouetur, ita etiam præter naturam aliquid quiescit. Tex. 63.

F ¶ Duo isti textus nec sunt, nisi rarissimã in codicibus Græcis, neque ut Cõma. fatetur) in omnibus Arabicis: nec sunt. qui credant esse Arist. sed uel Eudemi, uel Theophrasti, quia certè nec materia, nec dictio grauitatem refert Arist. Neque Argy. nec Vata. nec boni traductores transferunt. Nos uerò aliũde fragmẽtum hoc desumpsimus: quia apud Boetium deprauatum est. Tex. ergo iste 6. repetitio formæ, neque adeo inutilis, est superioris text. 61. qui forsan neque est Arist. Dubitatio enim inquit est. Vtrum quies contraria sit motibus uiolẽtis, illa præter naturam, ubi

cessat

A cessat motus uiolentus. Quod certè uerbum non est Aristotelem. Docuit enim supra, ꝙ quies contraria motui, non est illa, quæ est in termino ad qué, sed illa quæ est in termino à quo. Vnde quies potius naturalis terræ in centro contrariatur motui eius uiolento sursum, quàm quies uiolenta sursum. Vtcunque tamen sit, de hac uiolenta quærit, an per se generetur. Et arguit ad partem affirmatiuam, ut supra. Cùm enim detur aliqua quies uiolenta, & illa non fuit sempiterna, sequitur ut sit facta: aliàs daretur aliquid, quod est, & non fuit semper, & tamen non est factum, Commen. putat, ꝙ aliter hic re-
B spondet Aristo. quàm in tex. 61. uidelicet, ꝙ illic negauerit quietem illam fieri, hic autem dicat aliquo modo fieri. s. à principio extrinseco. At uerò meritò de hoc Commen. ab omnibus repræhenditur: nam eadem est utrobiq; responsio. Nempe ꝙ talis quies non fit per se, sed per accidens deficiente impetu, quo res uiolenter mouebatur. Et hoc est, quod ait [sed patet id fore] i. talem quietem fieri. [Nam quemadmodum est motus præter naturam, ita & quies] i. quemadmodum motus talis fit à principio extrinseco impellente, ita & cessante impetu, fit per accidens illa quies.

C Cùm autem aliquibus motus secundùm naturam & præter naturam insit. ueluti igni is motus, qui est sursum, secundùm naturam inest. is autem, qui deorsum, præter naturam: nunquid hic sit illi contrarius, aut ille qui est terræ? Hæc enim secũdùm D naturam deorsum fertur, Aut palam, quia ambo, non tamen simili modo. Sed qui quidem secundùm naturam, sed secundùm naturam existentis est, eius autẽ qui ipsius, qui sursum ignis, ei qui deorsum, ut secundùm naturã existens, præter neturam existenti, & in quietibus similiter.

¶In tex. 65. mouet secundam dubitationẽ circa ea, quæ supra dicta sunt. Dictum enim est motus contrariari ratione terminorum ad quos, & cum aliquibus rebus (immo omnibus elemẽtis, ratione elementorum mixtis) du- E plex insit motus. s. naturalis & contra naturam, ut motus naturalis ignis est sursum: præter naturã uerò deorsum: terræ contra, motus deorsum est naturalis, sursum uerò uiolẽtus. Dubitatio est, motus naturalis ignis sursum utri sit contrarius motui, ne uiolento ignis an naturali terræ? uterq; enim est deorsum. ¶Solutio est, ꝙ utrique contrariatur, dissimili tamen modo. Nam hic. s. motus naturalis terræ, contrariatur illi. s. motui naturali ignis, ut tanquam ambo secundùm naturam contrariorũ elementorum. Ille uerò. s. motus uiolentus ignis, contrariatur illi. s. natura- F li eiusdem. ut id, quod est præter naturam, contrariatur illi, quod est secundùm naturam. ¶Adiiciunt adhuc text. alium hic nonnulli, qui repetitio est ad literam tex. 62. Et ideo nec Commenta. eum legit. neque est proinde cur nos legamus.

Finis quinti Libri Physicorum.



DO-



DOMINICI SOTO SEGOBIENSIS,

Theologi, ordinis Prædicatorum, ſuper Sextum Phyſicorum Ariſtotelis Commentaria.

A

DE MOTVS MAGNITUDINISQUE CONTINUATIONE, & diuiſione,

CAPVT I.

Tex. 1.



SI autem eſt continuum, & tangens, & conſequẽter, ut diffinitũ eſt prius (continua quidem quorum ultima ſunt unum, tangentia uerò, quorum ſimul, conſequenter autẽ B inter quæ nihil eſt eiuſdem generis) impoſsibile eſt ex indiuiſibiiibus eſſe aliquid continuum, ut lineam eſſe ex punctis: ſi linea quidem continuũ eſt, punctum autem indiuiſibile, neque enim unum ſunt ultima punctorum. non enim eſt hoc quidem ultimum: illud uerò alia quædam pars ipſius indiuiſibilis, neque ſimul ſunt ultima, C non enim eſt ultimum ullum eius, quod impartibile eſt. alterum enim eſt ultimum, & id, cuius eſt ultimum.

¶ Poſteaquam motus ſpecies (quæ ſunt uelut eius partes ſubiectiuæ) ſuperiori lib. explicatæ ſunt, atque adeo expoſitum ſit, unitatem numeralẽ motus in eius continuatione conſiſtere, D continuò ſubſequitur hoc libro 6. de motus continuatione dicere, ſed de motu in ordine ad eius partes quantitatiuas. Benè enim adnotauit Adaſtrus, ut ĩ proœmio dicebamus, quatuor priores libros Græcè de principiis inſcribi: quatuor uerò reliquos de motu. ¶ Secant hunc Librum interpretes in capita decem, Commenta. uerò in tex. 94. Poſſumus eum tamen maioris claritatis gratia in ſex membra diſtribuere. Duo namque priora capita in E hoc uerſantur, quòd nullum continuũ ex indiuiſibilibus componitur, ſed omne continuum (atque adeo omnis motus) eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Duo ſequenter proxima tractant de diuiſione motus. Et duo ſubſequentia de ordine partium motus. Septimum uerò caput eſt de ratione finiti & infiniti in motu. Atque octauum de diuiſione quietis. In duobus denique poſtremis diluit Phil. dubia quædam Zenonis aliorumq́ue id. genus antiquorum. F ¶ In primo ergo tex. huius capitis (quod uſque ad decimum tex. protenditur) ſtatuitur præcipua cõcluſio. Impoſſibile eſt continuum ex indiuiſibilibus eſſe compoſitum. Quam duabus rationibus, ex bina diffinitione cõtinui ſumptis, facit manifeſtum. Prima autem ratione non ſolùm demonſtrat

Partitio libri.

A ſtrat indiuiſibilia non poſſe eſſe continua, ſed (ad maiorem confirmationē) neque eſſe poſſe, aut contigua, aut conſequenter ſe habentia. Et ideo proponit. [Si autem eſt continuum &c.) impoſſibile eſt ex indiuiſibilibus componi, ut lineam eſſe ex punctis] ſuppoſito (ut res habet) ꝙ linea ſit de genere continuorum, punctum uerò ſit res indiuiſibilis. Probatur ſequela quò ad duas partes, ſcilicet ꝙ puncta neque continua, neq; tangentia.i.contigua eſſe poſſint. Continua ſunt, quorum ultima ſunt unum: contigua uerò quorum ultima ſunt ſimul: puncti autem nihil eſt ultimum: nam quod impers eſt.i.partibus carens, non habet ultimum (ultimum enim dicitur reſpectu partis, quę non eſt ultima) ergo puncta, neq; continua eſſe poſſunt, neque contigua.
B

Tex. 2. Amplius, neceſſe eſt autem continua eſſe puncta, aut tangentia ſe inuicem, ex quibus eſt continuum, eadem autem ratio eſt, & in omnibus indiuiſibilibus, continua quidem nō erunt propter dictam rationem: tanget autem omne, aut totum totum, aut pars partem, aut totum pars. Quoniam autem impers eſt ipſum indiuiſibile, neceſſe eſt totum tangere totum, totum autem totum tangens non erit continuum, cōtinuum enim habet hanc quidem aliam, illam uerò aliam partem. & diuiditur in ſic diuerſas, & loco ſeparatas. ¶ At uerò neq; conſequenter erit punctus ad punctum, aut ipſum nunc ad nūc ipſum, ut ex his ſit longitudo, aut tempus, cō ſequenter enim ſunt, inter quæ nihil eſt eiuſdem generis, inter autem puncta ſemper eſt linea & inter ipſa nunc tempus.
C

¶ Duas particulas habet hic text. 2. In priori confirmat ſecunda ratione puncta non poſſe eſſe contigua. Et eadem (inquit) ratio eſt de omnibus indiuiſibilibus. Si continuum (inquit) ut ex punctis, neceſſe eſt, ut puncta ſint continua, aut contigua, ſeu tangentia, immo ſequitur eſſe continua. Sed fortè particula diſiunctiua accipitur pro copulatiua, ut moris eſt apud Ariſt. ut ſit ſenſus neceſſe eſt eſſe continua, & à fortiori tangentia. Quod autem non poſſint eſſe continua iam oſtēſum eſt: ſed ꝙ nec poſſint ſe tangere, confirmatur. Illa, quæ ſe tangunt, aut tangunt ſe ſecundùm ſe tota, aut ſecūdùm partes: punctum quia eſt indiuiſibile non poteſt aliud tangere ſecundùm partem. Si uerò ſe tangant ſecundùm tota: non poſſunt continuum conficere: nam cuiuſuis continui monſtrare eſt partes loco ſemotas, quæ non ſe tāgunt. ut duæ extremæ tertiæ. Duo ergo ſecundùm ſe tota tangere ſe nequeunt, niſi penetratiuè ſe haberet quæcunque pars unius cum quacunque alterius. Magnū argumentum ſumitur ex his duabus rationibus, quòd punctum ſecundum Phil. diſtinguatur à linea, & linea à ſuperficie. Quod & in ſubſequentibus apparet. ¶ In ſecunda particula oſtendit, quòd neque puncta poſſunt ſe conſequenter habere quemadmodum neque duo inſtantia in tempore. Etenim ea ſunt conſequenter ſe habentia, inter quæ nihil mediat eiuſdem generis: ſed inter quæcunque duo puncta mediat linea, & inter quæcunq; duo nunc mediat tempus: ergo illa non ſunt conſequenter ſe habentia. Quòd ſi quis arguat, lineam non eſſe eiuſdem generis cum puncto, quia linea eſt quantitas, punctum uerò nō niſi principium quantitatis: & ideo nihil prohibet, quominus puncta conſequenter ſe habeant: ueluti homines, inter quos mediat lapis. Reſpondetur, quòd punctum, & linea ſunt eiuſdem generis: quia punctum eſt principium de genere quantitatis. Sed præterea reſpondetur, quòd cum inter quęcunque duo puncta intercedat linea habens infinita puncta, inter quæcunque duo me-
D E Nota. F Nota.

A diat punctum:& per consequens nulla sunt consequenter se habentia.

Tex. 3. Amplius autem diuideretur in indiuisibilia, si ex quibus est utrunque, in ipsa diuiditur, sed nullum est conti nuorũ in imperita diuisibile. ¶ Nullum autem aliud genus potest esse inter pũcta, & inter ipsa nunc; si enim erit, manifestum est, quòd aut diuisibile, aut in indiuisibilia erit, & si diuibile, aut in indiuisibile, aut in semper diuisibilia, hoc autem est cõtinuum. ¶ Manifestũ autem est, quòd & omne continuum est diuisibile in semper B diuisibilia. Si enim in indiuisibilia diuidetur, erit indiuisibile indiuisibile tangens, unum enim est ultimum cõtinuorum & tangunt.

¶ In tex. hoc 3. tres sunt particulæ. Est namque diuisio Commentatoris confusa, & quæ congruentior, atque lucidior esse posset. Primò ergo subiicitur tertia ratio principalis ad principalem conclusionem ex secunda diffinitione continui. Est enim continuum diuisibile in semper diuisibilia. Si uerò continuum componeretur ex indiuisibilibus, cùm omne compositum C resoluatur in ea, ex quibus componitur, diuideretur continuum in indiuisibilia: atque adeo in non semper diuisibilia, contra eius diffinitionem,

¶ In secunda particula explicat amplius id, quod tex. superiori dixerat. s. inter quæcunque duo puncta mediam esse lineam, & inter quęcunque duo instantia, medium esse tempus. Ratio est hæc. Duo puncta non possunt se tãgere, ut dictum est, si ergo sunt duo, necesse est, ut situ distent, & per cõsequẽs aliquod sit inter ea medium. Hinc incipit ratio tex. (si enim erit) idest si inter quæcunque duo puncta est aliquod medium, aut erit diuisibile, aut indiuisibile, ꝙ nõ sit indiuisibile: tanquam no tum prætermittit: nam indiuisibile me D dium impedire non ualet, ne extrema se tangant: quia non potest facere, ut distent. Si autem est diuisibile, aut diuiditur in non semper diuisibilia: & hoc non, quia diuisibile nõ constat ex indiuisibilibus: aut est diuisibile in semper diuisibilia: & hoc est esse cõtinuũ. Cõtinnum autem inter duo puncta esse non potest, nisi linea quæ est indiuisibilis latitudine & profunditate: atq; adeo ad imaginationem fit ex ductu pũcti. Eadem analogia comprobatur inter quæcunque duo instantia interesse tempus. ¶ In tertia particula patefacit hoc toties assertum, quod continuum sit diuisibile in semper diuisibilia. Nam E dato opposito, sequitur, ꝙ aliqua eius pars sit indiuisibilis: & cùm omnes partes se tangant in eodem ultimo, sequitur, ꝙ indiuisibile habet ultimum, quo tangit aliud indiuisibile. Quod mõstratum est repugnantiam inuoluere.


Eiusdem autem rationis est, & magnitudinem & tempus, & motum, ex indiuisibilibus componi, & diuidi in indiuisibilia, aut nullum. Tex. 4.

¶ Cùm monstrauerit conclusionem. F s. continuum, neque componi ex indiuisibilibus, neque diuidi in indiuisibilia, exemplo magnitudinis, ubi res oculatius patet, progreditur eam ostendere in motu, & tempore: quæ sunt etiã de genere continuorum. Et ideo (ait) in hoc tex. 4. eiusdem rationis esse, aut omnia tria componi ex indiuisibilibus, diuidique in indiuisibilia, aut nullum eorum.

Manifestum est autem ex his, si Tex. 5. enim magnitudo ex indiuisibilibus componitur: & motus qui huius est, ex æqualibus motibus erit indiuisibilibus. Vt si magnitudo. ABC. ex ipsis. A, B, C. sit indiuisibilibus: motus in quo. D E F. quo motum est ipsum P. super lineam. A B C. unamquamque partem habet indiuisibilem.

¶ Con.

A



¶ Confert primo magnitudinem cũ motu. tex. 10. utrunque cum tempore. Et in hoc tex. 5. solum proponit cõclusionem cum suo exemplo, scilicet q̃ si magnitudo componatur ex indiuisibi-
B libus, consequitur, ut & motus constet etiam ex indiuisibilibus: ut si magnitudo componatur ex A B C. partibus indiuisibilib. motus quo G. mouetur super lineam. A B C. constat etiam ex partibus. D E F. itidem indiuisibilibus.

Tex. 6. Si igitur pręsente motu necesse est moueri quippiã, & si mouetur quippiam, necesse est adesse motum, & moueri ipsum erit ex indiuisibilibus. Per A igitur, motũ est ipsum. P. quo D. motum est motu, per B. uero, quo ipsum. E. & per ipsum. C. similiter, quo. F.

¶ Ante probationem conclusionis
C pręmittit duas suppositiones. Prima in hoc tex. 6. est, q̃ nihil mouetur nisi tũc, quando mouetur, præsentẽ habeat motum: & quandocunque res habet præsentem motum in actu, tunc mouetur. Veluti nihil est album, nisi actu habeat albedinem: & quicquid actu habet albedinem, mouetur. Tunc enim (inquit) si magnitudo est ex indiuisibilibus, & moueri ipsum erit ex indiuisibilibus. Exempli gratia. Per A. partem magnitudinis mouebitur. G. mobile, parte motus, quæ est. D. indiuisibili & per B. mouebitur parte, quæ est. F. Nam si motus debet esse præsens quandocunque res mouetur, cuiusque parti spacij sua respondet pars motus.

Si igitur necesse est id, quod mo- D
uetur alicunde aliquo, non simul mo- Tex. 7.
ueri, & motum esse, quo mouebatur quando mouebatur (vt si Thebas quis it, impossibile est simul ire Thebas, & iuisse Thebas) per. A. igitur impers, motum est ipsum. P. quatenus D. motus aderat. Quare si posterius quidem transiuit quàm transibat, diuisibile utiq; erit. cùm enim trãsibat, neque quiescebat, neque trãsierat, sed in medio erat. Si autem simul transit & transiuit id, quod proficiscitur, cũ proficiscitur profectum eo erit, & motum, quò mouetur. E

¶ In textu septimo præmissa suppositione secunda, exorditur probationem. Suppositio est, quòd rem moueri ad certum terminum, prius est, quàm motam esse. Vt si quis it Thebas, impossibile est simul ire, & iuisse, idest peruenisse. Nam licet motus, & terminus ad quem non sint propriè cõtraria (ut lib. 5. tex. 54. dicebamus) repugnat tamen, sicut imperfectum, & perfectum. Aggreditur ergo probare intentam conclusionem. Si G. mouetur per partem. A. ea parte motus, quæ est. D. tunc aut prius erit. G. transire per A. quam transiuisse: iuxta secun- F
dam suppositionem: & hoc dato, sequitur, quòd pars spacij. A. erat diuisibilis: nam cùm uerum erat dicere, per tempus imperfectum, quod G. transibat per. A. neque quiescebat neq; transierat, idest nec erat in termino à quo, nec in termino ad quem, sed in medio, extrema uerò, & medium esse nequeunt, nisi in re diuisibili. Si autem non prius. G. mouebatur per A. quàm motum erat, sequitur contra secundam suppositionem, quòd id, quod proficiscitur, idest incipit moueri, simul cùm incipit, profectum erit eo, quò mouetur, idest erit in uia ad terminum: & motũ erit,

A ideſt erit iam in termino. Summa rationis eſt, quòd cum motus idem ſit: quod tranſitus ab extremo in extremum per medium, fieri nequit per indiuiſibile.

Tex. 8. Si uerò per totũ. ABC. moueatur aliquid, & motus, quo mouetur eſt DEF. per ipſum autem A. impers nihil mouetur ſed motum eſt: erit utique motus, non ex motibus, ſed ex momentis. ¶ Et moueri aliquid non motum. A enim tranſiuit non tranſiens. Quare erit aliquid tranſiſſe nũquam tranſiens. Hoc enim tranſiuit non tranſiens hoc.

B ¶ Infert ergo in tex. 8. intentam cõcluſionem, atque adeo primum trium inconuenientium, quæ illã ſubſequuntur, Syllogiſmus eſt hic conditionalis hypotheticus ex tribus præmiſsis. Si detur ergo, quòd aliquid puta. G. mouetur per totum. A B C. & motus, quo mouetur eſt D E F. & per indiuiſibile nihil mouetur (ut iam modò oſtendebatur) ſed motum eſt, ſequitur ut motus D E F. non conſtet ex motibus, ſed ex mutatis eſſe, quæ ſunt indiuiſibilia, ut partes ipſæ magnitudinis. Nam ſi D E F. eſſent motus, cùm præſente motu (ut aſſerebat prima ſuppoſitio) neceſſe ſit aliquid moueri. G. moueretur per ſingulas partes ſpacij: quod, cùm ſint indiuiſibiles, eſt impoſsibile. ¶ Ex hac concluſione infert tria inconuenientia. Et quia primum infert, complexiuè & copulatim cum ipſa concluſione, non ſecuit hic Commen. tex. 9. Dato ergo, quòd motus componatur non ex motibus, ſed ex mutatis eſſe, ſequitur aliquid moueri non motu. i. aliqui, quod nunquã mouebatur, perueniſſe ad terminum, eſſeque mutatum, Nã ſequitur ꝙ G. trãſibit per A. non tranſiens. i. ꝙ mutatũ eſt in finem ipſius. A. cum tamen nunquã fuerit uerũ, quod trãſibat ipſum. quæ ſecum repugnantia ſunt.

C

Si igitur neceſſe eſt aut quieſcere, aut moueri, omne, q̃eſcit ſanè in vno quoque eorum, quæ ſunt ABC. Quare erit aliquid, quod cõtinuè quieſcit ſimul, & mouetur, per totum enim ABC. mouebatur, & quieſcebat ſecundum quamlibet partem, quare & per totum. ¶ Et ſi indiuiſibilia quidem DEF. motus ſunt motu præſente, contingit utique non moueri, ſed quieſcere, ſin verò non ſunt motus, motum non ex motibus eſſe. D Tex. 9.

¶ In tex. 9. infert duo alia impoſsibilia ex concluſione. Secundum ergo eſt, quod ſequeretur aliquod mobile per totum aliquod ſpatiũ ſimul & moueri & quieſcere. Dictum enim eſt. G. mobile moueri per totũ ſpatiũ ABC. Et pariter probatum eſt per nullam illarum moueri cùm ſint ſingulæ indiuiſibiles: & cum omne nobile ſemper, aut quieſcat aut moueatur, colligitur, ut in ſingulis quieſcat, quod autem in ſingulis partibus ſpatij quieſcit, in toto quieſcit. Quò fit, ut ſimul & in toto quieſcat, & per totum moueatur. ¶ Tertium inconueniẽs eſt (vt alijuolunt) licet mihi potius videatur concluſionis intentæ repetitio. Aut partes illæ motus D E F. ſingulæ ſunt motus, aut non, ſi ſic cùm motu præſente neceſſe ſit (ut ſuppoſitum eſt) mobile moueri, mouebitur mobile in ſingulis partibus indiuiſibilibus ſpatij: quod probatum eſt impoſsibile. Si verò illæ partes non ſunt motus, ſed mutata eſſe indiuiſibilia, ſequitur propoſita concluſio quòd ſi magnitudo cõponitur ex indiuiſibilibus, idem accidit motui. E F

Perinde autem neceſſe eſt atque longitudo, motuſque, indiuiſibile eſſe tẽpus, componique ex ipſis nunc, & his quidẽ indiuiſibilibus, ſi enim omnis diuiſibilis eſt, in minori autem tempore æque velox tranſibit Tex. 1[illegible]

minus,

A minus, diuisibile erit & tempus, si autem tempus diuisibile est, in quo fertur aliquid per A. & A. erit diuisibile.

¶Idē quod probauit de motu, subiungit probare de tempore nempe, q si spatium, & motus non sunt diuisibilia in semper diuisibilia, eadem sit ratio de tempore. Et re uera aptius hic tex positus esset in initio sequentis capitis, quàm in calce huius: eò quòd totum sequens caput versatur in demonstrationibus huius conclusionis. Proponit ergo primò conclusionem dicens, quòd si lōgitudo (scilicet spatium) motusque indiuisibilis sunt, id est ex indiuisibilibus cōponunt, necesse est & tempus indiuisibile esse. i. ex B instantibus indiuisibilibus componi. Pro eodem enim accipit, quòd longitudo motus, aut tempus sint res indiuisibiles, & quod componantur ex indiuisibilibus, nam si pars est indiuisibilis, totū est indiuisibile. Facit tres demonstrationes. Prima sumitur ex motu æque ueloci: secūda ex proportione duorū mobilium inęqualis velocitatis, tertia ex more loquēdi philosophorū. Illatio prima est huiusmodi. Si motus est diuisibilis, ille, qui in una C hora transit aliquod spatium, si sit æque uelox, in minori tempore pertrāsibit minus spatium, & per consequēs tempus erit diuisibile, siquidem habet maius, & minus. Et si tempus est diuisibile, quo mobile mouetur per. A. spatium, A. erit pariter diuisibile, hinc sequitur intenta conclusio ex opposito consequentis ad oppositum antecedentis scilicet quod si neque spatium, neque motus sunt diuisibilia nec tempus erit diuisibile.

¶*Sequitur continuo caput. 2.*

D

DE TEMPORIS ac magnitudinis continuatione & diuisione. Tex. 11.

CAP. II.



Q VONIAM autē omnis magnitudo in magnitudines diuisibilis est (ostēsum. n. est, q impossibile est ex indiuiduis aliquod continuum esse, magnitudo autem omnis continua est) necesse est uelocius in æquali tempore maius, & in minori æquale, & in minori plus transire. sicut definiunt quidā ipsum uelocius. Sit enim ipsum ī quo E A. eo in quo. B. velocius. quoniā igitur uelocius est id, quod prius mutatur: in quo tempore ipsum. A. mutatum est ab ipso. C. in ipsum D. veluti in tpore FG in hoc ipsum. B. nō dū erit iuxta ipsum. D. sed citra erit. Quare in æquali tempore plus transit ipsum uelocius.

Caput secundū, quod tredecim textibus distributū est p septē quidē priores tex. uersatur in demonstrationibus prædictæ cōclusionis: in reliquis uerò tractat de rationē finiti & infiniti magnitudinis, & temporis, secunda er- F go demonstratio sumitur ex proportione duorum mobiliū. Sed prius (supposito ex dictis quòd omnis magnitudo est diuisibilis) iacitur trimēbre hoc fundamētū. Ex duobus mobilibus inæqualis uelocitatis, uelocius in tpe æquali maius pertransibit spatiū: & in minori æquale, & in minori plus. Hæc enim (inquit) ē definitio huius quod est esse uelocius. Ait, sicut quidā definiūt nō quia ambigat, sed qa nō est definitio, nisi à posteriori & ab effectu. Subijcit exemplū primi. Si ipsum (inquit) ī quo. i. ipsum. A. velocius sit eo, in quo. B. i. ipso. B. & A. in una hora (quæ sit A. E.) mouetur per spatium.


A C B

D

A AC. usque ad. D. ipsum B. in eodem tempore non pertinget usque ad D. sed erit citra.

Tex.12. At verò & in minori, plus illo, In quo enim ipsum. A. fuit iuxta ipsum D. ipsum. B. tardius existens erit iuxta. E. ergo, quoniā ipsum A. iuxta ipsum. D. fuit toto in tēpore. FG iuxta ipsum H erit in minori isto. & sit in tempore FK. ipsum igitur C H. ꝙ transiuit ipsum. A. maius est ipso. CE. tps aūt ꝙ est, FK. minus est toto FG. Quare in minore trāsiuit maius.

B ¶Subiungit in hoc tex. 12. exemplum tertij mēbri. s. ꝙ velocius in minori tempore pertransit maius spatiū. Detur enim, ꝙ A. mobile in tempore FG. [quod sit una hora] pertranseat totam longitudinem. C D. in quo tēpore B. in duplo tardius motum petranseat medietatem. s. C E. Tūc arguitur. Si A. in tempore. FG. pertransit totam lineā. C D. in minori tpe quod sit. FK. [s. in tribus. quartis horæ] trāsiuit tres quartas lineæ. s. a C. usque ad. H. quod spacium maius est, quàm C E. quod B. trāsibit in una hora. Atque adeo. A. in minori tpe maius pertransiuit spciū.



C

Tex. 13. Manifestum est aūt ex his: & ꝙ ipsum uelocius in minori tēpore transiuit æquale. Quoniam enim maiorē lineam in minori trāsit, quā id, quod tardius est, ipsum aūt secundùm seipsum acceptum in pluri tēpore maiorem minori ut eam, quæ est L M. ea, quæ est. LO maius utiq; erit tēpus. Q R. in quo L M. transit, quā tēpus. Q S. in quo lineam: LO. Quare si tēpus QR. minus erit tempore. QY. in quo id, quod tardius est, transit lineam L O. & tempus. Q S. minus est eo, ī quo. QY. nā tēpore. QR. minus est, quod autē minore miuus est, & ipsum minus est, Quare in minori mouebitur per æquale.

D ¶Adijcit tandem in tex. 13. exēplū secundi mēbri scilicet ꝙ velocius mobile in minori tempore transiuit ęquale. Et re vera [sine aliquo negotio] si A. in minori tempore pertrāsit maius spatium quàm. B. in minori, à fortiori poterit pertrāsire æquale. Addit veruntamen duas alias rationes. Prima supponit duo, quæ iam modò probata sunt, scilicet quòd uelocius mobile in minori tempore pertransit maius spacium quàm tardius in maiori: & præterea quòd idem mobile in maiori tempore plus transit, quàm in minori. Quibus suppositis, formatur sic argumentum. Si. A. mouetur per totam lineam. L M in tempore. Q R. detur [per primam suppositionem] quòd B. in tempore maiori [quod sit. Q. Y] pertranseat minorem lineam. s. L O. Tunc sic. Si. A. in tempore. Q. R. transit lineam. L. M. in tempore minori ꝙ est. Q S.]per secūdam suppositionem] transiuit. L O. Et cum Q S. tempus sit minus, quā Q R. à fortiori erit minus quàm Q Y. quod erat maius, quàm Q R. & per consequens. A. in minori tempore transit æquale spatiū illi quod. B transit in maiori.



E

F

Tex. 14. Amplius autem si omne necesse quidem est aut in æquali tēpore, aut in minori, aut in pluri moueri, & id quidē quod in pluri tardius ē, quod autem in æquali æque uelox, uelocius autem neq; æque velox est, neque tardius. neq; utique in æquali neque ī pluri mouetur ipsum velocius. Relinquitur igitur in minori. Quare necesse est ęqualem magnitudinem in minori tempore transire id, quod velocius est.

¶In textu 14. adiungit ad idem exēplum secundam rationem hanc. Datis duobus mobilibus. quæ per æqualia spatia mouentur, aut mouentur in tēpore æquali, aut unū in minori, quā alterum, aut in maiori: id autem, quod mo-

A mouetur in maiori, est tardius mobile:& id, quod mouetur in ęquali, est æquè velox: sed A. neque est tardius mobile, quàm B. neque ęquè uelox, sed uelocius: ergo neque mouetur per æquale spacium in maiori tempore, neque in æquali, atque adeo sequitur, ut moueatur in minori.

Tex. 15. Quoniam autem omnis quidem motus in tempore est, & in omni tempore possibile est moueri, omne autē qđ mouetur, potest & uelocius moueri, & tardius: in omni tempore erit ipsum uelocius moueri, & tardius. His autem existentibus necesse est, & tempus continuum esse. Dico autem
B continuum id, quod est diuisibile in semper diuisibilia Tali enim supposito continuo necesse est continuum esse tempus.

¶In tex. 15. ex supradicto fundamēto, quod tribus exemplis explicitum est, colligit Phil. conclusionem, quòd quemadmodum magnitudo & motus, ita & tempus est continuum i. diuisibile in semper diuisibilia. Hæc enim (inquit) supponenda est esse diffinitio cōtinui. Syllogizatur conclusionem hoc modo. Motus fieri non potest nisi in tempore: quia est mensura motus, ut lib. 4. probatum est [& eadem ratione
C è conuersò in omni tempore potest esse motus] sed omnis motus potest esse uelocior & tardior, ergo uelocius, & tardius reperitur in tempore tāquam in mensura. Et cùm mensura [ut habetur. 10. metaph. tex. 2.] sit eiusdem generis cum mensurato: [non enim pannum metimur modio, sed ulna, quæ est quantitas continua, ut pannus, sit, ut si motus est quantitas cōtinua, sit etiam & tempus.
Obiect. ¶Sed est hic argumentum duplex. Primum. Si ex sola continuitate motus sequitur continuitas temporis, eo quòd est eius mēsura, quid opus fuit interserere illam præmissam de uelocitate? Alterum est quòd non in omni motu inuenitur uelocius & tardius, D
ut patet in motibus cœlorum. Ad primum respondetur, quòd solùm claritatis gratia facta est mentio uelocitatis. Solutio.
Nam maior & minor uelocitas definitur per minus & maius tempus: minus autem & maius perspicacius ostendūt rem esse diuisibilem, ut text. sequenti oculatius patebit. ¶Ad secundum respondetur primò, quòd licèt motus eiusdem orbis non sit uelocior & tardior, tamen motus superioris orbis uelocior est motu inferiori. Ad rem tamen propinquius aliter respondet Sāctus Thom. nempe quod Phi. loquitur de motu secundum generalem rationem motus: rationi autem motus nihil repugnat esse ucloriorem, aut tardiorem: sed in particulari ratione subiecti naturæ cœli repugnat, ut sit eius motus difformis. Quemadmodū quantitati in genere non repugnat diuidi in semper diuisibilia, & quodcunque recipere crementum licet cuilibet rei naturali, præscriptus sit terminus augmēti, & decrementi.

Nota quæ sò ingenio sā D. Thomæ respōsionem.

E

Tex 16. Quoniam enim ostensum est, qđ uelocius in minori tempore transibit æquale: si id quidem in quo. A. uelocius, id autem in quo B tardius, & sit motum id, quod tardius est per magnitudinem, in qua CD. in tempore,
F FG. manifestum est igitur, q͂ uelocius in minori, quàm hoc mouebitur per eandem magnitudinem, & sit motū in tempore. FH Rursus autem quoniam id, quod uelocius est in tempore. FH. transibit totam lineam. CD. ipsum tardius in eodem tempore minorem transibit. Si igitur in qua CK. Quoniam autem ipsum tardius, quòd est B. in tempore FH. ipsam CK trāsiuit id quod uelocius est, in minori transibit. Quare iterum diuidetur tempus. FH. hoc autem diuiso, & ma-

A magnitudo C K. diuidetur secũdùm eandem rationem, si uerò magnitudo, & tempus, & semper hoc erit accipientibus post uelocius tardius, & post tardius uelocius, & eo, quod demonstratum est, utentibus, diuidet enim id, quod est uelocius: tempus. tardius autem longitudinem, si igitur semper quidem uerum est conuerti, conuerso autem semper fit diuisio, manifestum est, ꝙ omne tempus cõtinuum est. Simul autem manifestũ est, quòd & magnitudo omnis continua est, eisdem enim & æqualibus di
B uisionibus & tempus, & magnitudo diuiditur.

¶In tex. hoc 16. ingeniosè sanè demonstrat, quòd non solùm tempus est diuisibile, quemadmodum & magnitudo, & motus, sed ꝙ diuisio magnitudinis, & diuisio temporis mutuò se consequãtur, ut uelocitas, motus sit in causa diuisionis tẽporis: tarditas uerò diuisionis magnitudinis. Supposito enim, inquit, exemplo tertio loco exposito, scilicet ꝙ uelocius in minori tempore æquale transit spacium illi, quod tardius transit in maiori: sit. B. tardius mobile, quod trãsit magnitudinem. C. D. in tempore. F. G. manifestum est, ꝙ A. mobile uelocius transibit eandem magnitudinem in tempore minori, Puta F. H. Attende quonammodo uelocitas magnitudine indiuisa, diuidit tempus. Rursus si A. transit totam lineam. C. D. in tempore. F. H. tũc. B. quia tardius est, in eodem tempore transibit minorem lineam. s. C. K. Et nunc aduerte quemadmodum tarditas, tempore indiuiso diuidit magnitudinem. Rursus si. B. in tempore. F. H. transit lineam. C. K. in minori tempore. A. uelocius mobile transibit eandem lineam: & per consequens nõ diuisa magnitudine tempus. F. H. diuidetur. Quod si. A. in tempore minori quàm. F. H. transit. C, K. tunc.

C
F H G
A C B
K
D

B. in eodem tempore trãsibit minorem D lineam. Et semper (inquit) ita continget accipiendo post uelocius tardius, & post tardius uelocius. Vtentibus namque simili demonstratione, compertum fiet, quomodo uelocitas diuidit tempus, tarditas uerò magnitudinem spacij. Quòd si ita se (inquit) conuersim habent magnitudo & tempus, manifestum est, quòd omne tempus est continuum: & simul manifestum est, quòd omnis magnitudo est continua. Eisdem enim diuisionibus, ut dictum est, tempus & magnitudo diuiduntur in semper diuisibilia per uelocitatem & tarditatem motus: continuum autem iam dictum est, idem esse, quod diuisibile in semper diuisibi- E lia. ¶Commenta. in illis uerbis [simul autem] intercedit tex. decimum septimum. Ineptissimè tamen non aduertens eandem esse complexam conclusionem, quæ simul ex eisdem præmissis infertur, & tempus esse cõtinuum, & magnitudinem esse continuam.

Amplius autem, & ex consuetis rationibus dici manifestùm est: quòd si tempus continuum est, ꝙ & magnitudo, siquidem in dimidio tempore dimidium transit, & simpliciter in minori minus, eædem namque diuisiones erunt temporis, & magnitudinis. Tex. 17. F

¶ In particula ista text. 17. [ubi aptior fuisset textus distinctio] probat tertia ratione principalem conclusionem ex modo loquendi consueto. Nam quicquid uniformi motu in aliquo tempore peragit certum spacium in dimidio tempore transit dimidium spacium: & in tertia parte temporis tertiam partem spacij: & in quarta quartam: & ita proportionabiliter ad diuisionem temporis sequitur diuisio magnitudinis & è conuerso. Et per cõsequens si unum est diuisibile, est pariter & alterum.

A Etsi alterutrum infinitum est, & alterum, & ut alterum & alterum est, ut si extremis quidem infinitum est tempus: & longitudo extremis. si uerò diuisione: & diuisione longitudo. si autem utrisque tempus: utrisque & magnitudo.

Tex. 18.

¶ Stabilita iam satis conclusione prima, scilicet quòd eodem modo, quo magnitudo, est & tempus diuisibile, in quatuor textibus subsequentibus ostendit eandem esse utriusque rationem de infinitate. Est enim infiniti duplex genus, aut quia caret extremis

Duplex infinitum.

B punctis, scilicet quia est quantum non terminatum: & hoc appellat hic infinitum extremis: alio modo accipitur infinitum diuisione, quia scilicet est diuisibile in semper diuisibilia sine termino: quod nuncupatur infinitum in potentia. Quemadmodum quodcunque continuum est infinitum. Ait ergo, quod si magnitudo est infinita, & tempus est infinitum, & è conuerso. Et eo modo, quo unum est infinitum, est & alterum. ut si unum est infinitum carens extremis, erit & alterum. Nam per infinitam lineam non potest quippiam moueri, nisi tempore infinito:

C & quicquid mouetur tempore infinito mouetur per infinitam lineam: aut rectam, si rectè mouetur: aut infinitis circulationibus, si mouetur circulariter.

Tex. 19.

Quapropter Zenonis ratio falsum accipit, non esse possibile infinita pertransire, aut tangere infinita secùdùm unumquodque finito in tempore; dupliciter enim dicitur & longitudo, & tempus infinitum, & omnino omne continuum, aut secundùm diuisionem, aut extremis. Infinita igitur secundùm quantitatem non contingit tangere in tempore finito. quæ uerò sunt infinita secundú D diuisionem contingit, etenim ipsum tempus sic infinitum est. Quare in infinito & non finito accidit transire infinitum, & tangere infinita, infinitis non finitis. Neq; ergo infinitum potest in tempore finito transire, nec in infinito finitum. Sed si tempus quidem infinitum sit, & magnitudo erit infinita, & si magnitudo, & tempus.

¶ Ex distinctione posita infiniti respondet sophistico cuidam Zenonis argumento, quo probare contendebat nullum continuum quantumcunque E paruum (si modo infinita instantia contineat, infinitasque partes) posse pertransiri minori tempore, quàm infinito. Nam si infinita (inquit) sunt instantia in pedali, necesse est ut mobile singula tangat: quæ cum sint infinita, fieri non potest nisi in tempore infinito. Respondet Philo. quòd dupliciter (ut dictum est) aliquid est infinitum, scilicet aut diuisione, aut quia caret extremis. Illud infinitum, quod caret extremis, tangit totum, ac pertransiri non potest in tempore finito: sed illa, quæ diuisione sunt infinita transiri possunt tempore finito. Nam ut in magnitudine finita F infinita sunt puncta. ita in tempore finito sunt infinita instantia. Solutio quidem uera, quam dabit lib. 8. non est hæc, sed quod in magnitudine finita non sunt infinita puncta, & partes in actu, sed solùm in potentia: & ideo non numerantur sigillatim per motum: sicut nec instantia temporis. Hic tamen solum respondet ad hominem: quoniam sicut arguebat Zeno infinita puncta esse in magnitudine finita, aduertere debuisset & etiam in tempore finito esse eodem modo infinita instantia: atque adeo non esse maiorem magnitudinem, quàm est tempus. Et ideo concludit, quod infi-

A infinitum [scilicet magnitudine] accidit transire non tempore finito, sed infinito: infinita verò puncta, quæ sunt in potentia accidit tangere, non in instantibus finitis, sed infinitis, quæ sunt pariter in potentia in tempore. Ac denique in calce textus statuit conclusionem, quòd neque infinitum spatium potest mobile transire tempore finito, neque è conuerso, per spatium infinitum potest moueri tempore infinito: sed[ut in principio propositum est] si tempus est infinitum, magnitudo erit infinita: & conuersim si magnitudo est infinita, & tēpus est infinitū.

Tex.20. Sit enim magnitudo finita, in quo
B AB. tempus autem infinitū, in quo C. Accipitur igitur temporis aliquid finitum, in quo C.D. in hoc ergo transibit aliquid magnitudinis. & sic quod transitum est, in quo. A E. hoc autem, aut mēsurabit id, in quo A B aut deficiet, aut excedet, differt enim nihil, si enim semper æqualem ei, quæ est. A E, magnitudinem in æquali tempore transibit, hoc autem mensurat totum, finitum erit omne tempus, in quo transibit. in æqualia enim diuidetur, sicut & magnitudo.

C ¶ Demonstrat dictam conclusionē: & primò primam partem duabus rationibus, videlicet, quòd si tempus est infinitum, magnitudo est infinita. Nam detur oppositum, quod per magnitudinem finitam moueri quippiam potest in tempore infinito. Et sit illa magnitudo. A, B. in cuius transitu consumitur tempus. C. infinitum. Tunc signata vna parte illius temporis infiniti [quæ sit. C.D. manifestum est, quòd in illa parte transitur una pars totius totius lineæ: quæ pars sit A E. quo dato, sic arguitur. Aut illa pars. A E. mensurabit totam lineam AB, aut deficiet, aut excedet. Partem mensurare totū, est esse partem aliquotam, quæ aliquoties sumpta reddit adæquatè totum. ut binarius sexies facit duodecim: & ternarius quater: & quaternarius ter. Pars deficiens est, quæ aliquoties sumpta non adæquat totum: & excedens est illa, quæ aliquoties sumpta, superat totum. Vnde eadem pars est deficiens & excedens: ut ternarius respectu octonarij est deficiens, quia bis sumptus, non attingit octo, & ter sumptus, excedit. Ait uerò, quòd nihil refert quomodo se habeat illa pars. Si enim aliquoties sumpta reddit totum adæquatè, pariter pars temporis. C.D. toties sumpta adæquabit totum tempus, quo pertransitur tota linea. A, B. & per consequens si linea est finita, tempus est finitum. Si uerò. A E. non sit pars aliquota, aliquoties sumpta excedet totam lineam: unde eadem ratione pars temporis. C.D. superabit totum tempus, quo pertransitur tota linea. Et per consequens repugnat, quòd per lineam finitam aliquid moueatur tempore infinito.



D

E

Tex.21. Amplius autem, si non omnem magnitudinem in infinito tempore transibit, sed contingit aliquam & in finito tempore transire, ut eam, quæ est. A E. hæc autem mensurabit totam: & æqualem in æquali transibit quare finitum erit & tempus. Quod
F autem non in infinito transibit eam, quæ est. A E. manifestum est, si accipiatur altera ex parte finitum tempus. Si enim in minori partem transibit: hanc necesse est finitā esse altero quidem termino existente.

¶ In tex.21. adhibet demonstrationem secundam nihil differentē à prima, sed repetit eam, ut respondeat cuidam obiectioni, qua quis posset eum inficiari. ¶ Demonstratio est hæc. Quanuis ita per impossibile daretur, quòd aliqua magnitudo finita transiretur tempore infinito, negari tamen non potest, quin aliqua magnitudo finita

A nita transeatur tempore finito, ut experientia compertum est: & in motibus naturalibus, & in uolútarijs. Quòd si dederis illam (v.g) esse A E. partem totius magnitudinis, iam monstratum est, quod quemadmodum illa aliquoties sumpta reddit, aut superat totam magnitudinem. ita tempus finitum, qua illa transitur, adæquat, aut superat totum tempus, quo tota magnitudo A.B. transitur: & per consequens totũ tempus est finitum sicuti magnitudo. At uerò si proteruus quispiam dixerit, quòd mobile transiens tempore infinito totam lineam. A, B. non transit B partem. A E. tempore finito, sed similiter infinito: hoc (inquit) manifestè est falsum, si accipiatur ex altera parte tempus finitum, idest si uersus aliud extremum signetur quæuis particula quantuncunque parua, quæ transeatur tempore finito. Quod necesse est dare nam (vt modo dicebamus) experiẽtia compertum est tempore finito aliquã magnitudinem finitam posse transire. Hoc enim dato, arguitur sic. Si mobile in minori parte temporis transit partem magnitudinis, quàm totam magnitudinem (quod per se notum est) & tempus, quo transit reliquam partem magnitudinis versus aliud extremum, scilicet partem. E, B. est finitũ: C sit, ut tempus, quo transitur pars. A E. sit finitum. Nam sicut illa minor pars magnitudinis habet proportionem finitam ad maiorem, ita & pars temporis, quo illa transitur, habet proportionem finitam ad aliam partem temporis. Ordinetur ergo sic illata illa conclusio [Hanc (scilicet partem temporis, qua transitur pars magnitudinis A E.) necesse est esse finitam, altero termino existente] idest cum altera pars temporis, qua transitur. E, B. habeat terminum, idest sit finita.

Tex. 22. Eadem autem demonstratio est, etiam si longitudo quidem infinita sit, tempus autem finitum. ¶ Manifestum est igitur ex dictis: quòd neque linea, neque planum, neque omnino continuorum ullum erit indiuiduum: non solùm propter id, quod nunc dictum est: sed & quia accidet diuidi indiuiduum. D

¶ Simili, inquit, demõstratione constare potest secunda pars cõclusionis: nempè, quòd si magnitudo est infinita, tempus ad eius transitum requisitum sit infinitum. Nam detur oppositum consequentis cum antecedente, scilicet quòd spatium infinitum peragatur tempore finito: & signetur una quæuis pars finita illius magnitudinis infinitæ: illa [certum est] transibitur E aliqua parte illius temporis: & cum pars illa temporis finiti aliquoties sumpta, aut adæquat, aut superat totũ tempus: & in similibus partibus temporis similes partes magnitudinis transeuntur, sequitur, quòd pars etiam illa magnitudinis aliquoties sumpta, aut adæquabit, aut excedet totam magnitudinem illo tempore pertransitam: & per consequens ex finitate temporis, sequitur finitas magnitudinis. Concludit ergo conclusionem principaliter intentam in his duobus capitulis, F quòd neque linea, neque superficies, neque continuorum vllum, scilicet corpus, aut motus, aut tempus est indiuisibile: non solùm propter rationes factas, quibus impossibile esse monstratum est, ut continuum componatur ex indiuisibilibus, sed propter nouam, quæ textu sequenti subiungitur: nempè, quia tunc sequeretur contradictio hæc, quòd indiuisibile esset diuisibile.

Tex. 23. Quoniam enim in omni tempore uelocius & tardius est, uelocius autẽ plus transit in æquali tempore, contingit autem & duplam & hemioliã transire longitudinem (erit enit hæc ratio uelocis) feratur igitur id, quod uelocius est, per hemioliam in eodẽ tempore,

A tempore, & diuidantur magnitudines, eę quidem, quæ ueclociores sunt, in quo. A B, B, C. D in tres impartibiles, quæ uerò sunt tardioris in duas, in quibus. E, F F, G. Itaque, & tempus diuidetur in tria impartibilia. æqualem enim in æquali tempopore transibit. Diuidatur igitur tempus in k, L. L M. M. N. Rursus autem quoniam tardius delatum est per. E, F. F, G. & tempus diuidetur in duas partes. diuidetur ergo id, quod indiuiduum est: & quod impers est, non B in impartibili transibit, sed in pluri. Manifestum est ergo, quòd nullum continuorum est impers.

Demonstrat ergo tandem in hoc tex. 23. id quod in calce superioris dixerat: nempè quòd si continuum aliquod [aut aliqua eius pars] esset indiuisibile, tunc indiuisibile diuideretur. Supponantur enim duo ex supra dictis, scilicet quòd in eodem tempore potest dari unus motus uelocior, alter uerò tradior: item, quòd ueloci ori motu in eodem tempore plus pertransitur, C quàm tardiori. Et pręterea tertiò supponitur, quòd uno motu potest in eodem tempore pertransiri magnitudo maior, quàm alio motu, aut secundũ duplam proportionem, aut secundum hemioliam, idest secundum sesquialteram [qualis est trium ad duo.] Et tunc qualis ratio, id est proportio fuerit inter magnitudines pertransitas, talis est & inter uelocitates motuum. Detur ergo, quòd. A. mobile in sesquialtero uelocius, quàm. B. mouetur per latitudinem constantem ex tribus partibus (secundum opinionem) indiuisibilibus: quæ sunt. A, B. B, C. C, D. & manifestum est, quòd tempus illius motus itidem diuidetur in tres partes indiuisibiles puta. K, L. L, M. M, N. Rursus cum. B. mobile sit in subsesquialtero minus uelox, in eodem tempore pertransibit magnitudinem ex D duabus partibus indiuisibilibus, scilicet E, F. F, G. & per consequens partē E. F. transibit in medietate temporis, scilicet in una parte cum dimidia illarum trium, in quas diuisum fuerat, & aliam partem magnitudinis in alia parte cum dimidia temporis. Vnde manifestè colligitur, quòd illa media pars temporis. L, M. quæ asserebatur indiuisibilis, diuiditur in duas partes, Quę est contradictio. Sequitur hic q. 1.

QVOD NVNC TEMPORIS sit indiuisibile, in quo nihil mouetur. E

CAPVT III.



NECESSE est autem, & ipsum nunc, quòd non secundùm alterum, sed per se, & primum dicitur indiuisibile esse, & in omni tempore tale in esse. Est enim ultimum quodam pręteriti, cuius uersus hæc nihil futuri est: & rursus futuri: cuius uersus illa nihil est præteriti: quod utique diximus utrorumque esse terminum. ¶ Hoc autem si demonstretur, quòd huiusmodi est. & per se & idem, simul manifestum erit, & quòd indiuisibile est. Tex. 25. Tex. 26. F

¶ Præfixa in superioribus conclusione, quòd, ut aliorum quodcunque continuorum, ita & motus est diuisibilis in semper diuisibilia, in duobus sequentibus capitulis (quod secundũ membrum libri huius est) agere intendit de diuisione motus. In hoc enim tertio (quod nouem textibus concluditur) præmittit suppositiones tres ad rem necessarias, & in sequenti ad rem in particulari descendit.

¶ Suppositio ergo prima in hoc text. 24. est, quòd id temporis, quod nunc per se primo est, non est nisi indiuisibile:

A diuisibile: & in quocunque tempore est huiusmodi indiuisibile. Vbi adnotandum est, quòd modo non solùm est instans præsens, sed & hora, & dies, & mēsis, & annus sunt præsentes. Differt tamen, ꝙ hora non est nunc per se primò præsens: quia non est præsens secundùm se totam, sed secundū instās, quo pars eius præterita cōtinuatur cū futura. Et pariter dies, & mensis & annus. Instans verò est præsens per se primò. quia est nunc: nō ratione alterius, sed per se totum. Eo modo, quo indiuisibile dicitur totum, i. quòd nihil illius est, nisi modò. Hoc autem probat hac rōne. Necesse est enim (inquit) signare
B ultimum terminum totius temporis præteriti, ultra quem nulla sit pars reliqua temporis uersus nos. Et æqua ratione necesse est signare terminum ultimum temporis futuri, ultra quē nulla uersus nos sit pars illius temporis. Quem quidem terminum necesse est utriusque temporis esse unum atque præsentem: nam & præteritum tēpus, & futurū huc terminatur. ¶ Vnde subiungit in text. 25. quòd si demonstretur aliquid esse huiusmodi, quod per se primò sit modò terminus utriusque
C differentiæ temporis, manifestum erit illud esse indiuisibile.

Tex.26. Necesse est igitur idē esse ipsum nunc: quod ultimum utrorumque temporum est. si enim alterum est: consequenter non erit alterum alteri, propterea quòd continuum non est ex impertibus, si autem seorsum est utrunque inter ea erit tempus. Omne enim continuum huiusmodi est: ut aliquid sit uniuocum inter fines. At uerò si tempus medium est: diuisibile erit: omne enim tempus, ostensum est, quòd diuisibile sit. Quare diuisibile erit ipsum nunc. Si autem diuisibile est ipsum nunc: erit aliquid præteriti in futuro, & futuri in præterito, secundùm quod enim diuidetur: hoc terminabit præteritū & futurum tempus. D

¶ Prosequitur igitur in hoc tex. 26. mōstrare terminū ꝑteriti & futuri tpis esse eūdē: illaturus inde, esse indiuisibilē. Quòd aūt sit idē, ꝓbatur. Si.n. sunt distincti termini alter ꝑteriti, & alter futuri, aut sunt cōsequeter se habētes, ita ut inter illos nihil mediet sui generis (nā ut lib. 5. text. 25. uisum est, hæc sunt cōsequēter se habētia) aut aliqd inter eos est mediū. Si nullū est mediū, E
sequit̄ continuū cōponi ex indiuisibilibus: qm̄ essent tunc duo nunc immediatè se tangentia in continuo: nā tp̄s præteritum, & futurū continua sunt. Si uerò aliquid mediat inter illos terminos, esse non potest, nisi tēpus. quia cum tp̄s præteritum, & futurum sint continua: & continua esse nō possunt, nisi ea, quæ sunt eiusdem speciei, & vniuoca (ut lib. 5. text. 29. expositum est) interesse inter dictos terminos non potest nisi tempus. Quod im- F
possibile esse probatur hoc modo. Si tēpus mediat, illud est diuisibile: nam iā probatum est omne tempus esse diuisibile: & cum quicquid intercipitur inter præteritum, & futurum sit nunc (nunc enim nihil aliud est, quàm præsens, quod nec præteritum nec futurum est) cōsequens est, ut ipsum, nūc, sit diuisibile. Id autem esse impossibile probat tribus rationibus. Prima est. Si nunc est diuisibile, sequitur, quòd aliquid præteriti temporis est in futuro, & aliquid futuri est in præterito: quod contradictio est. Sequela probatur: quia cum nunc, sit finis præteriti temporis, totum nunc est in præterito tanquam eius terminus: & cùm sit etiā initium futuri, totum etiam est in futuro. Si uerò, nunc, diuidatur, necesse est una pars tota sit in præterito, & alia tota sit in futuro: & sic aliquid futuri est inpræterito, & aliquid præteriti est in futu-

A in futuro. ¶ Sed percunctaris. Nunquid hoc quoque uerum est, esto, nũc, sit indiuisibile: est enim illud, nunc, aliquid utriusque: puta finis unius & initium alterius: & per consequens est in utroque? Respondetur hoc uerum esse, sed est in utroque tanquam præsens terminus utriusque: si uerò esset diuisibile, inconueniens, quod sequitur est, quòd aliqua pars temporis futuri, scilicet termini eius, esset iam transacta in præteritum, & aliqua pars temporis præteriti esset adhuc futura.

Nota.

Tex. 27.

Simul autem, nec per se erit ipsum

B nunc sed per alterum. Diuisio enim non est ipsius quod per se est. Ad hæc autem ipsius nunc, hoc quidem præteritum erit, illud autem futurũ: & non semper idem præteritum aut futurum, neque igitur ipsum nunc idem. Multipliciter enim diuisibile est tempus.

¶ Secunda, tertiaque ratio est in hoc tex. 27. Secundum enim est hæc.

C Si nunc, esset diuisibile, non esset id, quod per se primò est nunc, nam si diuideretur, diuisio esset in partem præteritam, & partem futuram: & per consequens non secundum se totum mediaret inter præteritum & futurum, nunc, autem est id, quod per se primò secundùm se totum modò est, ita ut nihil illius sit præteritum, vel futurum, sed totum præsens. Repugnantia ergo est, ut sit per se primò, nunc, & tamen sit diuisibile. ¶ Tertia ratio est huiusmodi. Si, nunc, est diuisibile, diuisio est (vt modo dicebamus) in partem præteritam, & partem futuram: præteritum uerò, & futurum non dicit rem semper idest inuariabiliter unam existentem: imò dicit fluxum, & uarietatem quandam, quod autem intelligimus nomine, nunc, est quid simplissimum, & inuariabile, nihil habens prę teriti, aut futuri, sed totum præsens.

Quare si impossibile est hæc inesse ipsi nunc: necesse est idem esse, quod in utroque est nunc. At uerò si idem est: manifestum est, quòd & indiuisibile est, si enim diuisibile est: rursus accident eadem, quæ & prius. D Tex. 28.

¶ Concludit ex dictis in hoc tex. 28. conclusionem in principio propositã, uidelicet, quòd si ea inconuenientia, quæ allata sunt impossibile est ipsi nũc accidere, consequens est, ut ipsum, nunc, si unum, quod sit & præteriti temporis finis, & initium futuri. Atq; adeo si est unũ, subsequitur, ut sit indiuisibile. Aliàs in eadem, quæ recitata sunt, inconuenientia recidetur. Et hæc est prima suppositio huius capituli. E

Quòd igitur sit aliquid in tempore indiuisibile, quod dicimus esse ipsum nunc, manifestum est ex iis, quę dicta sunt. ¶ Quòd autem nihil in ipso nunc mouetur: ex his manifestũ est. Si enim est: contingit & uelociùs moueri in ipso, & tardius. Sit igitur ipsum nunc, in quo D, moueatur autem in ipso id quod velocius est per lineam. A B. ergo quod tardius est in eodem, per minorem ea, quæ est. F A B, mouebitur, ut per. A C. Quoniã autem tardiùs in toto ipso nunc motum est per. A C. uelociùs in minori, quàm hoc mouebitur, quare diuidetur ipsum nunc, sed erat indiuisibile. Non ergo est moueri in ipso nunc. Tex. 29.

¶ Secunda suppositio est, quòd in ipso, nunc, temporis nihil potest moueri: & subinde neque propriè quiescere. In hoc textu probat id prius de motu, & postea in subsequentibus de quiete. Resumpta ergo superiori suppositione, scilicet quòd in ipso tempore sit aliquid indiuisibile, quod dicitur, nunc adiicit secundam, scilicet quòd in illo nihil mouetur. Probatio est hęc. In quocunque tempore est mo-

tus,

A tus, esse proinde potest & uelocior & tardior, quæ sunt accidentia motus: in ipso, nunc, esse nequit uelocior motus ac tardior: ergo neque simpliciter motus. Probat minor. Si in ipso nunc (quod uocetur. D.) esse potest motus velocior & tardior, fit, quòd uelocius mobile pertranseat in eo lineam A B. & mobile tardius in eodem lineam minorem. B C. Tunc si mobile tardius in ipso nunc transit lineam. BC. uelociùs pertransibit eandem in parte ipsius, nunc & per consequens si in ipso nũc est motus, ipsum nunc est diuisibile: sed probatũ est esse indiuisibile: ergo moueri in illo quicquã est impossibile.

Tex. 30. At uerò neque quiescere. Quiesce B re enim dicebamus id, quod aptum est natura moueri, & non mouetur quando aptum natura est, & ubi, & quo pacto. Quare quoniam in ipso nunc nihil aptum est natura moueri, manifestum est, quòd neque quiescere.

¶ Probat consequenter, quòd neq; in ipso nunc contingat aliquid quiescere, tribus rationibus. Prima est. Quiescere, cum sit priuatio motus, nõ est nisi in eo, quod aptum natum est moueri, & ubi aptum est moueri, & eo C pacto, quo aptum est moueri, sicut lapis non est cęcus, quia non est aptus uidere: neq; canis ante nonum diem, quia tunc non est aptus uidere: neque homo, quia caret uisu aquilæ, est cæcus: quia non est aptus illo pacto uidere, sed nihil in ipso nunc est aptum moueri. ergo neque in ipso quiescit, sed in tempore.

Tex. 31. Ampliùs si idem nunc in utrisque temporibus est, contingit autem in hoc quidem moueri, in illo autem, quiescere toto, id autem, quod in toto mouetur tempore, in quouis mouebitur eorum, quæ hujus sunt, secundùm quòd aptum est natura moueri, & quiescens similiter quiescet: accidet idem simul quiescere & moueri, idem enim ultimum temporum utrorumque ipsum nunc est.

¶ Secunda ratio est huiusmodi. Si aliquid posset quiescere in instanti, eadem ratione (ut dictum est) posset etiam in illo moueri. Quo dato, sequeretur, ꝙ simul posset in eodem nunc res moueri & quiescere. Probatur sequela. Idem nunc est quodammodo in duobus temporibus tanquam fini præteriti, & initium futuri: & contingit nonnunquam aliquid in toto tempore præterito moueri usque ad instans, & hinc in toto futuro quiescere: E id autem, quod in toto tempore mouetur, in quocunque illius temporis mouetur: & per cõsequens quod tempore præterito mouebatur, nunc mouetur: & eadem ratione quod in toto tempore, hinc futuro quiescit, nunc quiescit: atque adeo idem simul mouetur, & quiescit. ¶ Notandum est hic tamen, quòd hæc ratio nõ procedit nisi ad hominem con- Not. tra illum, qui concederet in instanti posse esse motum, & posse esse quietem. nam tunc motus præteritus terminaretur intrinsecè ad hoc instans per ultimum sui esse: & cum non sit maior ratio de uno quàm de alio, arguit, quòd debere etiam quies futura F terminari huic intrinsecè per primũ sui esse. At rei ueritas est, quòd tàm motus præteritus, quàm quies futura terminatur extrinsecè in instanti præsenti: quod est primum non esse motus, & ultimum non esse quietis. Et ideo non ualet consequentia, nunc res non mouetur: ergo nunc quiescit, nisi dicas in hoc tempore non mouetur. Sed de hoc quæstione secunda.

Ampliùs autem quiescere quidẽ Tex. 32. dicimus id, quod similiter se habet, & ipsum & partes: nunc & priùs, in ipso autem nunc non est prius, quare

A re neque quiescere. Necesse est ergo, & moueri id, quod mouetur, in tempore: & quiescere id, quod quiescit. ¶ Quod autem mutatur, omne diuisibile esse necesse est. Quoniam enim & quoddã in quoddam omnis mutatio est: & cùm quidẽ est in hoc, in quod mutatum est, non ampliùs mutatur. cum autẽ est in eo, ex quo mutatur: & ipsum, & partes non mutantur: quod enim similiter se habet, & ipsum, & partes, id non mutatur. necesse est igitur, hoc quidẽ aliquid
B eius, quod mutatur, in hoc est: aliud verò in altero. Neque enim in vtrisque: neq; in neutro totum esse possibile est. dico autem id quod mutatur primum secundùm mutationẽ: ut ex albo fuscum, non nigrum, non enim necesse est id, quod mutatur, in utrouis esse extremorum. Manifestũ igitur est, quòd omne id, quod mutatur, erit diuisibile.

¶ Text. hic 32. duas habet particulas. Prima continet rationem tertiam ad præfatam conclusionem, quæ sic habet. Quiescere idem est, quod nec
C nunc, nec immediatè prius moueri, aut nec nunc, nec immediatè post hoc (quod q. 2. examinabitur) sed in uno instanti cum sit indiuisibile, nec datur prius, nec posterius: ergo in uno instanti non potest esse quies ¶ In secunda particula (ubi congruentius facta fuisset text. diuisio) subiungitur tertia conclusio huius capitis: nempè, quòd omne, quod mouetur, necesse est esse diuisibile, indiuisibile enim moueri non potest, motu physico. Ratio est hæc. Omnis motus est à quodam in quendam terminum: ergo quando aliquid mouetur, non est totum in termino à quo, nec totum in termino ad quem. Patet consequentia, quia quod similiter se habet secundùm se & suas partes, non mouetur: cum moueri sit D
ab uno in aliud fluere: quando verò totum est in termino à quo uel in termino ad quem, totum & partes similiter se habent: ergo tunc non mouetur. Rursus. Id, quod mouetur, nec est totum in termino à quo, nec in termino ad quem: ergo est partim in termino à quo, & partim in termino ad quem: atque adeo necesse est, ut habeat partes. ¶ An posset quis obijcere, quòd stat id, quod mouetur, non esse secundum partem in termino à quo, & secundùm partem in termino ad quem. Vt dato spatio tripedali inter quatuor pũcta. A B C D. & mobile pedale mo-
ueatur à prima pedalitate. A B. ad ultimam. C D. quando fuerit in media, E
quæ est. B C. nullam partem habet in termino à quo, nec in termino ad quẽ. Eadem ratione si aliquid moueatur ab albo in nigrum, quando fuerit fuscũ, nullam partem habet sub albedine, nec aliquam sub nigredine. Huic respondet Phi. quòd intelligit de termino ad quem, in quem primum mouetur, id est qui proximus est termino à quo. ut si mouetur à prima pedalitate A B, in secundam. B C. necesse est, durante toto tempore motus, partẽ mobilis esse in parte primæ pedalitatis spatij, & partem esse in parte alterius F
pedalitatis. Et pariter si proximus terminus succedens albo est fuscũ, quandiu mouetur ad fuscum, necesse est, ut aliqua pars mobilis sit alba, & alia fusca. Nam quamprimùm totum fuerit fuscum, cessabit motus ad fuscum. Hæc autem q. 2. exactius differuntur.

DE DIVISIONE motus.

CAP. IIII.


Otvs autem est diuisibilis dupliciter, uno quidem modo tempore: alio verò secundum motus partiũ eius, quod Tex 33.

A quod mouetur. Vt si ipsum. A C. mouetur totum: & A B. mouebitur, & B C. Sit igitur ipsius quidem. A B. motus. D E. ipsius autem. B C. E F. motus, partium. necesse est igitur totum in quo. D F. ipsius. A C. esse motũ. mouebitur enim secundùm húc: quippè cùm utraque partium moueatur secundùm utrunque. Nihil enim mouetur secundùm alterius motum. Quare totus motus totius est magnitudinis motus.

B His præiactis quatuor conclusionibus in capite quarto, quod septem textus continet, descendit ad diuisionem motus. Proponens statim in hoc text. 33. quòd dupliciter diuiditur motus. uno modo diuisione temporis in partem præteritam & futuram, & alio modo ad diuisioné subiecti secundũ qđ vna pars mobilis alia parte motus mouetur, quam alia pars. Motus enim aut consideratur generaliter inquantum accidens, & secundũ hoc, quia (vt iam modò dicebatur) omne quod mouetur, est diuisibile, motus extéditur per totum mobile sicut albedo. Loquimur de illo ac si esset res distincta, sicut albedo. Nam licet non distinguatur, nisi sicut diximus lib. 3. nihilominus diuiditur ad diuisionem subiecti. Alio modo consideratur secundùm propriam rationem motus, quæ est res successiua: & sic diuiditur diuisione téporis, qua mobile priori parte motus transit priorem partem spatij, & posteriori transit posteriorem. ¶ Sed est (ut bene notat S. Tho.) adnotandum, quòd diuisio motus secundùm diuersas partes mobilis, tripliciter potest intelligi. Vno modo, quòd una pars prius moueatur, quàm alia: & hoc non est possibile, quando totum continuum mouetur. ut si tripedale moueatur, eodem instanti, quo incipit moueri prima pars, incipit moueri secunda. Quare isto modo non est diuisio motus secundùm partes mobilis. Secundo modo potest intelligi secundùm aliquod signum fixum in spatio: & quando sol orietur per lineam orizontis, prius apparet prima medietas solis, quam secunda. Et neque de ista loquitur Arist. quia illa pertinet ad successionem téporis: sicut quando lignum calefit, prius recipit caloré pars propinquior igni, quàm remotior. Tertio ergo modo intelligit diuisio motus, sicut aliorum accidentium. Vt enim aliã parté albedinis habeo in facie, aliam in manu, ita & aliã parté motus habeo in facie, & aliã in manu. Demonstrat ergo primò diuisionem motus ad diuisioné mobilis tribus rationibus. Prima est in hoc textu. Sit enim mobile bipedale. A B C. Si totum mouetur, sequitur & quòd prima pedalitas. A B. & secunda. B C pariter moueantur. Signetur ergo pars motus, quæ subiectatur in parte. A B. & sit illa. D E. & pariter motus quæ subiectatur in parte. B C. sit E F. Et inde tunc sequitur, quòd totus motus, quo. A B C. mouetur, sit. D E F. si quidem partibus mobilis sigillatim respondent partes motus. Ergo sicut mobile. A B C. diuiditur in partes. A B. & B C. ita & motus in D. E. & E F. & per consequens ad diuisioné mobilis sequitur diuisio motus. F

Dupliciter diuiditur mot⁹.

Dupliciter diuiditur mot⁹.

C

Nota.



Tex. 34. Amplius autem si omnis quidem motus alicuius est, totus autem motus in quo. D F. neque partium est alterius (partis enim uterque est) neque ullius alius. cuius enim totus, totius: & partes partium sunt, partes autem motus. D F. sunt partiũ. A B C. & non aliorum, plurium enim non est unus motus: & totus utique erit magnitudinis. A B C.

¶Secũda rõ est hæc. Oĩs motus, alicuius mobilis est motus: sed totus motus. D E F. esse non potest, nisi totius mobilis. A B C. Ergo respondetur motus diuiditur ad diuisionem mobilis,

A bilis, vt una pars motus respondeat vni parti mobilis :& alia alteri. Probat minorem, quia totus ille motus non est alterius partium, id est neutra pars illius mobilis mutatur toto illo motu [partis enim vterque est]id est, utraq; pars motus est pars partis mobilis. ut pars A B. moueatur solo motu. D E.& pars. B C. moueatur solo motu. D F. [neque ullius alius]. Alius genitiuus est. ut sit sensus, quòd ille totalis motus nō potest esse cuiuspiam alius mobilis. nā cuius mobilis est totus motus illius partiū sunt & motus partes. Cū ergo partes totius motus. D E F. sint B motus partiū huius mobilis. A B C. nō pōt totalis motus esse alterius mobilis, q̃ huius. Quæ erat minor probāda.

Tex. 35. Ampliùs autem si est quidem totius motus alius, ut in quo. G k. removebuntur ab eo utrarumque partium motus. hi autem, quales erunt motibus D E, E F. unus enim unius est motus. Quare si totus quidē diuidetur, qui est. G K. in partiū motus, æqualis erit G k. motui. D F. Si uerò superest aliquid, ut I K, hic nullius erit motus. neq; enim totius, neque partiū, propterea quòd unius unus C est, neque alterius ullius, continuus enim motus est continuorum quorundam. Similiter autem est, & si excedit secundùm diuisionem Quare si hoc impossibile est: necesse est eundem esse & æqualem. Hæc igitur diuisio secundū partiū motus est, & necesse est cuiusuis partibilis ipsā esse.

A D G

D E H

I

C F K

¶ In tex. 35. addit rationem tertiā, quæ non tam procedit immediatè ad conclusionem, quam ad eandem minorem rationis proximè, scilicet quòd totus motus. D E F. sit adæquatus motus totius mobilis. A B C. Si enim nō ita est (inquit) detur alius motus, qui sit adæquatus eiusdem mobilis : & sit (v.g.) S R. Tunc dematur duæ partes à G K. quæ sint motus partium A B.& & B C. Quas quidem partes motus ne- D cesse est esse æquales partibus. D E. & E F. siquidem istæ (ut probatū est) sunt motus illarum partium mobilis. Tunc rursus, aut partes istæ, quæ demuntur. A G K. adæquant totum. G. K. & inde manifestè sequitur, quòd totus motus G K. est æqualis toti motui. D E F. quādoquidem partes adæquantes totum, sunt æquales. Et per consequens sunt idem motus. Si uerò illæ partes non adæquant totum, sed deficiunt, ita ut supersit aliquid (v.g.) I K. sequitur, quòd illa pars motus nullius mobilis erit motus : quia neque totius illius mobilis, neque partium, siquidem sin- E gulis partib. mobilis signatæ sunt iam partes motus. Neque erit motus alterius mobilis : nam cùm totus motus. G K. sit continuus, esse non potest, nisi unius mobilis: cùm iam probatum sit, ad continuitatem motus necessariam esse unitatem mobilis. Similiter si partes illæ motus non adæquant totum. G K. sed excedunt, sequitur, quòd illa pars, in qua excedunt, nullius mobilis erit motus. Cùm ergo hæc omnia impossibilia sunt, sequitur primum intentum, quòd ille totus motus. D E F. est adæquatus illius mobilis. A B C. & per consequens motus diuiditur ad di- F uisionem mobilis.

Alia autem, est secundùm tēpus. Tex 36. Nam cùm omnis motus in tempore sit, tempus autē omne diuisibile sit, in minori autem minor motus sit, necesse est omne motum diuidi secundùm tempus.

¶ Transgreditur in hoc textu ad secundam diuisionem motus dicens, quòd cum omnis motus sit in tempore, tempus autem omne sit diuisibile. & in minori tempore minor fiat motus, & in maiori maior, necessariò sequitur, ut motus sit diuisibilis secundùm tempus.

Quo-

Tex.37. A Quoniam autem omne, quod mouetur, in aliquo mouetur, & tempore quodam, & omnis eius, quod mouetur, est motus: necesse est easdem esse diuisiones, & tẽporis, & motus, & ipsius moueri & eius quod mouetur, & eius, in quo motus est. Verùm non omnium similiter, in quibus motus est, sed quantitatis quidem secundùm se qualitatis autem, secundùm accidens. Accipiatur enim tempus, in quo mouetur, in quo. A & motus in quo B. si igitur secundùm totum motum in toto tempore est motum, in dimidio secundùm minorem, & rursus hoc diuiso: secundùm mino- B rem hoc, & semper sit. ¶ Similiter autem & si motus diuisibilis sit: & tempus diuisibile. Si enim toto in toto: dimidio in dimidio. Et rursus minore in minore.

¶ Postea quã manifestum fecit motum diuidi dupliciter: & secundum diuisionem mobilis: & secundũ diuisionem temporis, procedit in residua parte huius capitis enarrare quot sunt illa, quæ cũ motu simul diuiduntur. Ait enim, quòd cũ omne, quòd mouetur, moueatur in aliquo tanquam in termi- C no, puta aut in loco, aut quãtitate, aut qualitate: & secũdò moueatur in tempore: & tertiò cuiuscunq; rei, quæ mouetur, sit aliqs motus: necesse est quinque simul diuisiones coire. s. tẽporis, motus, & ipsius moueri, & mobilis idem, quod mouetur, & eius denique in quo mouetur putà, termini. Veruntamen non omnia eodem modo: sed ea istorum, quæ sunt de genere quantitatis, mouẽtur per se: ea uerò quę sunt de prædicamento qualitatis, ut terminus alterationis, diuiditur per accidens: nam diuisio per se cõpetit quantitati: & ratione illius conuenit reliquis. Ostendit prius, quòd tempus, & motus simul diuidantur. Sit enim, inquit, tempus. A. in quo aliquid mobile D mouetur: & motus, quo mouetur, sit. B. si toto. B. motu in toto tempore. A. mouetur per aliquam magnitudinem, in medietate temporis mouebitur medietate motus per medietatem magnitudinis. Et rursus hoc diuiso. s. in quarta parte temporis mouebitur quarta pars motus per quartam magnitudinis. Similiter è conuerso diuiso motu diuiditur tempus. ut si totus motus durat per horam, medietas motus durat per dimidiatam horam: & quarta pars per quartam partem.

Eodem autẽ modo & ipsum moueri diuidetur. Sit enim in quo. C. ipsum moueri. secundùm igitur dimi- Tex.38. E dium motum, minus erit toto: & rursus secundùm dimidij dimidium. & sic semper. Est autem & cùm quis designauerit ipsum secundùm vtrunque motuum moueri, vt secundùm. DF. & EF, dicere: quòd totum erit secundùm totum. si enim aliud: plura erunt moueri secundum eundẽ motum, sicut determinauimus, & motũ diuisibilem in partium motus esse, accepto enim ipso moueri secundum utrunque continuum erit totum.

¶ In tex. hoc 38. ostendit, quòd pati F etiam modo diuidũtur motus, ipsumque moueri. Motus est accidens, quo mobile mouetur, eo modo, quo lib. 3. q. 2. explicitum est: moueri autem, est ipsum pati ab agente quot sola ratione distinguitur a motu. ut motus alterationis est qualitas, pro ut est in fluxu, & in fieri in subiecto: & moueri est subiectum illam recipere. Quæ quidem differunt, sicut pati, & passio. Quam distinctionem designauit. Phil. supra tex. 6. dicens, quòd necesse est res moueri motu præseute. Tametsi. Cômen. tex. 36. per hoc, quod est moueri, intelligat durationem motus. Quam eius discipuli proinde existimant distingui realiter à motu. Quod certè minimè

A crediderim & forsan. Phi. in his multiplicandis calculatoriis diuisionib. plus multo remoratus est, quàm fuisset ope ræpretium. Ait ergo, quòd si moueri sit ipsum. Ç. diuidetur secundum motum, ut dimidiatus motus respondeat medietati eius, quod est moueri: & quarta pars motus quartæ parti eius, quod est moueri: quia non tantum res mouetur secũdùm partẽ motus, quan tum secundum totum. Nam (ut modo dicebamus) secundum partem motus mouetur per totam magnitudinem, & secundum medietatem motus mouet per medietatem magnitudinis. Et pari ter secundum totum motum alteratio
B nis res acquirit totam intensionẽ qualitatis: & secundum medietatem acqui rit medietatẽ. Et facit similẽ calculatio nẽ ei, quã fecerat tex. 35. Detur motus (de quo illic loquebatur) D E F. qui est motus ipsius moueri. C. Si qs (inquit) assignauerit duab. partib. ipsius moueri duas partes ipsius motus, putà. D E. & E F. necesse est eũ dicere, & totũ mo tũ æqualẽ esse toti moueri, nã aliàs si ipsũ moueri excedit illas ptes motus, dabit aliqđ moueri sine motu: & si ptes motus excedunt ipsum moueri, dabit motus sine moueri, ut illic arguebat.

Tex. 39. Similiter autem demonstrabitur, & longitudo diuisibilis & omnino
C omne illud, in quo est mutatio. ¶ Verum quædã secundùm accidens quoniam id, quod mutatur, est diuisibile. uno enim diuiso, omnia diuidentur. ¶ Et in hoc quòd finita esse, aut infinita: similiter se habebit in omnibus, sequutum est autem maximè hoc, di uidi omnia, & infinita esse, ab eo, quod mutatur, statim enim inest ei, qđ mutatur diuisibile, & infinitum. Diuisibile igitur ostẽsũ est priùs: infinitũ aũt in sequentib. erit manifestũ.

¶In tex. deniq;. 39. tres sunt pticulæ Cõcludit. n. primũ, ꝙ eodẽ mõ diuide tur lõgitudo, ĩ qua fit motus localis, ad diuisionẽ motus, ut exẽplis hactenus D patefactũ ẽ. Et siŕ oẽ illud, ĩ quo fit mo tus, ut intẽsio qualitatis. De diuisione mobilis & motus, iã satis supra dictũ ẽ. ¶ Repetit uerũtñ in scđò, ꝙ aliqua diuidunt p se, & aliqua p accidẽs. Nã mo bile, & spatiũ, & motus, & tps, & quãti tas, q̃ est terminus augmentationis, qa oĩa sunt de gñe quãtitatis, diuidunt p se: tametsi diuisiones istę pullulẽt ex di uision e mobilis, qđ ẽ subiectũ & tpis, & motus. Nã diuiso subiecto, diuidunt oĩa, q̃ in ipso sunt. Qualitas uerò, q̃ est terminus alterationis, qa nõ ẽ de gñe quãtitatis, simpĺr diuidit p accidẽs ad diuisionẽ motus alteratiõis. ¶ In tertia pticula ait eadẽ rõne cõnexa hæc oĩa E esse, ut finita sint, aut infinita. Si. n. mo tus est infinitus ĩ potẽtia, putà diuisibi lis in sẽper diuisibilia, siŕ erunt & reli qua. Et si fuerit infinitus in actu carẽs extremis, pariter & erunt reliqua: si uerò fuerit finitus, & reliqua erũt finita, ut tex. 18. uisum est & infra c. 7. latius patebit. Et hoc est, qđ ait. [Ei, qđ mutat] id est, omni mobili statim inest ut sit diuisibile, & subinde infinitũ in potẽtia. Et ꝙ sit diuisibile, uisum est tex. 32. ꝙ aũt sit infinitũ monstrabit infra.

QVOD NON DATVR primum in motu. CAP. V.

Tex. 40.
F QVONIAM autem omne, quod mutatur, ex quodã in quoddam mutatur: necesse est id, quod mutatum est, quan do primum mutatũ est, esse in quod mutatum est. quod enim mntatur, ab eo, ex quo mutatur, discedit, aut relinquit ipsum. & aut idẽ est mutari & relinquere, aut relinquere sequitur mutari, reliquisse aũt mutatũ esse. similiter. n. utrunq. se hẽt ad utrũque.

¶Constitutio in duobus prioribns capitulis motũ, ueluti omne cõtinuũ, esse in infinitũ diuisibilem, expositisq; modis, quibus motus diuiditur, in

duobus

A duobus subsequẽtibus capitulis(quod tertium membrum est huius libri)ordinem explicare pergit partiũ motus. Vnde in hoc quinto capite, quod decem textus cõplectitur, differit an detur in motu primum esse. Et quia motus duo sunt termini, s. initiũ & finis, in sex prioribus textibus demonstrat, penes finem dari primum mutatũ esse, quod est primum nõ esse motus: & in quinque reliquis, quòd penes initium non datur primum esse motus, sed ultimum nõ esse. Et in 6. c. prosequitur ordinẽ partiũ eius. ¶ In tex. ergo hoc. 40. iacet uelut fundamentũ hanc conclusionem, ꝙ cũ moueri sit procedere à
B quodam in quiddam, necesse est id, qđ mutatũ est, esse iam in termino ad quẽ. Ad cuius probationẽ supponit, quòd quicquid mutatur, quandiu mutatur, discedit à termino à quo, aut (quod idem est) relinquit ipsum. Aut enim (inquit) idem est mutari, quod relinquere terminum à quo, aut relinquere sequitur ipsum mutari. Relinquere est nominatiuus, & mutari accusatiuus: relinquere enim & mutari idem motus realiter sunt, & sola ratione differunt: nam mutari est acquirere terminum ad quem, & relinquere est discedere à termino à quo: priùs autem natura est intensio in finem, quàm discessio à ter
C mino à quo. Eo enim discedo ego ab hoc loco, quia tendo in alium. Et quẽadmodum se habent mobile mutari, & relinquere terminum à quo, ita & mutatum esse, & terminum à quo relictum esse.

Tex. 41. Quoniam ergo una mutationum secundùm contradictionẽ est: quando mutatum ex eo, quod non est in id quod est dereliquit id, quod non est, erit igitur: in eo quod est. Omne enim necesse est, aut esse, aut non esse. Manifestum igitur est: quòd in mutatione secundùm contradictionem quod mutatum est, erit in quo mutatum est. si autem in hac, & in D
aliis, similiter enim in una & in aliis.

¶ Ponit exemplum primum in mutatione, quæ exprimitur contradictoriè. Vt quando res quæ generatur, mutatur (inquit) de nõ esse ad esse, tunc relinquit non esse, & per consequens constituitur in esse: eo qđ inter esse, & non esse, nullum est medium: sed quicquid desinit nõ esse, incipit esse. Quòd si in hac mutatione ubi nullum est medium, idem (v. g. cum homo generatur) relinquere esse nõ hominẽ, & mutari in hoc, quod est, esse hominẽ, similiter erit & in quauis alia mutatione.

Amplius, & per se unamquanque Tex. 42.
accipientibus manifestum est: necesse E
se est id quidem, quod est mutatum, ex quo mutatum est, esse alicubi, aut in aliquo. Quoniam enim ex quo mutatum est, reliquit, & necesse est esse alicubi: aut in hoc, aut in alio erit. si igitur in alio, ut in ipso. C. quod in ipsum. B. mutatum est, rursus ex ipso mutatur in ipsum. B. non enim erat contiguum ipsi B. mutatio enim continua est. Quare quod mutatum est: quando mutatũ est, mutatur in quod mutatum est. hoc autem est impossibile: necesse est ergo quod mutatum est esse in hoc, in quod mutatum est. F

¶ Quoniam dixerat eandem esse rationem in mutatione contradictoria, & in alio quouis genere mutationis, subdit exemplum in motu locali, aut in quocunque alio ubi est medium inter terminum à quo, & terminum ad quem. Et ideo ait, quòd in unaquaque mutatione necesse est id, quod mutatũ est, postquam reliquit terminum à quo, esse alicubi alibi (si sit motus localis) aut in aliquo, idest sub aliquo gradu qualitatis, aut extensione quantitatis, si sit alteratio uel augmẽtatio. Detur (v. g.) ꝙ si motus localis ab A. in B. Et probatur, ꝙ qñ mobile fuerit mutatum,

A tum, necesse est ut sit in B. Nam mobile iam tunc reliquit. A. ergo necesse est, quòd sit in alio loco : ergo uel est in hoc scilicet in B. (qui positus est esse terminus ad quem) uel in alio, puta in C. Si in hoc; intentam habetur. Si uerò est in C. sequitur, quòd res dũ mutata est, simul mouetur, quod est est impossibile: nam priùs est moueri, quam mutatum esse, ut text. 7. habitũ est. Et quòd sequatur, patet. Si est in C. cum. C. non sit signum contiguũ ipsi, B. (nam C. necesse est esse unum punctum spatij, per quod transit antequã ueniatur ad punctum B. & duo puncta
B non possunt esse immediata) sequitur quòd tunc adhuc mobile mouetur ad B. & per consequens, id quod concessum est, mutatum esse ad. B. adhuc mutatur ad B. Et cum hoc sit impossibile, necesse est, vt id, quod mutatum est in. B. iam sit in B. Quinimo licet demõstratio procedat ad intellectum, tamẽ ad sensum euidentior est conclusio, quàm demonstratio. Idem enim est mutatũ esse in B. quod esse in B. & mutatum esse ad talem gradum qualitatis, quod esse sub illo.

C
Tex. 43. Manifestum igitur est, quòd & id, quod factum est, cùm factum est, erit, & id, quod corruptum est, cùm corruptum est non erit. Nam & uniuersaliter dictum est, de omni mutatione: & maximè est manifestum in ea, quæ est secundùm contradictionem. Quòd igitur id, quod mutatum est, cùm mutatur primum, in illo est: manifestum est.

¶ Tex. hic. 43. nihil aliud est, quàm conclusio epilogusque eorum, quæ dicta sunt scilicet quòd manifestum est, id, quod factum est, tunc quando factum est esse: & id, quod corruptum est, tunc non esse. Nam quamuis in omni mutatione monstratum sit id, quod mutatum est, esse in termino ad quẽ, id tamẽ apertius est in mutatione contradictoria quippè ubi nullum est medium. Addit ueruntamen, quòd intelligitur, quando primum mutatũ est. Nam tunc necesse est esse hic, ubi non erat immediatè ante hac. Sed tamen hoc instanti transacto potest hinc excedere. D

Tex. 44. In quo autem primo mutatum est id, quod mutatum est: necesse est impartibile esse. dico autem primũ, quòd non propterea quòd alterum aliquid ipsius primum sit, huiusmodi est. Sit igitur diuisibile ipsum. A C. & diuidantur secundùm. B. Si igitur in A B. mutatum est, aut rursus in B C. non utiq; in primo quod est A C. mutatum erit. si autem in utroq; mutabatur (necesse est enim aut mutatum esse, aut mutari in utroque) & in toto utique mutabatur, at erat mutatum. Eadem ratio autẽ est: & si in hoc quidem mutatur, in hoc autem mutatum est. erit enim aliquid primò prius. quare non erit utique diuisibile illud primum: in quo mutatum est. E

F
¶ In text. hoc 44. manifestam facit hanc conclusionem, quòd hoc temporis, in quo mobile per se primò mutatum est, non est pars temporis, sed indiuisibile instans, quod est terminus temporis motus. Exponit id, quod ait, per se primò, idest nõ ratione alterius. Cùm enim ego hodie iui ad scholas, mutatus sum in hac die: non per se primò, sed ratione illius instantis, quo primò uerum dixi, nunc sum in scholis. Et quòd illud sit indiuisibile, probatur. Detur (v.g.) quòd sit diuisibile, ut putà sit tempus, in quo primum uerũ sit dicere, nunc primò mobile mutatũ est in hunc locum, uel sub hac forma, uel sub hac quantitate, &c. A C quod diuidatur in puncto medio. B. Tunc aut in ambabus partibus. A B. & B C primò mutatum est, aut in ambabus

Primum mutati esse, est indiuisibile.

A babus mouetur, aut in una mouetur, & in altera primò mutatum est. Quòd in ambabus primò mutatũ sit, est repugnantia: nam tunc non est primò mutatum in toto. A C. sed ratione prioris partis. Quinimo si in prima est iam mutatum, non est primò mutatum in secunda. Si uerò in ambabus mouetur, sequitur, quòd in toto. A C. mouetur. (nam id, quod in quauis parte alicuius temporis mouetur, in toto tempore mouetur) & cùm positum sit in toto tempore mutatum esse, sequitur contradictio, scilicet simul moueri, & mutatũ esse. Si uerò dederis, quòd in prima parte mutatur, & in secunda parte mutatum est, vel è cõuerso, tunc (inquit)
B dabitur prius primò. Nam clarum est, quòd tunc in toto. A C. non est mutatum esse, nisi quia in una parte priùs uerum est dicere, mutatum est: & cum totum tempus concessum est esse primũ mutari esse, dabitur priùs primò.

Manifestum est igitur, quòd &
Tex. 45. id, quod corruptum est, & quod genitum est, in impartibili illud quidẽ corruptum, hoc autem genitum.

¶ Dicitur autem id, in quo primò mutatum est, dupliciter. Aliud quidem in quo primò perfecta est muta
C tio. tunc enim uerũ est dicere, quòd mutatum est. Aliud uerò, in quo primò cœpit mutari.

¶ Duas particulas habet hic text. qui certè ineptissimè diuisus est. In priori resumit conclusionem superiorem, uidelicet, quòd tàm id, quod corruptum est, quàm id, quod genitũ est per se primò, incipit corruptum esse, aut genitum esse per aliquod indiuisibile. Quinimmo quicquid incipit esse per primũ esse, incipit esse per indiuisibile, quia nunc est, & non immediatè ante hoc fuit, & eadem ratione quicquid desinit per primum sui non esse, desinit per aliquod indiuisibile. Et hac intentione docuit Phil. id tempo D ris, in quo mobile per se primò mutatum est, esse indiuisibile. ¶ Deinde in secunda particula textus (ubi congruentior fuisset diuisio) inchoat secundam partem capituli, dicens, quòd id, in quo primò mobile mutatum est, dupliciter dicitur. Vno modo id, in quo primò perfecta est mutatio: quod est primum non esse motus, & primum mutati esse, seu primum huius, quod est, esse in termino ad quem. Et aliud est illud, in quo res primò cœpit moueri.

Quod igitur circa finem mutationis primum dicitur, existit, & est. con Tex. 46. E tingit enim perfici mutationem, & est mutationis finis, qui iam & ostensus est indiuisibilis esse, propterea quòd finis est. Quod autem secundùm principium est omnino non est, non enim est principium mutationis: neque id temporis, in quo primò mutabatur. Sit enim primum, in quo. A D. hoc igitur indiuisibile quidem non est, accidet enim contigua esse ipsa nunc. Amplius si in. C A. tempore toto quiescit (ponatur enim quiescens) & in A. quiescet. Quare si impartibile est. A D. simul F quiescit: & mutatum erit, nam in. A. quiescit. in D. autem mutatum est.

¶ Postquam ergo de termino, qui est finis motus, hactenus dixit, transfert Ph. sermonem ad alium terminũ, unde incipit motus. Ait ergo de eo, quod est mutatum esse primo modo, scilicet circa finem, iam dictum esse, quod illud existit, & est, scilicet primum, & indiuisibile, propter ea, quòd finis est ipsius motus. Quod est dicere. Illud primum instans mutari esse, est finis extrinsecus motus, idest primum non esse illius. Et hæc est prima principalium conclusionum huius capitu-

A li, ut si (v.g.) aliquid moueatur ad locum. B. primum instãs esse in. B. est primum non esse motus. Et si mouetur motu alterationis ad gradum (v.g.) ut quatuor, tunc primum esse sub gradu ut quatuor, est primum nõ esse motus ad talẽ gradum. Quia (inquit) illic perficitur mutatio. Et quia est finis, idcirco est indiuisibile, ut iã modo tex. 44. probatum est. ¶ At uerò circa principium motus subditur. 2. conclusio. Impossibile est dari primum instans esse motus. Hanc conclusionem demõstrat tribus rationibus. Quarum prima sumitur ex parte temporis, hoc modo.

Nõ datur primũ instans esse motus.

B Sit illud primum esse motus. A D. Designat illud sub duabus literis, quia est finis præteriti temporis, in quo mobile quiescebat, & initium futuri. Tunc quæritur, sit ne illud indiuisibile, an diuisibile? Indiuisibile (inquit) esse non potest, propter duo inconuenientia: primum, quòd tunc duo instantia indiuisibilia essent contigua, & immediata. Inconueniens hoc de ducit S. Tho. hoc modo. Si in A B. est motus. A B. est

C tempus, & per consequens constat ex duobus indiuisibilibus. Sed tamen deductionem hanc non possum plene intelligere: nam qui diceret. A B. esse unum indiuisibile, negaret proinde esse tempus, & esse duo indiuisibilia. Et ideo The. exponit, quòd si est indiuisibile, in illo non est motus. ut text. 29. ostensum est. Non tamen explicat quomodo sequerentur duo instantia esse contigua. Sensus ergo (ut conijcio est, quem in com. 31. annuebamus: nẽpè, quòd si detur motum futurum terminari intrinsecè per primum instans esse indiuisibile, eadẽ ratione quies præterita terminaretur intrinsecè per ultimum instans: & sic duo instantia esset immediata. ¶ Et hoc ampliùs explicatur in secundo inconuenienti, quod subiungitur hoc, Cum A D. sit terminus & præteriti temporis & futuri, detur, quòd illud mobile in toto tempore in præterito. C A. quieuerit. Tunc si

Nota.

D tempore præterito quieuit, in quacunque parte & instãti illius quiescit. Consequentia hæc reuera non tenet, quia in instanti (ut illic probatum est) non potest esse quies. Valet tamen ad hominem concesso, quòd in instanti potest esse motus, nam tunc eadem ratione, qua motus incipit intrinsecè per primum instans, definit & quies per ultimum. Si autẽ illud mobile in. A. quiescit, in eodem instanti simul quiescit, & mouetur: nam cùm. A D. sit indiuisibile, si in. A. quiescit, in A D. quiescit, & si in D. mouetur, in A D. mouetur.

Quoniam autem non est impers, necesse est diuisibile esse, & in quauis pretium huius mutatum esse, diuiso enim ipso. A D. si in neutra quidem mutatum est, neque in ipso toto, si uerò in ambabus mutatur, & in toto, si autem in altera mutatum est, non in toto primò, quare necesse est in quauis mutatum esse. Manifestum igitur est, quòd non est, in quo primò mutatum est. infinitæ enim diuisiones sunt.

Tex. 47.

E

¶ In tex. 47. (quem certè nihil fuerat opus à superiori detruncari) prosequitur aliam partem, scilicet quòd si A D. est per se primus motus, nõ potest esse diuisibile. si enim inquit. A D. est diuisibile, aut in neutra illarum partiũ mobile mouetur, & tũc sequitur, quòd neque in toto moueatur, aut in altera mouetur, in altera uerò non, & tunc sequitur, quòd non per se primò mouetur in toto, sed ratione partis: sicuti quod mouetur in una hora, non mouetur per se primò in toto die. Dandũ ergo est tertium membrum, quod mouetur in ambab. partib. Hoc tamẽ dato sequit, ꝙ in prima prius mouetur, q̃ in toto. uelut quod mouetur per totũ diem, prius mouetur in prima hora, quàm in toto die. Et per consequens primum motus non erit totum. A D. sed. A. At cùm. A. sit etiam diuisibile

F

Omneq́ꝫ mouetur, antea mouebatur.

(quia

A (quia indiuisibili non potest esse motus) prius mouetur in priori parte ipsius. A. quàm in toto. A. Et cum illa diuisio procedat in infinitum (nam quacunque prima data, adhuc medietas illius est prior) sequitur quòd non possit dari primum esse motus. ¶ Hinc elicit illa regula, quòd Omne quod mouetur, antea mouebatur.

Tex. 48. Neque igitur eius, quo mutatum est, aliquid primū est, quod mutatū sit. Sit enim. E F. primum mutatum ipsius D F. omne enim quod mutatur, diuisibile esse, demōstratum est. Tempus autem, in quo ipsum. E F.
B mutatum est, sit in quo. G H. si ergo in toto ipsum, D F. mutatum est in dimidio, minus erit id, quod mutatū est, & prius ipso. D F. & rursus hoc aliud, & illo aliud: & semper sic. Quare eius, quod mutatur, nihil erit primum, quod mutatum est.

¶ In text. 48. sequitur secunda ratio, quæ sumitur ex parte mobilis. Nempè qua demōstratur, quòd quemadmodum in tempore non datur primum esse motus, ita nec mobilis datur prima pars mota respectu alicuius signi fixi in spatio. Exempli gratia. Detur, quòd tota longitudo solis orientis per lineam orizontem sit. D F. & prima pars apparens super orizontem sit. E F. quæ orta est in tempore. G H. argu. sic. Si pars. E F. orta est in tempore. G H. medietas illius partis versus F. orta fuit immediatè illius temporis: & per consequens. E F. non fuit prima pars orta. Eadem ratione nec medietas illius fuit prima: quia prius fuit orta medietas illius medietatis: & ita in infinitum procedēte diuisione: ergo non datur prima pars mota.

Tex. 49. Quod igitur neque eius quod mutatur, neque in quo mutatur tempore primum quicquàm sit: manifestū D est ex ijs, quæ dicta sunt. Illud autē, quo mutatur, aut id secundùm quod mutatur, non ampliùs similiter se habebit. tria namque sunt, quæ esse dicuntur in mutatione: & quod mutatur, & in quo & secundùm quod mutatur, ut homo, & tempus, & album. homo igitur, & tempus: diuisibilia sunt, de albo autem, alia ratio est, uerùm secundùm accidens quidem omnia diuisibilia sunt, cui enim accidit qualitas, aut albedo: illud diuisibile est. ¶ Quoniam neque in iis erit primum, quæ quidem secundùm se di- E
cuntur diuisibilia, & non secundùm accidens: ut in magnitudinibus. Sit enim in quo. A B. magnitudo: & moueatur ex. B. in. C. primum. igitur si indiuisibile quidem erit. B C. impers, imperti erit contiguum. si uerò diuisibile: erit aliquid ipso. C. priùs, in quod mutatū est, & illo rursus aliud, & semper sic, propterea nunquàm deficit diuisio. Quare nō erit primū, in quod mutatum est. Similiter autē est, & in quantitatis mutatione, etenim hæc in continuo est, manifestū igitur est, quòd in solo motu, qui secundùm qualitatem est: contingit F
indiuisibile per se esse.

¶ Tandem in text. 49. postremoq; huius capitis, id quod de tempore, & mobili docuit, prosequitur & de spatio demonstrare: adeo de quocunque termino motus. nempè quòd non detur prima pars spatij pertransita, sed quacunque data, alia sit priùs transita, neque detur primus gradus in intensione, neque prima pars quantitatis in augmentatione. Ait ergo, quòd eius, qđ mutatur. s. mobilis, & eius, in quo mutatur. s. temporis, iam ostensum est, non

A non esse dabile primum. Sed antequā procedat ad spatium, uel terminū, quo mobile mutatur, repetit id, qđ tex. 37. & 39. præmiserat. s. ꝙ non omnia, quæ diuiduntur cum mo u, diuiduntur per se. Tria enim (inquit) sunt in motu ꝑter ipsum motum. s. mobile, tempus & terminus, ut albedo in alteratione. Et quidem mobile motus & tempus, quia sunt de genere quantitatis per se diuiduntur: qualitas verò, quæ est terminus alterationis, non per se diuiditur, sed ad diuisionem quātitatis mobilis, uel motus, uel temporis. Litera est clara. Ponit ergo conclusionem, ꝙ in ijs, quæ secundùm se diuiduntur, B non datur primum. Et probat de spatio, quod per se est diuisibile: nam de tempore, & de mobili id iam ostenderat. Probatur, ꝙ si aliquod mobile incipit moueri super aliquam lineam, non detur prima pars lineæ pertransita. Sit enim mobile pedale. AB. quod incipit moueri à puncto. B. & prima pars pertransita (v. g.) sit. BC. & argu. sic. Aut. BC. spatium est diuisibile, aut indiuisibile: si indiuisibile, sequitur duo indiuisibilia contingua esse, & immediata: nam eadem ratione secunda pars spatij erit indiuisibilis, quæ tamen primæ est immediata. Si verò. AC. spatiū est diuisibile, in medietate tē C poris, quo mobile transit totum. BC. transit medietatem eius, & in quarta parte quartam partem: & ita in infinitum: quare non dabitur prima pars pertransita. Et similiter (inquit) erit in motu augmentationis, cuius terminus est quantitas, quæ est per se diuisibilis. Quacunque enim quantitate data acquisita per augmentationem, prius acquiritur pars eius. Vbi hoc animaduertendum est, quòd Aristo. nō admittit minimā quantitatem in augmentatione, sicut in generatione.

¶ Concludit ergo, quòd in sola qualitate contingit per se indiuisibile. Non tamen negat, quin sit per accidens diuisibilis. Et hac ratione, nec dabitur minimum in qualitate. Siue secundū D extensionem, siue secundùm intensionem. Quādo enim lignum applicatur igni, non dabitur minima pars, quæ primò habet calorem, sed quacunque data minor prius est calefacta: & quocunque dato gradu intensionis, ante illum fuit alius gradus. Quod nos tanquam uerius approbauimus, & corroborauimus lib. 1. q. 4. & licet alij aliter senserint, est tamē in hoc loco sententia. S. Thom. Est autem hoc intelligendum, quando lignum applicatur in linea, ubi terminatur sphæra actiuitatis ignis. Nam si totū sit intra flammā, simul disponitur magna pars eius, secundum superficiem. Licet forsan secundum profunditatem, quacunque E parte data, prius disponatur medietas eius superficiem versus. Nota.

DE ORDINE partium motus.

CAPVT VI.




QVONIAM autem omne, quod mutatur in tēpore mutatur, dicitur autem in tempore mutari & ut in primò, & ut secundum alterum, ut in anno, quia in die mu F tatur: in quò primo tempore mutatur id quod mutatur, in quauis huius parte mutari necesse est, manifestum est igitur & ex definitione, primùm enim sic dicebamus. Tex. 50.

¶ Cùm intensio Phi. in his duobus capitulis sit tradere ordinem partium motus, & in 5. dictum sit definitio & termino motus, & subsequitur in hoc 6. (quod decem complectitur tex.) ut dicat de ordine aliarum partium. Atqui in his duobus totum uersatur, scilicet & quòd ante omne moueri præcedit mutatum esse: & quòd è conuerso, ante quodlibet mutatum esse præ-

cedit

A cedit quoque moueri. In quinq; prioribus textibus ostendit primum: & in reliquis alterum. At primum omniũ hoc tex. 50. præmittit distinctionem necessariam. Videlicet, quòd dupliciter res aliqua mouetur in aliquo tempore. Aut nõ primò, sed ratione partis, quemadmodum quod mouetur uno tantùm die, dicitur moueri in anno ratione illius diei, quę ẽ pars eius. Aut mouetur in tali tẽpore per se primò. Definit autem, quòd rem moueri in aliquo tempore per se primò, est moueri secundùm quamcunque partem illius temporis. Id quod primò manifestat ex definitione posita ĩ prin-
B cipio li. 5. Vbi dictum est id per se primò moueri, quod mouetur secũdùm se totum, & non solùm ratione partis. Similiter enim sequitur, ut id moueatur primò in aliquo tẽpore, quod mouetur secundùm omnem partem illius temporis.

Tex. 52. Sed ex his manifestum est. Si enim in quo primo mouetur id, quod mouetur, in quo. A C. & diuidatur secundùm B, omne enim tempus diuisibile est. In tempore autem. A B. aut mouetur, aut non mouetur. & rursus in tempore. B C. similiter Si
C igitur in neutro mouetur, quiescet utiq; in toto, moueri enim id, quod in nulla partium huius mouetur, impossibile est. si uerò in altera sola mouetur, non utique in primo mouetur, quod est AC, secundùm enim alterum motus est. necesse est igitur, in quouis ipsius. AC, motum esse.



¶In text. 51. id quod proximè sola definitione probauerat, ratione demõstrat. uidelicet id, quod primò mouetur in aliquo tempore moueri necesse sit in qualibet eius parte. Sit enim tempus, quo mobile aliquod primò mouetur, & diuidatur in puncto. B. Tunc aut in parte. A B. mouetur, aut non mouetur, idemque interrogatur de parte. B C. si ergo neque in A B. neque in B C. mouetur, sequitur, quòd neque in toto. A C. moueatur. Si verò in altera sola mouetur, sequitur ꝙ non mouetur primò in toto. A C. sed solùm mouetur primò in illa parte, ꝑ quam totam mouetur: & ratione illius, mouetur in toto. Igitur si in toto primum mouetur, fit ut in utraq; parte moueatur. D


Hoc autem ostenso manifestũ est, quòd omne, quod mouetur, necesse est motum esse prius. Si enim in A C. tempore primò per magnitudinem. D F. quippiam motum est in dimidio, quod æquè uelociter mouetur, & simul incœpit, per dimidium erit motum. Si autem æquè uelox in eodem tempore moti. aliquid, & alterum, necesse est per eandem motum esse magnitudinem quare motum erit id, quod mouetur. Tex. 52. E

¶Supposito, ꝙ sermo sit hic de eo, quod per se primò mouetur in aliquo tempore, demonstrare prosequitur, quòd ante omne moueri, sit mutatum esse. Vbi adnotandum est, ꝙ quemadmodum in linea, aut reuera sunt, aut cogitatione consideranda puncta, ita sunt & in motu mutata esse indiuisibilia. Vnde quemadmodum linea, puncta continuatiua non sunt actu, sed potentia, quando tamen actu diuiditur, punctum terminatiuũ est actu: q̃a terminat diuisionem (sicut partes quãdo sunt actu continuæ, sunt entia in potentia: quando uerò sunt actu diuisæ, sunt entia in actu) ita & mutata esse continuantia motum sunt in potentia, quando uerò mutatum esse actu terminat motum, tunc est in actu, Demonstratio ergo Arist. est, ꝙ quemadmodum in linea ante quamlibet partẽ est, F

A est punctum, ita & in motu, ante quālibet partem motus, est mutatum esse. Sed quia mutatum esse euidentius apparet, quando actu terminat & rumpit motum, demonstrationem format in duobus mobilibus. Si enim (inquit) aliquod mobile in toto tempore. A.C. mouetur per spacium. D.F. necesse est, ut mobile alterum æquè uelox, & simul incipiens dimidiato tempore moueatur per dimidium spacium, scilicet D.E. & per consequens in E. erit mutatum esse. Quòd si illud ęquè uelox erat actu mutatum esse in E, cōsequens est, ut & primum mobile ante moueri per partem, E.F. habuerit mutatum esse in
B E. Et eadem ratione antequam perueniret ad E. fuit mutatum esse in alio priori puncto eiusdem spacij. Et ita consequenter ante quodlibet moueri erat mutatum esse.

Tex. 53. Amplius autem si in toto tempore A C. motum esse dicimus, aut omnino in quouis tempore, ex eo quia accepimus ultimum ipsius nūc (hoc enim est id, quod terminat: & mediū ipsorum nunc, tempus est) & in aliis utique similiter dicetur motum esse, dimidij autem ultimum diuisio est, quare & in dimidio motum erit: &
C omnino in quauis partium, semper enim simul cum ipsa diuisione tēpus est terminatum ab ipsis nunc. Si igitur omne quidem tempus diuisibile est, quod autem est inter ipsa nunc, tempus est omne quod mutatur, infinities mutatum erit.

¶Demonstratio secunda est in textu 53. Quæ talis est. Propterea mobile dicitur mutatum esse in toto tpe. A C. aut in quouis alio, quia peruentum est ad nunc terminans illud tempus: sed ante illud nunc terminans fuerunt infinita nunc continuantia partes temporis: ergo simili ratione cum ante quamlibet particulam ipsius tempo- D
ris. A. C. præcesserit aliquod nunc, sequitur ut ante quamlibet particulam totius motus per D. F. spacium præ-



cesserit mutatum esse. Nam quemadmodum nūc est diuisio temporis, idest quo discriminantur partes temporis, ita se habet & mutatum esse respectu partium motus. Colligit ergo Philo. quòd cùm omne tempus quantumcūque minimum sit diuisibile, & inter E
duo nunc semper mediat tempus, & cuilibet nunc correspondet in motum mutatum esse, atque adeo inter quæcunque mutata esset, mediat motus. sequitur ut quemadmodū ante quamlibet particulam temporis præcesserūt infinita nunc ita ante quamlibet particulam motus præcesserint infinita mutata esse. Et per consequens quicquid mouetur, infinities fuerit mutatum.

Amplius autem si id, quod continuè mutatur, & neque corruptum Tex. 54.
est, neque cessauit à mutatione, aut F
mutari, aut mutatum esse, necesse est in quouis, in ipso autem nunc nō est mutari: necesse est mutatum esse secundùm vnumquodque ipsorū nunc. Quare si ipsa nunc infinita sunt: omne quod mutatur, infinitè erit mutatum.

¶In tex. 54. subsequitur tertia demonstratio, quæ talis est. Omne quod continuò mouetur, quamdiu nec corrumpitur, nec cessat à motu, necesse est, ut in quolibet intrinseco illius temporis, aut moueatur, aut mutatum sit: sed in indiuisibili nunc (ut tex. 29. ostēsum est) nihil propriè mouetur: ergo ne-


A necesse est in quolibet nunc mobile esse mutatum. Et cũ ante quamlibet partem temporis motus præcesserit nũc, sequitur ut ante quodlibet moueri prę cesserit mutatum esse.

Tex. 55. Non solùm autem id, quod mutatur, necesse est mutatum esse: sed etiam mutatum necesse est mutari prius. Omne enim, quod ex quodam in quiddam mutatum est, in tempore mutatum est. Sit enim in ipso nunc ex A. in B. mutatum, ergo in eodem quidem nunc in quo est, in ipso A. non mutatum est. Simul enim erit B in ipso A. & in ipso B. quod enim mutatum est, quando mutatum est, ꝙ nõ est in hoc, ostensum est prius. si uerò in alio est: in medio est tempus. non enim contigua sunt ipsa nunc.

¶ Post demonstrationes illius, quod est, ante quodlibet moueri præcessisse mutatum esse, procedit philosophus, ut perinde demonstret ante quodlibet mutatum esse, præcessisse itidem moueri. Vnde in hoc tex. 55. proponit primam conclusionem, quod non solùm ante omne moueri, est mutatum esse, uerum & èconuerso, ante omne mutatum esse est etiam moueri. Ante cuius demonstrationem præiacit fundamentum hoc. Omne quòd mutatur inter duos terminos, ut ab A. in B. mutatum est in tempore. Hic non accipitur mutatum esse (ut hactenus) pro termino motus, qui est in instanti: sed pro eo, quod est mutari. Et probatur fundamentum. Si mobile quippiã mutatur ab A. in B. sequitur ut in eo nunc, quod est in A. non sit mutatũ in B. aliàs in eodem nunc esset in A. & in B. quod supra ostensum est esse falsum tex. 40. ubi demonstratum est, id quod mutatur, quando mutatum est, nõ esse in termino à quo, sed in termino ad quem: ergo in alio nunc est in termino à quo, & in alio in termino ad quem. Et cùm inter quæcunque duo nunc mediet tẽpus, sequitur, ut omne, quod mutatur, mutetur in tempore. Et loquitur hic Phil. de motu propriè, ut distinguitur à mutatione. Nam generatio, quæ (v.g.) est mutatio de non esse aeris ad esse aerem, si accipiatur pro inceptione ipsa, non fit in tempore. Quoniam (ut uidebimus lib. 8.) generatio fit per primum esse: & quia non datur ultimũ esse non aeris, scilicet ultimum esse aquæ, unde generatur aer, nullũ est medium tempus inter ultimum esse aquæ & primum esse aeris: sed idem instans quod est primum esse aeris, est primũ non esse priuationis aeris, puta aquæ. Si autem accipiatur generatio pro toto motu alterationis præcedente in aqua, qui terminatur ad esse aeris, ille fit quoque in tempore.

Nota.





Tex. 56. Quoniam igitur in tempore mutatum est, tempus autem omne diuisibile: in dimidio aliud erit mutatum, & rursus illius dimidio aliud, & semper sic, quare mutaretur utique prius.


¶ Supposito hoc fundamento, sequitur prima demonstratio conclusionis. Quæ est hæc. Omne qđ mutatur, mutatur in tempore: & tempus omne est diuisibile in semper diuisibilia, cuius partes continuantur per instantia: ergo omne illud, quod in aliquo certo tẽpore mutatum est, ante illud nunc terminans tale tempus, mutabatur: nam ante quodlibet nunc terminans tẽpus, in quo res mutata est, pręcedit tempus, in quo mouebatur.

Am-

A Amplius autem in magnitudine
Tex. 57. manifestius est, quod dictum est: propterea quòd continuum est magnitudo, in qua mutatur id, quod mutatur. Sit enim mutatum ex C. in D. ergo si indiuisibile quidē est ipsum. C, D. id quod impers est, imperti erit contiguum. Quoniam autem hoc impossibile est, necesse est magnitudinem esse id, quod est inter, & in infinita, esse diuisibile, motū in illa mutatur prius, necesse est ergo omne, quod mutatum est, mutari prius.

¶ Prima demonstratio sumpta est à
B diuisione temporis: altera uerò hæc, quæ sequitur, sumitur ex diuisione magnitudinis, per quam fit motus: eo ꝙ diuisio magnitudinis manifestior multò est, quàm temporis, uel motus. Moueatur ergo quippiam à C. in D. quæ sunt extrema magnitudinis. Tunc aut





C magnitudo. C. D. est indiuisibilis, aut diuisibilis: indiuisibilis esse nō potest: quia cū illa magnitudo sit, aut esse possit pars continui, tunc cōtinuum componeretur ex indiuisibilibus: atq; adeo duo indiuisibilia essent immediata, ut in principio huius libri demonstratum est. Si autem. C.D. est magnitudo diuisibilis, necesse est ut habeat infinitas partes: & per consequens ante quodlibet punctum, in quod mobile mutatum est, pręcedit magnitudo, per quam mouebatur.

Tex. 58. Eadem enim demonstratio est & in non continuis, ut & in contrariis, & in contradictione. Accipiemus D
enim tempus, in quo mutatum est: & rursus eadem dicimus. Quare necesse est id, quòd mutatum est, mutari: & ꝙ mutatur, mutatum esse. & est, ipso quidem mutari, mutatum esse prius: ipso autem mutatum esse, mutari: & nunquam accipietur primum, causa autem huius est: non esse impers imperti contiguum, in infinitum enim diuisio fit: ut in iis, quæ augentur, & diminuuntur lineis.

¶ Cùm demonstrationes hactenus de solo motu locali fuerint cōstructæ, ait primum in hoc tex. 58. ꝗ quo eas pede procedere in reliquis motuum, mutationumq́ue generibus, scilicet alte- E
ratione (quàm uocat motum in contrariis) & in generatione, & corruptione (quas appellat mutationes secundùm contradictionē.) At uerò ex duabus, quas fecerat demonstrationibus, priorem, quæ ex diuisione temporis procedit, ait habere locum in alteratione, & generatione, & corruptione. Nam altera (quæ de diuisione spacij sumebatur,) in solo motu locali uerum habet: & applicari etiam potest, motui augmenti, aut decrementi. Vt enim ante quodlibet punctum spacij, in quod mobile mutatum est, præcessit spaciū F
per quod mutabatur, & ante quamlibet partem spacij præcesserat punctū, in quo fuerat mutatum, ita & in augmento quantitatis, ante quemlibet terminum & punctum, acquirebatur quātitas: & ante quodlibet acquiri, præcessit terminus ad quem res augmentata est. In intensione uerò qualitatis non adeo oculis apertum est, quomodo ex parte rei acquisitæ ante quodlibet mutatum esse sit moueri, & ante quodlibet mutari mutatum esse, & ideo euidentius iudicatur ex parte temporis. Omnis enim intensio, & remissio fit in tempore & ante quamlibet partem tēporis pręcessit instās, in qua res est mutata,

A tata,& ante quodlibet instans præcessit tempus,in quo mutabatur. Generatio uerò & corruptio, licet accepta pro inceptione : & decisione substantiæ non fiant in tempore : tamen si accipiantur pro motu alterationis, qui terminatur ad desitionem (v.g.) aquæ & inceptionem aeris, in tempore fiunt. ¶Colligit ergo sub epilogo,conclusionem intentam , uidelicet, quòd quicquid mutatū est, prius mutatur. Et ratio (inquit) est, quia motus non componitur ex indiuisibilibus , quorum unum sit alteri immediatum : nam tunc daretur primum moueri indiuisibile , ante quod
B non præcessisset mutatum esse. At uerò cum motus sit de genere continuorum , atque adeo , quemadmodum linea,ita sit diuisibilis in semper diuisibilia,neq; dabitur in motu primum moueri, nec primum mutatum esse: sicut neque in linea diuisa per partes proportionales uersus initium, nec dabitur prima pars, nec primum punctum continuatiuum .

Tex. 59. Manifestum est igitur,quòd & id , quod factū est,necesse est fieri prius: & quod fit , factum esse, quæcunque diuisibilia & continua sunt non tamē semper id,quod fit: sed aliud aliquan
C do,ut illius aliquid,sicuti fundamentum domus,similiter autem & in eo, quòd corrumpitur,& eo,quod corruptum est, statim enim inest ei , quod fit,& quod corrumpitur,cum sit continuum infinitum quoddam , & non est , aut fieri non factum aliquid, aut factum esse , quod non fit aliquid. similiter autem & in ipso corrumpi, & incorruptum esse,semper enim est ipso corrumpi corruptum esse,prius.ipso autem corruptum esse corrumpi . Manifestum est igitur,quod & id,qđ factum est necesse est fieri prius,& ꝙ fit,factum esse,omnis enim magnitudo,& omne tempus semper diuisibilia sunt. Quare in quocunq; sit,non erit utique ut primo . D

¶In hoc tandem tex.59.huius capitis postremò explicat eandem conclusionem, in generatione, & corruptione, ubi cuipiam uideri poterat non habere uerum , propterea quòd nō fiunt in tempore . Ait nihilominus , quòd etiam in his id,quod factū est,prius fiebat & id,quod fit,prius etiā aut secundum partem,aut alio quouis modo factum est . In his (inquit) quæcunque diuisibilia sunt, & continua. Quod secundùm Commentatorem appositum est ad excludēdum intellectiones, quæ E non fiunt motu continuo: sed fieri possunt indiuisibiliter . Aut forsan (ut ait Sanctus Tho.)adiectum est ad insinuādum, quòd motus alterationis continuatur quodammodo cum generatione ad quam terminatur. Vbi adnotandum est, quòd alia est consideratio generationis substantiæ,in homogeneis, & alia in eterogeneis. In homogeneis namque[cuius partes sunt eiusdem rationis] id quod generatur tempore, quo forma extenditur per materiam , secundùm eandem rationem generatum est secundùm partem. ut cùm forma ignis extenditur per materiam ligni , ante quemlibet ignem genitum , F generabatur ignis : & ante quodlibet generari , erat ignis aliquis genitus . Sed in eterogeneis [ut v. g. in animali] non semper id,quod generatur,præcessit secundum eandem rationem , sed secundum partem alterius rationis. ut quando in animali , animantur pedes , prius fuit animatum cerebrum : & ante cerebrum fuit animatum cor . Et hoc est , quod insinuat exēplo domus, cuius fundamentum præiacitur parietibus. At uerò,quia minimum utriusque substantiæ producitur in instanti , ante illud mutatum esse, non præcedit moueri secundùm eandem formam , scilicet substantialem : sed præcedit alteratio

Nota.

A teratio, qua prior corrumpebatur substantia. Quæquidem alteratio quodammodo continuatur cum generatione. Et ita uerum quodammodo semper habet, quòd omne, quod factum est prius, aut secundùm partem, aut secundùm alterationem, fiebat, & omne quod fit, partim factum erat. Et pariter in corruptione, omne, quod corruptum est, corrumpebatur: & omne, quod corrumpitur, partim corruptum erat. Etenim alteratio ipsa, quia terminatur non solùm ad qualitatem, sed etiam ad decisionem unius substantiæ & generationem alterius, uocatur non solùm alteratio, sed & corruptio
B & generatio. Quandoquidem motus, (ut lib. 5. tex. 4. assertum est) à termino ad quem sortitur nomen.

DE FINITO, ET INFINITO IN MOTU.

CAPVT VII.

Tex. 60.



VONIAM autem omne id, quod mouetur, in tempore mouetur, & in pluri maior magnitudo in infinito tempore impossibile est
C per finitam moueri non eandem semper: & illius aliquid quod mouetur, sed in toto totam. Quòd igitur si quid moueatur çquè uelociter, necesse est finitum in finito moueri: manifestum est, accepta enim parte, quç mensurabit totam lineam, in tot æqualibus temporibus, quot partes sunt, per totam motum est. Quare quoniam hæ finitæ sunt, & quantitate unaquæque, & numero omnes: & tempus utique erit finitum, toties enim erit tantum, quantum partis tempus multiplicatum secundùm multitudinem partium.

¶Caput hoc septimum, (quod per septem textus protenditur, ut in libri partitione dicebamus) est quarta pars principalis huius libri. In quo agitur de finito & infinito in motu. Repetit autem ex superioribus in hoc tex. 60. duo necessaria fundamenta. Primum est id, quod dixerat tex. 50. & 55. scilicet quòd omne quod mouetur: mouetur in tempore: nam (ut dictũ est tex. 29.) in instanti fieri nequit motus. Alterum est id, quod asseruit tex. 11. & sequentibus, uidelicet, quòd idem mobile maiori tempore, maiorem magnitudinem pertransit: & minori, minorem. Quibus suppositis, intendit in hoc capite demonstrare hanc bimembrem conclusionem. Impossibile est, ut mobile aliquod in infinito tempore finitam transeat magnitudinem, nisi eam infinities repetat (ut caueat à motu orbicularis cœli) & è conuerso impossibile est, ut in tempore finito, infinitam transeat magnitudinem. Vtrãque partem satis ostenderat tex. 20. & duobus sequentibus: sed est certè nimis in huiusmodi diuisionibus continui. Atqui in residua parte huius tex. demonstrat priorem partem conclusionis, in motu uniformis uelocitatis, hoc modo. Signetur magnitudo quæuis finita: & detur ad libitum, quod mobile in aliquo tempore pertranseat unam partẽ illius magnitudinis: quod quidem tempus necesse est ut sit finitum: quia si tota magnitudo transitur tempore infinito, pars transitur in minori, & per consequens finito: quia unum infinitum non est minus alio. Tunc arguitur sic. In tanto tempore transibitur alia tanta pars magnitudinis, & in alio æquali tempore alia [æqualis pars &c. (si motus sit uniformis) cum ergo partes magnitudinis sint finitæ, & quantitate, & numero], sequitur, quòd & partes temporis sint utroque modo finitæ: & per consequens, si magnitudo spacij est finita, tempus erit pariter finitum.

Sed

A Sed & si nõ æquè velociter: refert nihil. Tex.61. Sit enim in quo. A C. spacium finitum, per quod motum sit in infinito tempore: & tempus infinitum, in quo. D F. Si igitur necesse est prius per alterum altero motum esse: hoc manifestum est, quòd tẽporis in priori & posteriori, per alterũ est motũ, semper enim in pluri per alterum erit motum, siue æquè uelociter siue nõ æquè velociter mutetur, siue intẽdatur motus, siue remittatur, siue maneat nihilominus. Accipiatur igitur spatij. A C. aliquid quod sit. A B. quod mensurabit. A C. Hæc itaq; pars in- B finiti in quodã absoluta est tempore, in infinito enim non est posibile. totum enim in infinito. Et rursus alteram si cepero, tãtam quanta est. A B. necesse est in finito tempore. totum enim in infinito, & sic accipiendo. Quoniam autem infiniti quidẽ nulla pars est, quæ mensuret, imposibile enim est infinitũ esse ex finitis æqualibus & inæqualibus, propterea quòd mensurabuntur quæ finita sunt. multitudine, & magnitudine, à quodam uno, siue æqualia sint, siue inæqualia, C de finita autem magnitudine nihilominus, spacium autem finitum quantis. A B. mensuratur in finito tempore. A C. mouebitur. ¶ Similiter autẽ & in quiete, quare neque fieri, neque corrũpi, posibile est semper aliquid unum, & idem.

¶ In tex.61. probat eãdem priorem partem uniuersalius, siue mobile moueatur uniformi, siue difformi uelocitate. Sit enim (inquit) A C. spacium finitum, per quod mobile mouetur tẽpore infinito, quod sit. D F. Tunc necessariũ est (inquit) vt illud mobile prius transeat priorem partem spacij, puta A B. quàm posteriorem B C. ex quo manifestè sequitur, q priorem partem D debet transire in priori parte tẽporis. s. D E. & aliam in posteriori: quia secũdùm successionẽ magnitudinis est successio & motus, & subinde temporis. Hinc rursus sequitur, q si mobile aliquam partem magnitudinis transit aliquo tempore: per maius tempus transibitur eadem pars & aliquid aliud: Et id quidem siue mobile moueatur uelocius, semper atque uelocius, ut in motu naturali: siue tardius, ac tardius, vt in motu uiolento: siue maneat in eadem uelocitate. His suppositis accipiatur aliqua pars spacij. A C. (v. g.) A B. quam necesse est mensurare totũ spacium. A C. supponatur enim esse E aliquotam. Atqui pars illa finito tẽpore pertransibitur, vt iã dictũ est, postq̃ debet transiri in minori tempore, q̃ totum. Rursus, si aliam tandem partem accepero, necesse est etiam eadem ratione tempore finito pertransiri: siue minori, siue maiori, siue æquali, secundùm quod mobile per eam uelocius, tardiusve moueatur, q̃ per primã, aut æquè velociter. Et cùm partes illius spacij sint & singulæ finitæ magnitudinis, & omnes finitæ multitudine & numero, fit, vt omnes partes temporis cõsumpti in toto motu sint etiam numero & multitudine finitæ: & singulæ magnitudinis finitę: siue sint æquales, siue inæquales. Et cùm nullæ magnitudine F & multitudine finitę partes possint metiri. i. complere, & haurire totum infinitum, sequitur, vt tempus illud non possit esse infinitum: & per consequẽs A C. pertransibitur in tempore finito. Parentesim ita legito. Impossibile est infinitũ esse ex finitis, siue æqualibus, siue inæqualibus (s. ex partibus tot numero, quot sunt signatæ in spatio, siue sint illius æquales, siue inæquales. Quia mensurentur tunc finitum & infinitum uno numero finito partium finitarum: nam spatium parte. A B. finita finities sumpta mensuratur. Quæcũque verò eodem numero finito partiũ

D E F

A


B

C

A finitarum mensurantur, siue partes unius sint æquales partibus alterius, siue non, debent esse ambo finita. Et similiter (inquit) est in quiete. Nempe quod si duorum quietes mensurentur eodem numero partium temporis, quietes erunt finitæ. Vnde infert non esse possibile unum idem semper, i. tempore infinito, aut generari, aut corrumpi. Nam cùm quicquid generatur, aut alteratur, aut augetur sit finitum: necesse est & motum ipsum, ac subinde motionis tempus esse fiuitum.

Tex.62. Eadem autem ratio est, & quod neque in finito tempore per infinitum posibile est moueri, aut quie-
B scere, siue regulariter moueatur, siue irregulariter. accepta enim quadam parte, quæ metietur totum tempus, in hac quantum aliquod pertransibit ipsius magnitudinis, & non totam, in toto enim totam, & rursus in æquali aliam, & in unoquoque similiter, siue æqualis sit, siue inæqualis ei quæ est à principio. refert autem nihil dũ modo sit finitum quoddam unaquæque, manifestum enim est, quòd finitum quoddam tempore infinitũ non consumitur finita diuisione, & quan-
C titate, & numero, ablatione facta tot modis. Quare non transibit in tempore finito infinitum, nihilque refert magnitudinem uersus alteram, aut uersus utranque partem esse infinitã, eadem enim erit ratio.

¶In tex. 62. probat secundam partẽ eiusdem conclusionis. s. quòd neque èconuerso possibile sit in tempore finito, magnitudinem infinitam pertrãsiri. Nam detur (v. g.) magnitudo infinita. A C. quæ percurritur tempore finito. DF. & signetur una pars aliquota illius temporis, qua transitur una quęuis pars magnitudinis, quam partẽ spacij necesse est esse finitam: nam si toto tempore transitur spatium infinitum, parte temporis transitur minus, D & per consequens finitum. Perseuerat



enim in hoc, quòd unum infinitũ non est altero minus. Et tunc manifestum E est alia æquali parte temporis pertransiri unam aliam partem magnitudinis, aut æqualem, aut maiorem, uel minorem, secũdùm quod motus fuerit vniformis, uel difformis. Vnde cùm partes temporis sint numero finitæ, singulæque finitæ magnitudinis, fit, ut ita se habeãt partes spacij, & per consequẽs totum spatium sit infinitum. Quia cõsumpto (inquit) tẽpore finito per numerationem partium finitarum, non cõsumitur infinitum spatium. Colligitur ergo, quod non potest tempore finito spatium infinitum pertransiri. Neque refert (inquit) sit ne infinitus simpliciter uersus utrunq; extremũ, an uersus unum tantum secundum quid. F

Tex.63. His autem demonstratis manifestum est, quòd neque finitam magnitudinem infinitum contingit transire infinito tempore, propter eandẽ causam. In parte enim temporis finitum transibit, & in unaquaque, similiter, quare in toto finitum.


¶Hactenus de mobili finito loquutus est, quòd demonstrauit neque tempore infinito posse transire magnitudinem finitam, neque finito infinitam. Iam nunc sermonem transfert ad mobile infinitum. Atqui in hoc tex. 63. ostendit, quòd neque infinitum mobile, finito tempore, potest magnitudinem

A nem finitam transire. Detur enim (verbi gratia) spatium trepidale, & mobile finitum uersus occidentem terminatum hic in principio illius spacij, super quod incipiat moueri. Tũc si tempore unius horæ debeat totum mobile transire tripedalem magnitudinem, sequitur quod in quarta parte illius tẽporis transibit per illam magnitudinẽ, non totum mobile, sed finitum. i. pars finita illius. ¶ Mendum enim est in omnibus traductionibus, quibus legitur, finitam transiuit, sed debet legi, finitũ. i. finita pars mobilis. Nam si toto tempore mobile infinitè longum transit per aliquod signum in parte temporis B minor moles est illa quæ transit, & per consequens finita. Atqui cum partes temporis sint finitæ, & numero, & magnitudine, ita se habebunt partes mobilis, & per consequens mobile, quod tempore finito transit per magnitudinem finitam esse nõ potest infinitum.

Tex.64. Quoniam autem finitum nõ transiuit infinitum infinito tempore: manifestum est, quòd neque infinitum, finitum, si enim infinitum, finitũ: necesse est & finitum, transire infinitum. nihil enim refert: utrumuis esse id, quòd mouetur, utroque enim modo finitum transibit infinitum.

C Cùm enim moueatur infinitum, in quo est. A. erit aliquid ipsius secundùm B finitũ, vt CD. & rursus aliud, & aliud & semper sic. Quare similiter accidet infinitum motum esse ꝑ finitum, & finitum transisse infinitũ, neque enim fortaßis poßibile est aliter infinitum moueri per finitum: q̃ quòd finitum transeat infinitum, aut latione utendo, aut mouendo quare quoniam hoc impoßibile est, non transibit infinitum finitum.

¶ In hoc tex. 64. adhibet ad eandem conclusionem rationem secundam. Quę certè est bona: nisi huiusmodi diuisiones satietatem iam fecissent. Ait D enim, ꝙ si finitum mobile non potest infinitam magnitudinem in tempore



finito transire (ut probatum est) eādẽ prorsus rationẽ sequitur, quòd neque infinitum mobile poterit finitam magnitudinem eodem tempore transire. E Nam ex contradictorio consequentis sequitur contradictorium antecedentis. Fac enim duo esse ligna ab hoc pũcto uersus oriens protensa, quorum unum puta. A. sit infinitum. B verò sit pedale. Idem tunc pollet si quiescente. A. uelut spatio. B. moueatur per illud uersus orientem, & si quiescente B. moueatur. A. per ipsum uersus occidentẽ. Et hoc est quod ait (nihil enim refert, utrumuis esse qđ mouetur &c.) Cùm enim mouetur infinitum, quod est. A. erit aliqua pars eius finita pedalis, sicut totum. B. quæ sit. C D. ¦ & rursus alia & alia, quæ sint semper æquales. Quare quo tempore infinitum. A. F transit per finitum. B finitum etiam. B. transit per finitum. A Quinimmo non potest aliter infinitum transire per finitum, quàm ut finitum transeat per infinitum. Igitur si probatum est finitum mobile in tempore finito non posse transire infinitam magnitudinem, eadem ratione concluditur, quòd neque infinitum mobile potest in tempore finito finitam transire magnitudinem.

At uerò neque infinitum in finito tempore transibit infinitum, si Tex.65. enim infinitum, & finitũ. inest enim infinito finitum. Amplius autem &

A tempore accepto eadem erit demonstratio.

¶ Pari fermè ratione probat, quod neque infinitum mobile potest infinitum spacium in tempore finito pertrãsire. Quia cùm in infinito mobili sit aliqua pars finita, sequitur, quòd aliquod mobile finitum moueretur per spacium infinitum in tempore finito, quod iam modò esse impossibile demonstratum est. Neque rursus si tempus statuatur infinitum, poterit infinitum mobile transire finitum spacium. Nam tunc aliqua pars finita ipsius mobilis transiret finitum spacium in tempore infinito, cuius contra-B rium in initio huius capitis demonstrabatur.

Tex.6.6 Quoniam autem neque finitum infinitum trannbit, neque infinitum finitum, neque infinitum in finito tempore mouetur, manifestum est, quòd neque motus erit infinitus in finito tempore, quid enim refert motum, aut magnitudinem, infinitum facere? necesse enim est utrumuis & alterum esse infinitum, omnis enim loci mutatio in loco est.

C

¶In tex. itaque postremo concludit id, quod dictum est de tempore, spatio, & mobili, censendum esse de motu. Nemp , quòd si mobile finitũ non potest infinitum spatium transire, neque mobile infinitum, finitum aut infinitum spatium in tempore finito, sic ut neque motus potest esse infinitus in tempore finito. Eadem enim est quantitas & magnitudinis, & spatij, per quã fit motus, & motus ipsius.



DE DIVISIONE D quietis.

CAPVT VIII.



Voniam autem omne, aut mouetur, aut quiescit quod aptum natura est, quando aptum est, & ubi, & quo pacto necesse est oẽ, quod stat, cũ stat, moueri. si enim non mouetur quiescit, sed non cõtingit, ut ad quietem tendat quiescens. Tex 67.

¶ In capite octauo, quod quinta pars est huius libri, perque octo textus distribuit, post diuisionem motus, E agitur de diuisione quietis. Quies autem (ut lib. quinto, text. 61. uisum est) dupliciter accipitur. Vno modo propriè, ut opponitur motui uiolento. Quæ est consistentia rei naturalis in suo loco naturali. Alio modo pro cessatione motus quacunque, siue sit in loco naturali, siue extra, quæ dicitur statio, ut quando lapis proiectus sursum sistitur in puncto reflexionis, ubi cessat impetus. De quo uidebimus lib. 8. Et illud proprius dicitur quietari, aut sisti, quàm consistere aut quiescere. In quinque ergo prioribus textibus agitur de huiusmodi statione: & in reliquis de quiete. Propo- F nit ergo primò in hoc text. 67. quòd cùm omne illud quod aptum natum est moueri eo loco, & modo, quo moueri aptum est, necesse sit semper aut moueri, aut quiescere, fit, ut id, quod stat, id est sistitur, quando sistitur, moueatur. Nam aliàs tunc quiesceret, quod est falsum, quia cùm non sit in loco naturali, potius tendit ad quietem. Posset enim dici statio, quando graue sursum retinetur ab aliquo prohibente motum: sed propriè hic uidetur loqui de quietatione in puncto reflexionis, quæ naturaliter semper durat per tempus: eò quòd illic remissus impetus, licet non sufficiat sur-

sum

A ſum mouere graue, potens eſt tamen id parumper retinere.

Tex.68. Hoc autem demonſtratio manifeſtum eſt, quòd & in tempore ſtare neceſſe eſt. quod enim mouetur, in tempore mouetur, quod autem ſtat oſtenſum eſt moueri, quare neceſſe eſt in tempore ſtare.

Tex.69. Amplius autem ſi uelocius quidē & tardius in tempore dicimus: ſtare eſt uelociùs & tardiùs.

¶ Probat dupliciter omnem ſtationem naturalis motus eſſe idem tempore. Prima ratio in textu 68. eſt hæc. Omne quod ſtat, mouetur (quia remittitur ad ſuum locum naturalem tendens ad quietem) ergo ſtatio illa, & ſiſtentia eſt in tempore. ¶ Altera eſt in text. 69. Velocius & tardius non eſt B niſi in tempore: ſed contingit rem ſtare uelocius, & tardius, id eſt diutius, aut breuius morari ſecundùm conditionem impetus retinentis, ergo ſtatio eſt in tempore.

Tex.70. In quo autem tempore primò id, quod ſtat, ſtatim quouis huius neceſſe eſt ſtare. Diuiſo enim tempore ſi in neutra quidem partium ſtat: neque in toto, quare non utique ſtat id quod ſtat, ſin uerò in altero: non utique in primo toto ſtat, ſecundùm. n. utrunque in hoc ſtat: ſicut dictū eſt, C & in eo, quod mouetur priùs, ut autem id, quod mouetur, non eſt in quo primò mouetur, ſic neq, in quo ſtat id, quod ſtat, neque enim ipſius moueri neque ipſius ſtare aliquid eſt primum.

¶ In textu 70. id, quod de motu in textu 50. dixerat, de ſtatione repetit. Nempè, rem, quæ per ſe primò ſtat, & ceſſat in aliquo tempore, in qualibet parte illius temporis ſtare. Nam diuiſo tempore in duas partes, ſi in neutra ſtat, neque toto tempore ſtat, ſi uerò in altera ſtat, in altera uerò mouetur, D non ſtat per ſe primò in toto tempore, ſed ratione vnius partis. Mox ponit ſimilem concluſionem de ſtatione, illi, quam textu. 46. de motu ſtatuerat: uidelicet, quòd ſicut non datur primum mutatum eſſe, quod eſt dicere primum eſſe motus, ita neque datur primum eſſe ſtationis.

Sit enim in quo primò ſtat, in quo A B. hoc igitur impers quidem non contingit eſſe, motus enim non eſt in imperti, propterea quòd motum eſt aliquid ipſius, quod autem ſtat demonſtratum eſt moueri. At uerò ſi diuiſibile eſt, in quauis partium ipſius ſtat. hoc enim oſtēſum eſt priùs: quòd in quo ſtat primò, in quauis parte illius ſtat. Quoniam ergo tempus eſt, in quo primo ſtat & non impartibile eſt, omne autem tempus in infinita diuiſibile non erit, in quo primo ſtatur. Tex.71. E

¶ Demonſtrat concluſionem quemadmodum aliam de motu. Si enim datur primum quo mobile ſtat, ſit illum. (v.g.) A B. Tunc aut. A B. eſt indiuiſibile, aut diuiſibile. Indiuiſibile eſſe non poteſt: quia quod ſtat, iam modò probatum eſt moueri. eò quòd remittitur ad locum naturalem. Motus autem in indiuiſibili non poteſt. Si autem ſit diuiſibile, cùm in illo debeat per ſe primò ſtare ſequitur, quòd in qualibet parte illius temporis ſtat. Et quia tempus eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia, ante quodlibet tempus, in quo ſtat, iam ſteterat in parte illius. ¶ Poſſet quis hic obijcere, quòd datur primum inſtans eſſe ſtationis. Quod eſt primum non eſſe motus. Sed ad hoc iam reſpondet Philoſophus. F

Neque igitur quieſcens, quando primum quieuit, eſt, in imperti enim non quieuit: propterea quòd non eſt Tex.72.

A motus in impartibili. In quo autem est ipsum quiescere, & ipsum moueri. Tunc enim dicimus quiescere: quã do & in quo aptum natura est moueri non mouetur id, quod aptum natura est.

¶Post eam statione͂, quæ impropriè est quies, prosequitur idem demõstrare de quiete. Nẽpe ꝙ non datur primũ esse quietis. Et demonstratio est huiusmodi. Si daretur primum esse quietis, maximè esse illud instans, quod est primum non esse motus: sed tamen in instanti non est quies. ut tex. 30. & duo-
B bus sequentibus probatum est: nam cùm quies sit priuatio motus, nõ est, nisi quãdo aptus natus est fieri motus: motus autem in instanti fieri nequit, ergo nec quies.

Tex. 73. Amplius autem & tunc dicimus quiescere: cùm similiter se habet nũc & prius, tanquam non uno quodam dijudicantes, sed duobus minimis. Quare non erit, in quo quiescit, impers. ¶Si verò partibile est: tempus utiq; erit, & in quauis ipsius partium quiescet. eodem enim modo demonstrabitur, quo & in prioribus. Quare nihil primum erit, hęc autẽ causa est:
C quia quiescit quidẽ, & mouetur omne in tempore, tempus autem nõ est primum, neq; magnitudo, neq; omnino ullum continuum, omne enim in infinita partibile est.

¶Sectio huius textus non est adeo apta. Probat primum ratione secũda, quòd in instanti non est quies. Quiescit enim illud ꝙ similiter se hẽt similiter aũt se habere dicit ordinẽ ad duo, ut s. eodem modo se habeat nũc, sicut ante: duo autem indiuisibili esse non possunt: ergo in indiuisibili nõ est qes. Reuertitur deinde ad propositam conclusionem. Si ergo primum esse quietis non consistit in indiuisibili, necesse est, ut primum illud sit tempus, in cu- D ius omni parte mobile quiescat: tpis autem non est dabilis prima pars: ergo neq; quietis est dabile primum. Causa ergo (inquit) cur neque in motu, neq; in quiete est dabile primũ, est, ꝙ vtrunque fit in tempore: & temporis nõ est primum sicut neque alicuius continui est dabilis prima pars.

Quoniam autem omne, quod mo- Tex. 74.
uetur in tempore mouetur, & ex quodam in quoddam mutatur: in quo tẽpore mouetur secundùm se, & non quia in illius aliquo, impossibile est tunc, secundum aliquid esse primum quod mouetur, quiescere enim est in
E eodem esse tempore aliquo & ipsum, & partium vnamquanque. sic enim dicimus quiescere: quãdo in alio & alio nunc verum fit dicere, ꝙ in eodem & ipsum, & partes sunt. Si autẽ hoc est quiescere: non cõtingit id, quod mutatur, secũdùm aliquid esse totum secundum primũ tempus: tẽpus enim omne diuisibile est. Quare in alia & alia ipsius parte verum erit dicere, ꝙ in eodem sit & ipsum & partes. ¶Si verò non sic est, sed in uno solo nũc est: non erit tempore ullo secundùm aliquid, sed secundùm terminum tẽ-
F poris, in ipso autem nunc est quidem semper secundùm aliquid manens: non tamen quiescit, neque enim moueri, neque quiescere est in ipso nũc, sed nõ moueri quidem verum est in ipso nunc: & esse secundùm aliquid, in tempore autem non contingit esse secundùm quod quiescit, accideret enim id, quòd fertur quiescere.

¶In calce deniq; huius capituli, ut se præparet ad respondendum sophismatibus Zenonis, resumit prius duo illa toties repetita fundamẽta, videlicet, ꝙ omne, quod mouetur, in tempore mouetur,

A mouetur, & ex quodam in quoddam mutatur. Vnde elicit tertiũ, ꝙ impossibile ẽ id, quod mouetur, eo tp̃e, quo mouetur per se primo, secundùm quã libet partem illius temporis. illo. s. tempore uel aliqua parte illius esse secundùm aliquid primùm. i. manere penes aliquã partem spatij primò, & per se. Nota. Quod addit ad denotandum quòd nihil prohibet esse in aliquo puncto per aliquod instans. Et probatur. Quiescere aliquam rem est aliquo tempore esse in eodem (s. loco, aut sub eodem gradu qualitatis, aut quantitatis) secũdùm se, & quamlibet sui partem. Nam quiescere est, ꝙ in alio & alio nunc res maneat in eodẽ loco, aut alio quouis ter- B mino. Addit secundum unamquamq; partem: quia arbor dum uento huc illuc pellitur, licet truncus sit fixus, non simpliciter quiescit. Et lignũ per quod calor successiuè extenditur, licet secũdùm partem non moueatur, non tamẽ simpliciter quiescit. Si ergo mobile ꝑ aliquod tempus maneret in eodem loco secundũ quamlibet partem & mobilis, & temporis, & loci, illic quiescere t: nam cùm omne tempus sit diuisibile, habeatq; plura nunc, in diuersis nũc esset in eodem loco. Subdit autem, ꝙ si mobile solùm per aliquod nũc sit in eodem loco, non inde sequitur, quòd quiescat: sed id solum, ꝙ in tali nunc, C non moueatur. Nãm iam satis ostensum est ꝙ in indiuisibili, nunc nec motus est, nec subinde qes. Hic locus strenuè aduersus eos pugnãt, qui credunt intensionẽ & augmẽtationẽ fieri ꝑ minima, ut postquam in instanti produci Nota. tur minimum qualitatis tantisper cesset motus, quoad usque aliud minimũ producatur: & ita sequenter. Concedunt namque durante tempore motus manere mobile per tempus sub eadem forma inuariatum. Sed de hoc 1. de gene.

RESPONDET AD SOPHISMATA ZENONIS CIRCA IPSUM MOTUM. D

CAPVT IX.

ENO autem malè ratiocinatur. Si enim semper (inquit) quiescit omne, aut mouetur, cum est secũdùm æquale, est autem semper id, quod fertur, in ipso nunc secundùm æquale: immobilem eam esse sagittam, quæ fertur. ¶ Hoc autẽ falsum est, nõ enim componitur tempus ex ipsis nunc indiuisibilibus, sicut nec alia magnitudo ulla. Tex. 75. Tex. 76. E

¶ Duo hæc postrema capita (sexta scilicet pars huius libri) in hoc posita sunt, ut respondeatur antiquis philosophis de successione & diuisione motus. In hoc enim c. 9. (quod undecim habet textus) respondetur Zenoni, & in sequenti, respõdetur Democrito & Heraclito. Proponit ergo in hoc text. 75. paralogismum Zenonis, quo falso & contra experientiã colligebat sagittam, dum uolat non moueri. Quicq́d est (inquit) in loco sibi æquali, aut mouetur tunc, ergo quiescit: sagitta ĩ quo libet momento tẽporis est in loco sibi æquali: ergo in illo nũc aut mouetur aut quiescit: sed iudicio sensus nõ mouetur, aut quiescit: si aũt in quolibet nunc quiescit, in toto tẽpore quiescit. ¶ Solutio subditur in tex. 76. Et potuisset quidem statim argumentum repellere negando quicquid est in loco moueri, aut quiescere, si tantum sit in illo per instãs, ut iam modo dicebat: at q̃a satis fuisset Zenoni, si consideretur, ꝙ in nullo instanti sagitta mouetur: nã inde argueret, ꝙ neque in toto tempore mouetur, aliter restinguit uim argumenti: negando. s. hanc consequentiã. Nam ut inferatur mobile in aliquo F

A tẽpore non moueri, assumendũ est, ꝙ in nulla parte talis temporis mouetur: momenta uerò non sunt partes, ex quibus tempus constat. Et ideo nõ sequitur, in nullo nunc huius temporis fit motus: ergo neque in hoc tp̃e.

Tex. 77. Quatuor autem sunt rationes Zenonis de motu ingerentes difficultatem soluentibus. Prima quidem est ea, quæ de ipso non moueri est: propterea quòd prius ad medium oportet peruenire id, quod fertur: quàm ad finem. de qua diuisimus in prioribus rationibus.

B ¶In tex. 77. serie & ordine rationes quatuor Zenonis exorditur, quæ difficultatem solebant soluẽtibus ingerere. Prima est hæc. Quicquid mouetur per aliquod spacium, prius uenire debet ad punctum medium, quàm ad extremum: & priusquam pertranseat medietatem, debet transire primam quartam, & prius primam octauam &c. ergo si continuum diuidatur in semper diuisibilia (ut erat sententia Arist.) infinitæ erunt huiusmodi partes in continuo: infinita autem ꝑtrãsiri non possunt: ergo mobile nunq̃ pertrãsibit spacium quantumcunque paruum. ¶Ad hanc rationem dicit se supra respõdisse, C scilicet tex. 19. nempe, quòd spaciũ non est infinitum, idest carens extremis, sed infinitum diuisione: quemadmodum & tempus ipsum. Vnde nihil prohibet spacium habens hoc modo infinitas partes pertransiri tempore, quod eodem habet modo infinitas. Et solutio hæc solùm est ad hominem: qui eodem modo debet cernere tempus esse infinitum, quo spacium. Nam uera solutio est lib. 8. tex. 68. quòd in magnitudine non sunt infinitæ partes in actu. s. diuisæ (nam illæ non possent transiri) sed sunt tantùm in potentia. Nota.

Tex. 78. Secunda autem ea, quæ uocatur Achilles. Est autem hæc: quod tardius nunquam appræhendetur currens à velocissimo, ante enim necesse D est eat persequens, unde mouit fugiens. Quare semper aliquo id, quod tardius est, antecedere necesse est.

¶Secundam rationem eodem paralogismo colligebat. Nempe, quòd si uelocissimum mobile incipiat moueri à certo puncto, & tardissimum paruissimo interuallo præcedat, nunquã uelocissimum attinget tardissimum. Etenim eo tempore, quo uelocissimũ uenerit ad punctum, ubi est tardissimum, tardissimum erit in alio distãti: & quo tempore uelocissimum uenerit ad illud, tardissimum erit in alio. & ita cùm iugiter fiat, nunquam celerrimum sequens attinget morosissimum E fugiens. Hæc dicebatur Zenonis Achilles. Vnde in prouerbium abiit inter Peripateticos, argumentum quod fortissimum ab aduersario censetur, Achillem nuncupare.

Est autẽ & hæc ratio eadem illi, Tex. 79. quæ in duo æqualia fit sectioni, differt autem in diuidendo non in duo acceptam magnitudinem. Non attingi igitur tardius: accidit ex ratione. Fit autem propter idem cum bipartitione, in utrisq; enim accidit nõ peruenire ad terminum diuisa quodam F modo magnitudine. Sed additur in hac, ꝙ neq; uelocissimum tragicè dictum in persequendo tardius, quare necesse est & solutionem esse candẽ. ¶Putare autem, ꝙ præcedens non attingitur, falsum est. cùm enim præcedit, non attingitur, sed tamen attingetur, si oporteat trãsire finitum. hæ igitur sunt rationes duæ.

¶Volens Phil. ad utrunque simul sophisma respondere, ait eadem utrunque ratione procedere, tametsi uerbis differant. Nam hæc etiam nititur eadem diuisione, qua præcedens. s. quia

prius

A prius debet mobile uenire ad mediũ, quàm ad finem. Et ideo si aliquid probaret. non solùm id esset, ꝙ uelocissimum nunquam attinget tardissimum. uerùm ꝙ nunquam ueniet ad punctũ: unde proficiscitur tardissimum. Vnde licet hæc ratio non diuidat magnitudinem in duo. Quòd tamen (inquit) non attingat tardius, accidit ex ratione, scilicet eadẽ in uirtute. Quia, non peruenire, scilicet in prima ratione ad terminum spacij, & in secunda ad tardissimum, in utrisque accidit ex diuisione quodammodo magnitudinis: qua falsò putant spacium sic continere infinitas partes, ut neutiquam ualeat pertransiri.
B Sed adiiciunt in secunda tragicè, idest sumptuosè, & fastu quodam admirationis gratia illud superlatiuum, quòd uelocissimum non potest tardius persequendo consequi. ¶ Solutio autẽ est, quòd quamdiu tardius præcesserit non attingitur. Tamẽ admisso (ut rei ueritas est) ꝙ tempore finito transibitur aliqua pars spacij, tãdem attingetur à uelocissimo, nam si uelocitas (v.g.) est in duplo maior, trãsibit uelocissim in eodem tempore, in duplo maius spacium, q̃ tardissimum.

Tex. 81. Tertia autem, quæ nunc dicta est:
C quòd sagitta, quæ fertur, stat. Accidit autem, propterea, quòd sumit tẽpus cõponi ex ipsis nunc. non dato enim hoc non erit collectio.

¶ Tertia inquit ratio est illa, quæ in initio huius capitis facta est: hoc fundamento initens, ꝙ tempus ex momẽtis constat: colligensq; subinde, quod si momento nullo sagitta mouetur, neque mouetur tempore toto. Fundamẽto autem subuerso collectionem corruere necessarium est.

Tex. 82. Quarta autẽ, ea quæ de iis est, quę in stadio mouẽtur è contrario ęqualibus magnitudinibus iuxta ęquales, his quidem à fine stadii, illis uerò à medio æquali uelocitate, in quo accidere putat, æquale esse tempus dimi D dium duplo. ¶ Est autem deceptio Tex. 83. in eo: quòd hoc quidem iuxta quod mouetur, illud autem iuxta id, quod quiescit per ęqualem magnitudinem censet, æquali tempore ferri, hoc autem falsum est; Vt sint stantes æquales magnitudines, in quibus. AAAA. aliæ autem in quibus ipsa. BBBB. incipientes à medio ipsorum. A. æquales secundum numerum his, & magnitudinem. Aliæ autem in quibus ipsa. CCCC. ab ultimo æquales his numero & magnitudine, & æquè ueloces ipsis. B. Accidit igitur primum E B. simul in ultimo esse: & primum. C. eorum quæ iuxta se inuicem mouentur. Accidit igitur ipsum, C. iuxta omnia ipsa. B. transisse. Ipsa autem. B. iuxta dimidium ipsorum. A. Quare & dimidiũ esse tempus. Aequali enim utrunque est iuxta unumquodque. Simul autem accidit ipsa. B. iuxta omnia. C. transisse. Simul enim erit primum B. in contrariis ultimis æquali tempore motum iuxta unumquodque ipsorum. B. quanto circa unumquodque ipsorum. A. ut inquit, propterea quòd utrũque æquali tpe iuxta ipsa A. sunt. Ratio igitur hęc est. F Accidit aũt ob id, ꝙ dictũ est falsum.

¶ Quartã plusq̃ sophisticã rationem cõminiscebatur Zeno, qua diuisionẽ cõtinui reprobaret. Sequeretur. n. aiebat, dimidiũ tẽpus ęquale esse suo duplo, ut dimidiatã horã toti horæ. Sit enim (exẽpli gratia) quadrupedale spaciũ, qđ designetur quatuor literis. A. sitq; illud ĩmobile. Qđ nos claritatis gratia faciamus esse in mari. Sitq; ma gnitudo mobilis. v.g. nauis itidẽ quadrupedalis, q́ designatur 4. literis. B. taliter ut primũ. B. loco rñdeat medio pũcto totius spacij fixi. Sitq; alia magnitu

do

A do mobilis, itidē quadrupedalis, ideo designatur per quatuor. C. quæ ponatur è regione, ad quatuor. B. ita ut primum. C. loco respondeat vltimo. A. & instanti initiatiuo horæ quiescente tota magnitudine. B. incipiat moueri. C. uersus. B. Et in instanti medio horæ, quando videlicet primum. C. obuiat primo. B. in pūcto medio spatij fixi. B. incipiat moueri è regione versus ultimum. A. eadem uelocitate, qua mouetur. C C. verò progrediatur uersus primum. A. hoc posito: in fine horæ, primum. C. erit cum primo. A. & primū. B B. cum ultimo. A. atque adeo omnes tres magnitudines iacebunt pariter ab eodem in idem punctum. Tunc manifestum est tempus, quo. B. mouetur, esse dimidium temporis, quo. C. mouetur, mota enim sunt ambo eadē uelocitate & B. sola secunda medietate horæ transiuit medietatem spatij fixi. C. uerò in tota hora transiuit totum spatium. Sophisma ergo Zenonis erat quatuor. C. hoc. B. trāsiuit oīa quatuor C. & sunt ęqualia ipsis quatuor. A. ergo tm̄ spatium cucurrit. B. quantum. C. & C ęquè uelociter: ergo tanto tempore mouebatur. B. quanto. C. & per consequens medietas horæ est æqualis toti. Respondet Aristo. fallaciam esse quòd B. quidē ferebatur, iuxta id, quod mouetur, id est, iuxta quatuor C. quæ mouebantur motu contrario. C. uerò mouebatur iuxta id, quod quiescit, idest iuxta quatuor. A. Et ideo in secunda medietate horæ, qua. C. transiuit quatuor. C. propterea quòd transitus. B. cōstabat ex duobus motibus. Si enim C. maneret fixum. B. non transisset nisi duo. C. sed quia. C. mouebatur uersus ipsum. B. transita sunt omnia quatuor. C. sicuti & ipsum primum. C. eadem medietate horæ transiuit omnia quatuor. B. Non ergo sequitur. B. eadem uelocitate transiuit tantum spatiū, quantū transiuit. C. ergo tp̄a motus fuerūt æqualia. Sed addendū est in antecedenti, transiuit tantum spatium fixum.

At uerò secundùm eam, quæ in contradictione est mutationem: nihil nobis erit impossibile. Vt si ex nō albo in album mutatur, & in neutro est: sic utique neque album est, neq; non album, non enim si non totum in utrouis sit: non dicetur album aut non album. album enim dicimus, aut non album, quia totum sit huiusmodi, sed quia plurimæ aut maximè præcipuæ partes, non idem autem est, & non esse in hoc totum. Similiter autem, & in eo quod est, & in eo, quod non est: & in alijs, quæ secundùm contradictionem sunt erit, non enim ex necessitate in altero oppositorum, in neutro aūt totum semper. D Tex. 83. E

¶ Præterea quatuor has rationes addebat Zeno, & aliam, qua arguere contendebat nihil posse moueri. cum.n. (aiebat) aliquid mouetur motu cōtradictionis. s. ex non aere, in aerem, aut ex albo, in album, in neutro esse potest termino: quod enim est in termino à quo, nondum mouetur, quod uerò est in termino ad quē, iam mutatum est: ergo non restat ubi sit quando mouetur: & per consequens nihil mouetur. F Respōdet Phi. ꝓratio hæc procederet fortè contra eos, qui dicerent indiuisibile moueri: nā indiuisibile nō pōt esse partim in termino à quo, & partim in termino ad quē. Sed tū nobis (inqt) nihil impossibile cōcludit, quia nihil mouetur nisi diuisibile. Et ideo quod mouetur, in neutro est totum: sed partim in vno, & partim in alio. ut apparet in motu locali. Et ideo illud neque dicetur simpliciter album, neque simpliciter non album: quia albū non est quicquid hēt albedinē, nisi per maiorē sui partē extendatur. Loquitur hic Ph. de albo & non albo, vt designant duos terminos immediatos: nam inter nigrū & albū, sunt mediæ qualitates, per

quas

A quas transit id, quod mouetur. Præter hâc solutionem dabitur alia respon sio lib. 8. text. 67. s. quòd in mutationibus instãtaneis, non est necessarium, q̃ moueri præcedat mutatum esse: nam minimum formæ substantialis incipit in instanti: & ideo nullum est instans, aut tempus, in quo res mouetur motu generationis.

Tex. 84. Rursus in circulo & in sphæra: & omnino iis, quæ in seipsis mouentur: quoniam accidet ipsa quiescere, in eo dem enim loco secundùm tempus quoddam erant & ipsa, & paries, quare quiescit simul, & mouebuntur.

B ¶In hoc tex. 84. proponitur alia ratio Zenonis, qua contendat nihil moueri circulariter. Arguebat enim. Quicquid permanet in eodem loco, quiescit: quicquid autem mouetur localiter, permanet in eodem loco (quia cũ non mouetur de loco ad locum, non mutat locum:) ergo quod mouetur circulariter quiescit.

Tex. 85. Primò namque partes non sunt in eodem ullo tempore. Deinde & totum semper mutatur in alterum, non enim eadem est ea, quæ ab ipso A. sumitur circunferentia, & ea, quæ ab ip C so B. & quæ ab ipso C. & aliorũ unoquoque signorum, nisi ut musicus homo, & homo: quia accidit. Quare mutatur semper altera in alteram, & nunquam quiescet. Eodem autem modo: & in sphæra, & iis, quæ in seipsis mouentur.

¶Huic sophismati bifariam occurrit Phil. Primum (inquit) quamuis totũ non mutet locum, tamẽ singulæ partes mutant locum: dum illa, quæ est in oriente, postmodum est in occidente. Secundò respondet, totum etiam circulariter motum quodammodo mutare locum. Nam si designentur in circulo tria. v. g. puncta in triangulo, non est idem circularis motus, qui incipit ab A. ei, qui incipit à B. neque est idem, qui incipit à B. ei, qui incipit à C. saltem secundùm rationem: sed sunt idẽ subiecto ratione differentes. Et ideo neque loca, quibus fiunt, sunt prorsus D eadem, sed ratione diuersa. Vt si in motu recto mobilis pedalis, per spacium bipedale inspicias, uidebis successiuè mobile exire à prima pedalitate, & intrare secundam. Quemadmodum ergo si terminus acquisitus in secunda coniungeretur cum termino à quo, considerandum est secundùm partes in motu cœli.

E

QVOD INDIVISIBILE non mouetur.

CAPVT X.

Tex. 86. EMONSTRATIS autem his, dicimus, quòd id, quod impers est, non contingit moueri, nisi secundùm accidens, ut corpore moto, aut magnitndine, in qua est, sicuti si id, quod in naui est: moueatur nauis motu, aut totius motu moueatur pars. ¶Impers autem dico id, quod est secundùm quantitatem indiuisibile. ¶Etenim partium motus alteri sunt, & secundùm ipsas partes & se F cundùm totius motum, uiderit autem aliquis, & in sphæra maximè dif ferentiam, non enim eadem uelocitas erit, & partium, quæ sunt iuxta centrum, & quæ extra, & totius tanquam non uno existente motu, ut igitur diximus, sic quidem cõtingit moueri id, quod impers est, ut is, qui in naui sedet naui currente, per se enim non contingit.

¶Sunt qui textum hunc in calce superioris capitis ponant: congruentius tamen

A tamen ponitur in principio decimi: cum sit conclusionis propositio, in cuius demonstratione uersatur capitulũ hoc. Etenim postquàm responsum est Zenoni, progreditur ostendere in quinque prioribus tex. impartibile nõ moueri per se. Quo condemnatur Democritus, asserẽs indiuisibiles atomos per se moueri. In reliquis quatuor tex. respondet Heraclito. Sunt in hoc capitulo textus nouem. In quorum hoc primo statuitur primùm conclusio, quòd impartibile non mouetur per se sed per accidens. Mouetur autem aliquid accidens dupliciter. Vno modo tanquàm res separata existens in eo, quod
B per se mouetur. ut nauta mouetur ad motum nauis. Alio modo tãquam formaliter inhærens ei, quod per se mouetur, uel tanquam pars, uel tanquam accidens. ut caput, & albedo, & punctũ mouentur ad motum hominis. Deinde exponit se, de quo indiuisibili loquatur. Est enim indiuisibile, aut secundum speciem. ut homo diceretur indiuisibilis, quia non diuiditur in plures species: aut secundum numerum. ut Petrus: & quodlibet indiuiduum dici-
C tur indiuisibile, quia non diuiditur in plura integra supposita. Et hæc indiuisibilia nihil uetat per se moueri. Aliud est indiuisibile secũdum quantitatem, ut punctum: & hoc est, quod non per se mouetur. ¶ Exponit propterea id, quod prædixerat, videlicet partem moueri ad motum totius: idque explicat in motu circulari, ubi perspicatius apparet differentia motuum partium à motu totius. Si enim in motu. (v. g.) sphære solis consideres medietatem grossitici interiorem uersus concauũ, minorem circulum describit in die naturali, quamuis pars exterior uersus conuexum: ob idq. tardius morosiusque mouetur. Motus autem totius orbis debet iudicari penes maximum circulum descriptum à puncto signato in conuexo, siquidem ille circulus describitur à tota sphæra. Concludit ergo, quòd punctum mouetur per accidens, ad motum continui: non tanquam pars continui, sed tanquam ille, qui mouetur in naui. Neque uerò est similitudo summa: quia punctum, licet non sit pars, inest tamen continuo. D

Mutetur enim ex. A B. in B C. siue ex magnitudine in magnitudinẽ, siue ex specie in speciem, siue secundùm contradictionem. Tempus autẽ sit, in quo primò mutatur: in quo. D. Ergo necesse est ipsum eo, quo mutatur tempore, aut in AB. esse, aut in. B. C. aut aliud quidem quid huius, in hoc aliud autem quid in altero, omne enim, quod mutatur, sic se habebat, in utroque igitur nõ erit aliquid ipsius, partibile enim erit. At uerò neque in. B C. mutatum enim erit, supponitur autem mutari. Relinquitur igitur ipsum in A B. esse eo, quo mutatur tempore, quiescet ergo, in eodem enim esse tempore quodã quiescere est. Tex. 87. E

¶ Probat conclusionem, uidelicet, quòd indiuisibile nõ per se mouetur, quatuor rationibus. Prima in hoc tex. 87. est hæc. Moueatur indiuisibile ex termino. A B. ad terminum proximũ. B C. siue sint motus secundum quantitatem, siue secundùm qualitatem, siue secundùm contradictionem, ut ex nõ albo in album, aut ex non, aere, in aerem: & tempus quo per se primò, id est, in quo toto mouetur, sit. D. Tunc quæritur in tempore. D. aut mobile est in termino à quo. s. A B. aut in termino ad quem, putà. B C. aut partim in uno, & partim in alio: aliud enim quartum membrum fingi non potest. Sed neque tertium dare potest contraria opinio: nam si concederet partim esse in uno termino, & partim in alio, fateretur mobile esse diuisibile. Si autem detur secundùm scilicet quòd est in termino ad quem: iam tunc mutatum est, & per conse- F

D
A
B
C

A consequens, non mouetur. Si uerò dederit primum, quòd est in termino à quo, idem sequitur: nam cum illic est nunc, & erat immediatè ante sequitur ut illic quiescat.

Tex. 88. Quare non contingit id, quod impers est, moueri, aut omnino mutari. Vnicè enim hoc pacto esset ipsius motus, si tempus esset ex ipsis nunc, semper enim in ipso nunc, motum esset & mutatum: ut moueatur quidem nunquàm, motum autem sit semper. hoc autem, quod impossibile sit, demonstratum est & priùs,
B neque enim ex ipsis nunc est tẽpus, neque linea ex punctis, neque motus ex momẽtis est. nihil enim aliud facit hoc dicens: quam motum ex impertibus, sicut si tempus ex ipsis nũc, aut magnitudinem ex punctis.

¶ Secunda ratio in tex. 88. sumitur ex his, quæ supra dicta sunt. Dictum enim est, quòd indiuisibili nunc non fit motus, sed in quolibet nunc est aliud, & aliud mutatum esse. Si ergo tempus componeretur ex instantibus, motus subinde componeretur ex mutatis esse, ut text. 6. ostensum est. Et
C tunc nihil prohibet, ut indiuisibile moueretur, quia non requireret tunc, quòd partim esset in termino à quo, & partim in termino ad quem, sed quòd in alio & alio nunc esset in alia, & alia indiuisibili parte spatij: & ideo tunc nunquam uerum esset dicere, nunc mouetur, sed nunc mutatum est. At uerò iam supra in hoc libro probatum est, quòd neque linea ex punctis, nec tempus ex instantibus, neque ex mutatis esse constat motus

Tex. 89. Ampliùs autem & ex his manifestum est: quòd neque punctum, neque aliud indiuisibile ullum contingit moueri, omne enim, quod mouetur, impossibile est priùs per maius moueri seipso, quàm aut per æquale, aut minus, si autem hoc: manifestum est, quòd & punctum per minus, aut æquale mouebitur primum. Quoniam autem indiuisibile est, impossibile est minus moueri priùs, per æquale ergo sibi ipsi, quare erit linea ex punctis, semper enim cum per æquale mouetur, omnem lineam punctum mensurabit, si autem hoc impossibile est: & moueri indiuisibile, impossibile est. D

¶ Tertia ratio est in text. 89. talis. E
Quicquid mouetur, priusquam transeat spatium se maius transit, aut sibi æquale, aut se minùs, ut pedale priùs transit pedale, & priùs semipedale, quàm bipedale spatium: ergo si punctum mouetur, similiter se habebit: punctum autem moueri non potest per aliquid se minus, cùm sit indiuisibile: ergo mouebitur per æquale. Si uerò punctum mouetur per æqualia puncta lineæ, quæ est in spatio, sequitur quòd linea ipsa componitur ex punctis. Nam si punctum mobile mouetur per puncta lineæ, numerat ipsa puncta: & per consequens omnem lineam mensurat, id est aliquoties sumptum reddit totam. Et eadem ratione F
colligitur, quòd puncta in linea sunt sibi inuicem immediata.

Ampliùs autem si omne in tempore mouetur, in ipso autem nunc nihil omne autem diuisibile tempus est, erit aliquod tempus eo tempore minus, in quo mouetur per tantum, quantum ipsum est. Hoc igitur erit tempus, in quo mouetur, propterea quod omne, in tempore mouetur, tempus autem omne diuisibile esse demonstratum est priùs. Si ergo punctum mouetur, aliquod erit tempus Tex. 90.

eo

A eo tempore minus, in quo ipsum motum est, sed imposibile est, in minori enim per minus necesse est moueri, quare erit diuisibile, id quod indiuisibile est in minus, sicuti & tempus in tempus. Vnico enim modo moueretur id, quod impers est, & indiuisibile si esset in ipso nunc impartibili moueri posibile, eiusdem enim rationis est in ipso nunc moueri & indiuisibile, quod moueri.

¶ Quarta ratio est in tex. 90. quem apud Vatablum deprauatum, ut esset B intelligibilis, emendauimus. Ratio est hæc. Demus aliquod mobile (verbi gratia) pedale. transire per aliquod signum fixum, vt tex. 48. dicebamus: manifestum est tunc, quòd priùs transit medietas mobilis, quàm totum, & priùs quarta pars, quàm medietas. Est ergo argumentum. Cum omnis motus fiat in tempore, & omne tempus sit diuisibile in semper diuisibilia, in omni motu est signare tempus minus eo tempore, in quo mobile transit spatium sibi æquale, vel (quod idem est) in quo mobile totum transit per aliquod signum fixum: in quo scilicet minori tempore transit pars mobilis. Et quacunque parte mobi- C lis data datur minor pars temporis, in qua transit minor pars mobilis. Si igitur punctum mouetur, dabitur minus tẽpus eo, in quo punctum transit spatiũ sibi æquale: hoc autem est impossibile, quia tunc in illo minori deberet transire per idem signum pars puncti: quam tamen nullam habet: aliàs esset diuisibile. Subdit ergo Aristotel. vnico modo posse indiuisibile moueri: nempè si motus fieret in instãti: quia tunc, sicut non esset necessarium dare partem temporis, in quo totum mouetur, neque opus esset dare partem mobilis. Et ideo supra consequentibus rationibus probatum est, & motum non fieri instanti, & indiuisibile non posse moueri. D

Mutatio autem nulla est infinita, omnis enim est ex quodam in quiddam: & ea, quæ est in contradictione, & quæ est in contrariis. Quare earum, quæ secundùm contradictionem sunt, affirmatio, & negatio terminus est, ut generationis quidem id, quod est, corruptionis uerò id, quod non est, earum autem, quæ sunt in contrariis ipsa contraria, hęc enim sunt extrema mutationis, quare & alterationis omnis (ex contrariis enim quibusdam est alteratio) similiter autem & augumentationis, & diminutionis, augmentationis E enim terminus est, qui secundùm naturam propriam est perfectæ magnitudinis. Diminutionis uerò huius remotio. Tex. 91.

¶ In hoc tex. 91. & subsequentibus subinfert ex supradictis, nullum motum, aut mutationem horum inferiorum, posse esse perpetuam & infinitam. Quo contradicit Heraclito, dicenti, omnia semper moueri. Id quod primò manifestat in motu alterationis (quem uocat in contrariis) & in motu augmentationis: & in motu generationis, & corruptionis, qui est secundùm contradictiouem. Nam terminus (inquit) generationis est esse: F corruptionis autem non esse: termini uerò alterationis sunt extrema contraria: ut à summo frigido ad summum calidum, à summo nigro, ad summum album. Augmentationis uerò terminus est maxima quantitas, sub qua unaquæque species conseruatur: decrementi uerò, minima (loquitur enim de augmento & decremento rerum naturalium) vbi autem motus terminum habet & finem, esse non potest infinitus: repugnat enim infinito termi-

A terminum habere. Nullius ergo rei corruptibilis motus est sempiternus.

Tex. 92. Loci autem mutatio sic quidem non erit finita, non enim omnis in contrariis est. Sed quoniam impossibile est diuisum esse sic ex eo, quia non contingit esse diuisum (multipliciter enim dicitur impossibile) diuidi non contingit id, quod sic impossibile est diuidi, nec omnino, quod impossibile est fieri fieri: neq; quod mutari impossibile est, continget utique mutari in id, quod

Tex. 93. possibile est mutari. ¶ Si ergo id,

B quod fertur, mouetur in aliquid: & impossibile erit mutari. Quare non est infinitus motus, neque feretur infinito motu. impossibile enim est, transire illum. Quòd igitur sic non est infinita mutatio, ut non finiatur terminis manifestum est.

¶ In text. 92. ait, non adeo lucidè eādē rationem procedere de motu locali: quippe qui non omnis ita habet manifestos terminos contrarios. Ait, non omnis: qa in motibus naturalibus grauium & leuium termini sunt centrū, & concauum lunæ: qui proinde motus esse non possunt infiniti & conti-

C nui. In motibus uerò liberis (quales sunt animalium) & in motibus violentis proiectorum, non hac ratiotione sumuntur termini: sed secundum uoluntatem, aut potentiam mouentis. Obidque in huiusmodi motibus rectis alia ratione monstrandum est infinitum motum, non esse possibilem. Supponenda enim est maxima hæc. Id, quod non contingit esse diuisum, ex eo quia non contingit: fit, vt sit impossibile sic esse diuisum. Et quia impossibile (ut habetur primo de cœlo) accipitur multipliciter scilicet & secundùm quid, pro eo, quod non bene, non facilè factibile est: & simpliciter pro eo, quod nullatenus D fieri potest, ait se accipere impossibile simpliciter. Exempli gratia. Si non contingit cōtinuum in omnem suam partem esse diuisum: impossibile est sic fieri. Id quod dialecticè dicunt si de inesse non est possibilis, modalis erit impossibilis. Eadem ratione per oppositum: si contingat aliquid mutatum esse à quodam in quiddam, non erit impossibile sic mutari: nam si motus ad terminum esset impossibilis, & assecutio termini esset impossibilis.

¶ Ratiocinatur ergo sic in text. 93. Quicquid mouetur, mouetur à quodam in quiddam: ergo contingit mutatum esse in terminum: quod autem E contingit mutatum esse in aliquem terminum, possibile est moueri usque ad illum: infinitum autem spatium impossibile est pertransiri: ergo infinitus motus, non est possibilis. Et sic concludit manifestum esse, quòd non est sic possibilis infinita mutatio, ut non finiatur aliquo termino. Quod est dicere, impossibilem esse infinitum motum rectum per infinitam magnitudinem.

Sed si esse posit sic, ut tempore Tex. 94. sit infinita, una & eadem existens: considerandum est, nam una qui- F dem, si non fiat, nihil fortasis prohibet, ut si post loci mutationem alteratio sit: & post alterationem augmentatio, & rursus generatio, sic enim semper quidem erit tempore motus, sed non unus, propterea quòd non est unus ex omnibus. Vt autem fiat unus, non contingit infinitum esse tempore præter unum, hic autem est circularis latio.

¶ Post demonstrationem huius, ꝙ non sit possibile vnum esse motum infinitum continuum per spatium infinitum inuestigat, an sit possibilis motus infinitus ratione temporis, id est, durans

A durans infinito tempore. Atque eum esse possibilem dupliciter. Vno modo si non sit simpliciter vnus secundum speciem. Vt si post loci mutationem (verbi gratia qua agens applicatur passo) mox succedat alteratio, deinde generatio, præterea corruptio, quæ est generatio alterius. Et ita si mundus esset æternus, ut uult Aristot. succederent infiniti motus, alius deinceps post alium. Quod autem esset unus infinitus continuus, non est possibile. Præter unum (inquit) circularem motum cœlorum. Hic est, enim secundus modus, quo esse potest motus tempore infinito: eò quòd non sit per infinitum spatiū, sed super idem circulationibus infinitis. B

Finis sexti Libri Physicorum.





DOMINICI SOTO SEGOBIENSIS,

Theologi, ordinis Prędicatorum, super Septimum Physicorum Aristotelis, Commentaria.

A CAPVT I.

Tex. 1. MNE, quod mouetur necesse est ab aliquo moueri, si igitur in se ipso non habet principiũ motus manifestum est, ꝙ ab altero mouetur, si autem in seipso, accipiatur in quo. A C. quod moueatur non ex eo, quia partium huius aliqua mouetur. Primum igitur opinari. A C. à seipso moueri, propterea quòd totum mouetur, & à nullo ex-
B ternorum, simile est, ac si quis ipso. D E. mouente ipsum. E F. & illo moto opinetur. D E F. à se ipso moueri propterea quòd nõ intuetur vtrum ab vtro moueatur vtrum. D E. ab. E F. an. E F. ab ipso. D E.

¶ Postquã in primo & secũdo libris de principio & causis rei naturalis, in tertio verò de motu, & in quarto, de ei adiacentib. loco & tpe, sed in quinto & sexto, de eius diuisione tã in suas spẽs, q̃ in partes, secundùm tps diffusè tractatum est, subsequitur in duob. his reliquis de motu dicere in ordine ad primum motorem. In hoc. n. septimo differitur perueniendũ esse in motib. C
& ex parte mobilium ad rẽ primũ motã, & ex parte mouentiũ, ad primũ motorẽ: & in octauo perquiritur, quidnã sit hoc primũ motum, qualisq; sit primus ille motor. Septimus aũt hic liber in quinq; capitula sectus in diuisione Cõmentatoris per triginta nouem textus distribuit. In prioribus nãq; viginti disputatur de primo motu, primoq; motore, & in reliquis de proportione motuũ. ¶ Capitulum primũ continet textus nouẽ. In primo statuitur conclusio hæc tanquã omnium basis, quæ dicẽda sunt. Omne quod mouet, ab alio mouet. Ante cuius probationẽ excludit fallaciã, qua decipi quis pos-
set, nõ omne, quod mouet, ab alio mo D
ueri. Etenim quando res ab extrinseco principio mouet, tunc palã est ab alia moueri, vt qñ aqua calefit ab igne, vel à sole, aut lapis proijcitur. Quando verò mouetur à principio intrinseco (vt est in uiuentibus) tunc apparet non moueri ab alio. Sed tamen tunc vna pars per se mouetur ab alia, quæ per se mouet. Vt si corpus. D E F. ab intrinseco moueatur, est, quia prima pars. D E. mouet alteram. D F. vt si aquæ prima medietas sit calida, calefaciet alteram. Si tamen in animali suspicio sit, eandem esse partem per se motam, & per se mouentem,

Series libri declaratur.

A est apud eum, qui discernere nescit, quænam pars per se moueat, quæ vẽ sit per se mota.

Tex.2. Ampliùs id, quod à seipso mouetur: nunquam cessabit moueri, propterea ꝙ aliquid aliud stetit, quod mouebatur. Necesse est ergo si quid desinat moueri, cò ꝙ aliquid aliud stetit hoc ab altero moueri, hoc autẽ cum manifestum factum sit: necesse est omne, quod mouetur, moueri ab aliquo. Quoniam enim acceptũ est. A C. moueri, diuisibile erit, omne n. quod mouetur diuisibile est, diuidatur igitur in. B. necesse est igitur. B

B C. quiescente quiescere &. A C. si. n. non, accipiatur moueri igitur. B C. quiescente, mouebitur vtique. A. C. non ergo mouetur per se A C. sed supponebatur per se ipsum moueri primũ. Manifestum est igitur, quòd B C. quiescente, quiescet &. A. C. & tunc desinet moueri. sed siquid ex eo quia aliud quiescit, stat, & cessat moueri, hoc ab altero mouetur. manifestũ est igitur, quòd omne quod mouetur, ab aliquo mouetur, diuisibile enim est omne, quod mouetur, &

C parte quiescente quiescet totum.

¶ In tex 2. probat directè, ꝙ omne, quod mouetur, ab alio mouetur: supposito hoc manifesto principio, ꝙ si aliquid à seipso ꝑ se primo mouetur, id quidẽ nõ quiescet, ꝓpterea ꝙ aliud quoduis quiescat: qñquidem eius motus à nullo alio dependeat, unde è contrario si detur mobile, quod ad quietẽ alterius desinat ipsũ moueri, non equidem mouetur à se per se primò, iam enim eius motus aliũde pẽdet. ¶ Hinc syllogizatur Philosophus suam cõclusionẽ hoc modo. Detur mobile, quod per se primò mouetur. v. g. A C. quod quidem necesse est esse diuisibile. ut lib. 6. text. 87. monstratum est. Diuidatur ergo in puncto. B. & arguitur sic. D Quiescẽte pte. B C. necesse ẽ totũ A C. quiescere: ergo nõ à se per se primò mouebat̃. Cõsequẽtia est nota ex præiacta suppositione: & probatur antecedens. Nam dato opposito, videlicet ꝙ B C. parte quiescente, totum A C. mouere tur, sequitur. A C. non moueri per se primò, sed rõne alterius partis A B. nã qñ totũ mouetur una parte quiescente, non mouetur per se primo rõne totius, sed rõne illius partis. Cũ aũt suppositum sit totum. A C. per se primò moueri, necesse est, ut moueatur rõne totius: atq; adeo quiescente B C. parte, quiescat totũ. Indeq; rursus sequitur, ꝙ totum nõ per se primò à se mouetur. Siquidem à motu partis depen E det motus totius. ¶ Circa hanc rationem Phi. est duplex dubiũ. Primum est Galeni, dicentis id quod mouet̃ rõne partis, moueri ꝑ se: nã moueri ꝑ aliquid sui, est moueri per se. Obidq; nõ ualet (inquit) cõsequentia, quiescente una parte totũ mouetur rõne alterius: ergo non mouet̃ per se. Dubiũ tñ hoc nascitur ex ignorantia hoĩs nõ distinguentis inter per se, & per se primò. Etenim per se solũ distinguit̃ contra ꝑ accidẽs: sed per se primò distinguitur contra per accidens & per partẽ. Animal. n. quod mouetur rõne animæ, nõ F quidem mouetur per accidens (quia illud, quo mouetur, nõ est accidẽs) attamen nec mouetur per se primò, sed rõne partis. ¶ Maius tñ dubiũ est Auicenę, qui huic rõni hoc modo obuiam uenit. Dato. n. (inquit) corpore, quod à se per se primò moueretur, illius necesse esset, ut singulæ etiã partes à seipsis per se primò mouerẽtur: & ideo suppositio Arist. s. ꝙ eiusmodi corporis pars B C. quiescat est impossibilis. Ex suppositione autem impossibili nimirum si aliud impossibile sequatur, putà id, quod per se primò mouetur, moueri secundũ partem. ¶ Cui Auerr. concedit demonstrationem procedere ex impossibili: conceditq; subinde

non

A non esse demonstrationẽ à priori, sed à posteriori, & à signo. ¶ At uerò S. Th. egregiè reprehendit Cõmentatorem. Nã quãuis demonstratio procedat ex suppositione ĩpossibili, acutè tñ à priori ostendit, qũo nullũ corpus diuisibile põt per se primò à se ipso moueri. Moueri.n. per se primò à se, est esse sibi primò causam sui motus. Cum aũt lib. 6. tex. 46. & sequentib. ꝓbatũ sit, ꝙ nec datur prima pars motus, nec in mobili prima pars mota, nec in spatio prima pertransita pp diuisionẽ continui in infinitũ: eadem rõne probat, ꝙ neq; in mobili diuisibili non põt dari aut totũ mobile, aut aliqua eius quantumcunq; minima pars, quæ non de-

Notainsignem D. Thomæ intellectũ aduersus Comm.

B pendeat ex motu suæ partis: sicut non datur aliquod diuisibile ens, quod nõ dependeat ex alio ente, putà ex parte sua. Et ideo nullum diuisibile mobile, à se primò mouetur: sicut nullum corpus à se primò est ens: quia dependet ex partibus. Vnde Plato ponens aliqd per se primò moueri à se dicebat hoc tm̃ cõuenire substantiæ spirituali: quę se intelligit amatq;. Cui Arist. hic non contradicit: quippè qui non loquitur de motu spirituali: qui est perfectio subiecti sed de motu corporeo: qui est actus entis in potentia.

Tex. 3.

Quoniam autem omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur: necesse est

C & omne, quod mouetur, moueri ab alio. & id igitur, quod mouet, ab altero, quoniam & ipsum mouetur, & rursus hoc ab altero, non aũt in infinitum abibit, sed stabit alicubi, & erit aliqd, quod primò causa erit motus.

¶ Hoc ceu fundamento præiacto procedit ad demonstrandum primum motorẽ. Qm̃ si hoc corpus, quod localiter mouet̃, mouet̃ ab alio, quærit̃ de illo alio, aut illud est per se primò mouens nõ motũ, & tunc ille erit primus motor: si uerò mouetur, debet moueri ab alio, & sic uel abeundũ est in infinitũ, uel standũ alicubi: non aũt in infinitũ proceditur: ergo stãdũ est in primò mouente immobili. Ponit exemplum in motu locali claritatis gratia. D

Si enim non, sed in infinitũ procedat: sit. A. quidem id, quod ab ipso B. mouetur. B. verò ab ipso C. C aũt ab ipso D. atq; hoc igitur modo in infinitũ procedat. Quoniã ergo simul & ipsum mouens mouetur: manifestũ est, ꝙ simul mouebitur. &. A. &. B. cũ enim mouetur ipsum. B. mouebitur &. A. & cũ mouetur. B. & ipsum. C. & cum. C. ipsum. D. erit igitur simul & motus ipsius. A. & ipsius. B. & reliquorũ cuiusq;. ¶ Et accipere igitur vnumquodq; ipsorũ poterimus, etenim si vnumquodq; ab vnoquoque mouetur, nõ minus vnus numero est cuiusq; motus, & non infinitus extremis, quoniam quod mouetur omne ex quodam in quoddam mouetur. Tex. 4. E

¶ In tex. hoc. 4. & sequentibus minorẽ superioris rõnis. s. ꝙ nõ est abire in infinitũ mouẽtibus. Et pręmittit in hoc textu duas præmissas. Prima est, ꝙ si dãtur per impossibile infinita mouentia, vt. A. moueatur a. B, B. a. C. & C. à. D. necesse est omnia eodem simul tempore moueri, nam si. B. mouet. A. nisi motũ a. C. necesse ẽ A. & B. simul moueri, & si. C. non mouet. B. nisi motum a. D. opus est ut. B. &. C. simul moueant, & ita de aliis, ut si aquã baculo moueas, aqua simul, ac baculum & manus simul moueantur necesse est. F

¶ Altera præmissa est, ꝙ possumus vnũquodq; illorũ accipere i. possumus singulos illorũ motuũ diffinire, seu finitos ostẽdere, nã quãuis. A. mouetur a. B. &. B. a. C. tñ motus, quo mouet̃ A. alius numero est à motu, quo mouet̃ B. nam si mobilia differunt numero, & motus q̃ sunt eorũ accidẽtia, numero differunt. Et ꝑterea singuli sunt finiti. Nam oĩs motus est inter duos præfixos terminos quodãmodo cõtrarios.

A Aut enim numero accidit eundē
Tex. 5. esse motum: aut genere, aut specie, numero igitur dico eūdem motum, qui ex eodem in idem numero, in eodem tempore numero fit. ut ex hoc albo, quod est unū numero: in hoc nigrum secundùm hoc tēpus, quod est unum numero, si enim secūdùm aliud, non ampliùs unus erit numero, sed specie. Genere autem idem est motus, qui in eodem prædicamento substantiæ, uel alterius generis est. Specie autem, qui est ex eodem specie in idem specie, ut ex
B albo in nigrum, aut ex bono in malum, hæc autem dicta sunt & in prioribus.

¶Qm̄ dixerat motus pluriū mobiliū numero differre, infert tripliciter cōtingere motum esse eundem, ut lib. 5. tex 31. dixerat. s. numero, specie & genere motus idem numero est, qui est eiusdem mobilis ab eodem numero termino in eundem numero terminū & eodem numero tempore, nam motus, quorum alter est ab hoc albo in hoc nigrum, alter uerò ab alio albo in aliud nigrum, numero differūt, & sunt
C eiusdem speciei. Genere autem sunt idem, qui sunt inter terminos eiusdē ꝑdicamēti: ut caldfectio, & albefactio, q̄ genere differūt ab augmētatione.

Tex. 6. Accipiatur igitur motus ipsius. A. & sit in quo. E. & ipsius. B. ī quo. F. & ipsius. C. & D. in quo G. & H. & tp̄s, in quo moueatur. A. sit. K determinato aūt motu ipsius. A. determinatum erit & tēpus, & non infinitum, quod est. K. sed ī eodē tp̄e: mouebatur A. & B & reliquorū unumquodq;. Accidit ergo motum. E F G H. infinitū existentē in tempote finito moueri qđ est. K. in quo enim. A. mouebatur, & quæ post A. cōsequenter sunt,
D omnia mouebantur infinita existentia. Quare in eodē mouētur, etenim aut æqualis erit motus ipsius. A. motui ipsius. B. aut maior, refert autem nihil prorsus enim infinito motui in tempore finito accidit moueri, hoc autem impossibile est.

¶Ex præmissis ratiocinatur nō esse processum in infinitum in causis, non quidem efficaci demonstratione, sed ratione, quā quis forte putaret alicuius ualoris. Accipiatur enim (inquit) motus quo mouetur. A. qui sit. E. &
E motus ipsius. B. qui sit. F. ec. ut apparet in marginali figura. Et tēpus quo mouetur. A sit. R. quod manifestum est esse determinatum idest finitum, cū motus ipsius. A. sit finitus. Tunc sic. Tempus, quo mouetur. A. est finitū, & mōstratum est omnia illa infinita eodem tempore moueri: ergo omnes illi motus, qui sunt numero infiniti, fiunt in tempore: finito ex infinitis autem motibus uidetur cōponi unus motus infinitus: ergo motus infinitus fit in tēpore finito, cuius cōtrarium demonstratum est libro 6. textus 66. Nec refert an oēs illi motus fuerint æque ueloces, an alius alio tardior: nam cū
F singuli sint finiti (vt dictum est) singuli consumunt tempus finitum: & cum oēs, qui sunt numero infiniti: simul fiant, fiunt in tempore finito.

Tex. 7. Sic igitur uidebitur demonstrari id, quod ab initio diximus, non tamē demonstratur propterea ꝙ nullū incōueniens accidit, contingit. n. in tēpore finito in infinitum motum esse, non aūt eundē, sed alterum & alterum multis motis, & infinitis, quod q̄dē accidit & iis quę nunc diximus.

¶Subdit ueruntamen Ph. præfatam rationem non esse efficacem: nā esto ꝑ impossibile infinita mobilia mouerētur tempore finito: non inde sequeretur

A retur motum infinitum fieri tempore finito. quia motus illorum mobilium non faciunt unum motum. Vt si infiniti homines simul vna hora mouerentur. Quòd autem idem mobile infinito motu moueretur tempore finito illud esset impossibile. Obidque subiungit demonstratiuam rationem.

Tex. 8. Sed si id, quod mouetur primò secundùm locum & corporali motu necesse est tangere, aut cõtinuũ esse mouenti, vt videmus in omnib. hoc contingere, erit ex omnibus unum ipsum totum, aut continuũ. Hoc igi-
B tur possibile accipiatur, & sit magnitudo quidem, aut cõ tinuum in quo. A B C D Huius autem motus. E F G H. refert autem nihil finita sit, an infinita, similiter enim in tempore finito K. mouebitur, aut finita, aut infinita, horum autem utrumque impossibile est.

¶ Quoniam defectus superioris rationis videbatur esse, ꝙ quamuis concederetur infinita mobilia moueri tẽpore finito putà vna hora, non sequebatur motum infinitum esse in tempore finito eò quòd illi motus, quorum quilibet erat finitus, non faciebant v-
C num, uult modo ostendere cõsequentiam esse bonam, si adiungatur alia premissa, quæ est maxima in philosophia. Videlicet. Mouens & motum debent esse simul scilicet aut contigua, ut manus baculo, & baculus lapidi: aut continua, ut cor musculis, & musculi manui. Et hoc in motibus (inquit) secundùm locum, & in aliis corporeis: nam de motibus spiritualibus alia est ratio. Cùm ergo hoc sit necessarium, possibile est ut omnia mouentia continuentur, & faciant unum: ut si manus continuetur baculo, & baculus lapidi, aut si elementa & sibi & celis continuentur. Tunc sit illa magnitudo. A B C D. & motus illarum partium. E F G H. & inde sequitur, ꝙ sicut mobilia faciunt vnum, ita & motus facient vnũ motũ D infinitum: qui fiet eo tempore finito, quo fiebant oẽs motus quando erant seorsum diuisi. Addit uerò Ph. ꝙ nihil refert magnitudinem illam esse finitã (vt si partes ille essẽt proportionales) aut infinitam, vt si essent æquales, quia cùm cuilibet parti correspõdeat suus motus distinctus facient vnum motum infinitum.

Mouẽs & motũ debent esse simul.

Tex. 9. Manifestum est igitur, quòd stabit aliquando, & non in infinitum abibit quod semper ab altero, sed erit aliquid, quod primùm mouebitur. Nihil autem referat supposito E quodam, hoc demõstrari. Eo enim, quod esse potest, posito nullum inconueniens oportebat accidere.

¶ Concludit igitur illã rõnem probare, ꝙ si sint infinita mobilia & mouentia, inde sequitur infinitũ motum posse fieri tempore finito; quod cùm sit impossibile, sequitur neq; esse possibile, ut sint infinita mouẽtia. At quia posset quis dicere, nõ esse contingens omnia mouentia totius orbis esse continua, dicit ꝙ quanquam id non sit cõtingens, quia repugnat naturæ particulari singulorum elementorum, & celi, nihilominus loquendo in genere F nulla est repugnantia, quatenus mouẽtia continuentur. Et ideo possibili posito in esse nullum sequitur inconueniens. Cùm ponatur ad ostendendum impossibilitatem simpliciter alterius, scilicet infinitas posse fieri motiones in tempore finito.

QVOD MOVENS & motum debeant esse simul.

CAPVT II.



PRIMVM autẽ mouens nõ ut id, cuius cã, sed unde principiũ motus est, simul cũ eo est, qđ mouetur. simul aũt dico, quia nihil inter ipsa

A ipsa est, hoc enim commune est, in omni quod mouetur, & qđ mouet.

¶ Dixerat text. 8. quasi alius agens, mouens & motum debere esse simul: at quia sententia hæc inter dignitates habetur & principia physica, perseuerat in hoc cap. 2. [quod quatuor habet textus] eam expresso stabilire. Exponit autem priùs in hoc fragmento superioris textus cóclusionem ex parte mouentis. Est enim mouens aliud finis [quod dicitur, id cuius causa] & id non opus est contingere mobile. Mouetur enim infirmus à sanitate absenti, vt sumat potionem. Aliud est mouens, vt causa efficiens: quod ap-
B pellatur vnde principium motus. Sed hoc item est duplex: aliud remotum tanquam causa vniuersalis, vt sol est causa rosæ & neque istud tangit mobile. Aliud est mouens immediatum, idest inter quod & mobile nõ mediat aliud mouens [nam inter solem & rosam mediat planta] & hoc (inquit) necesse esse simul cum mobili, aut contiguum illi, aut continuum. Neque id (inquit) in motu tantùm locali: sed in aliis etiam motuum generibus. Sequitur diuisio ex parte mobilis.

Tex. 10. Quoniam autẽ tres sunt motus, is scilicèt qui secũdùm locum & qui
C secundùm qualitatem, & qui secundùm quantitatem. necesse est & ea, quæ mouentur, tria esse. Qui igitur est secundùm locum, loci mutatio. qui verò secũdùm qualitatẽ alteratio. qui verò secundũ quantitatem, augmentatio & diminutio. ¶ Primũ igitur de loci mutatione dicamus. hæc enim primus motuum est. Omne igitur, quod fertur aut ipsum à seipso mouetur, aut ab altero. Si igitur à seipso, manifestum est, quòd cum in ipso mouens sit, simul erit mouẽs, & quòd mouetur, atque nihil inter ipsa erit. ¶ Quod autem ab alio mo-

uetur quadrifariam mouetur, motus D
enim ab altero quatuor sunt, pulsio, tractio, vectio, vertigo. & enim alios omnes ad hos reduci accidit. ¶ Pulsionum igitur alia quidem impulsio, alia uerò expulsio. Impulsio igitur est, cùm moues ab eo, quod mouetur, nõ relinquitur. Expulsio uerò quando expellens relinquitur. ¶ Vectio autem in tribus erit motibus, nã quod vehitur, non secundùm se mouetur, sed secundùm accidens, ex eo enim mouetur quia in eo, quod mouetur, est aut supra id, quod moue-
tur. Id autem, quod vehit, mouetur E
aut pulsum, aut tractum, aut vertigine actum, manifestum est igitur, ꝙ vectio in trib. erit motibus. Tractio autem est, cùm ad seipsum, aut ad alterum velocior est motus trahentis non separatus à motu eius, quod trahitur, etenim ad seipsum est tractio & ad alterum. Et reliquæ etiam tractiones eadẽ specie ad has reducentur, vt inspiratio, & expiratio & sputatio, & quæcunq; corporum emissiuæ, aut receptiuæ sunt & spathatio etiam & rediatio. horum enim aliud quidem congregatio est: aliud uerò, F
disgregatio, & omnis igitur motus secundùm locum cõgregatio & disgregatio est. ¶ Vertigo autem componitur ex tractione & pulsione, id enim, quod mouet, pellit hoc, trahit autem illud. ¶ Manifestum igitur est, quòd si simul pellens & trahens est cũ eo, quod pellitur, & trahitur, nihil est medium inter id, quod mouet, & id, quod mouetur. Hoc autem manifestum est ex dictis, nam pulsio aut à seipso, aut ab alio ad aliud motus est. Tractio autem ab alio ad seipsum, aut ad aliud. Ad hæc autem com-

Quatuor dicit esse speciesmotus eorũ, quæ ab alio mouẽtur.

A compulſio & depulſio. ¶ Proiectio autem quando velocior motus ſit eo, qui eſt ſecundùm naturam eius, quod fertur vehementiore facta pulſione. & eò vſque facta accidit ferri. quò vſque vehementior ſit motus eius, quod fertur. Manifeſtum eſt igitur, quoniam id, quod mouetur, & mouens ſimul ſunt, & nihil inter ipſa medium eſt.

¶ Tres ſunt ſpecies motus ſcilicet localis, & alterationis, & augmentationis: ſub qua comprehenditur decretio: nam generatio non eſt motus, vt libro quinto, textu 9. dictum eſt: ſed eſt B terminus motus alterationis, & ideo quantum ad rationem hanc pertinet, idem eſt & alterationis, & generationis iudicium. Atqui iuxta tres ſpecies motuum tres ſunt & ſpecies mobiliũ: in quibus ſigillatim oſtendit, & mouens, & id, quod mouetur ſimul eſſe. Haud enim rationem affert à priori, ſed inductione vtitur: idquè priùs hoc textu decimo in motu locali: qui vt habetur lib. 8. textu. 55. eſt omnium primum. ¶ Id quidem quod localiter mouetur, aut mouetur à ſeipſo, i. à principio intrinſeco actiuo, quod eſt in ipſo. Vt contingit in motibus progreſsiuis C animalium, quorum pars mouens cõtinuat parti motæ. Supponamus cor vbi generãtur ſpiritus vitales, eſſe partem mouentem. Et in his manifeſtum eſt, mouens, & id, quod mouetur, eſſe ſimul, ſiquidem ſunt cõtinua. Aut mouetur ab alio id eſt à principio extrinſeco, vt contingit in non viuentibus, & huiuſmodi motuũ quatuor ſunt ſpecies ſcilicet pulſus tractio vectio, & vertigo ſeu volutiali. Nam ſi qui ſunt, ad hos reducuntur. At qui pulſionum alia eſt impulſio: nempè quando pellens non deſerit pulſum, ſed eſt ei ſemper attiguum: ut cum homines lacertis magnum ſaxum è loco ſummouẽt: alia verò eſt expulſio, vt quando lapis iactatur, aut ſagita. ¶ At vectio (inquit) D in aliis tribus motibus fundatur. Differt enim vectio ab aliis: nam id, quod vehitur, non mouetur per ſe: ſed per accidẽs ad motum alterius, quod mouetur per ſe: vt cum homo vehitur naui, quæ per ſe mouetur impulſa à uentis, aut equo. ¶ Tractio differt à pulſione, quòd pellens eſt in termino à quo à tergo tãgens mobile, trahens verò eſt in termino ad quem, uel quaſi. Eſt enim duplex tractio: alia, quæ dicitur attractio, quãdo quis ad ſeipſum trahit, ut qui à portu rudente traheret ad ſe nauim: alia quæ dicitur ſimpliciter tractio, quando quis non ad ſe ſimpliciter, ſed ad aliud trahit. vt cũ quis capiſtro traheret iumentum ad aquã E aliquantulum diſtantem ab ipſo trahente. Et quandoq; res, quæ trahitur, etiam per ſe mouetur, ſed trahens facit, ut uelociùs moueatur, ut cũ quis motum iumenti uelociùs ſe mouens extenſio capiſtro accelerat. Et ideo ait Ariſt. quòd tractio eſt motus uelocior trahentis ad ſe, uel ad alterum non ſeparatus: nam trahens debet eſſe contiguum, aut tracto, aut rei, per quam trahit. Subiungit Ph. ꝙ reliquæ motionũ ſpecies ad has fermè reducuntur, nam inſpiratio eſt attractio aeris conſtricto pulmone: expiratio autem expulſio aeris, extenſo pulmone. Sicuti ſputatio F eſt expulſio ſputi: diuulſio uerò eſt attractio radicum à terra Græcè eſt, ſpatheſis. Quod aliqui putant dici à ſpatha, quod eſt enſis. Nõ tamen dicitur, niſi à ſpazo, quod eſt diuello. Et radiatio eſt idem, quod texio, quæ eſt expulſio, & iactatio radij, quo deducitur filium. Horum enim [inquit] aliud eſt congregatio, aliud uerò diſgregatio: nam trahens adiungit, & congregat unum ad aliud: expellens autem dimouet loco, quia trahẽs tenet ſe ex parte termini ad quem pellens autẽ ex parte termini à quo. ¶ Vertigo autẽ, ſeu circularis motus componitur quodammodo ex pulſu, & tractu. Si fingas

A enim punctum in circunferentia rotæ circulariter latæ videbis illud dimoueri à puncto fixo in spatio, quasi inde expulsū, & rursus reuerti in illud quasi illuc tractum. ¶ Colligit ex dictis quòd si vectio non est per se motus: sed consistit in aliis, & uertigo constat ex pulsione, & tractione, per pulsionem, & tractionem iudicandū est de reliquis. Quòd autem in his duobus mouens, & motum debēt esse simul. probatur: nam de motu tractionis iam dictū est in eius definitione, quòd trahens est simul cum tracto: nam si quis trahit lapidem fune, est contiguus funi, & funis lapidi. Et de pulsione, quæ est impulsio, idem est etiam manifestum, ꝙ
B semper pellens, & pulsum sunt simul. Et idem patet de expulsione, seu depulsione, cuius minor erat apparentia: nam saltem in principio motus expellens debet tangere expulsum. ¶ At uerò quia id, quod expellitur, & iactatur, ut sagitta, quando actu mouetur, non apparet tunc simul esse cum mouente, quod permansit in termino à quo amouet Ph. hunc scrupulum, dicens proiectionem fieri per hoc, quod aer pulsus à sagitta velociùs mouetur, quod esset motus eius naturalis: & ideo aer ipse ita ueloci ter motus defert secum sagittam, ut li. 4. textus 68. exposuimus. Et ideo etiam tunc mo-
C uens & motum sunt simul. Quamdiu durat enim aer impulsus, tamdiu proiectum mouetur.

Tex. 11. At uerò neq; inter alteratū, & alterans quippiam medium est. hoc aūt manifestum est ex inductione. In omnibus enim simul esse accidit alterans ultimum, & primum, quod alteratur. Quale enim alteratur ex eo, quia sensibile est. Sensibilia aūt sunt, quibus differunt corpora à se inuicē ut grauitas leuitas, durities mollities, sonus silentiū, albedo nigredo, dulcedo amaritudo, humiditas siccitas, D
densitas raritas, & horum media. similiter autem & alia, quæ sub sensib. sunt, quorum est & calor, & frigus, & leuitas, & asperitas. Hæc enim sūt passiones subiectæ qualitatis. His. n. differunt sensibilia corpora, aut secundùm horum aliquid magis & minus, & quia patiuntur aliquid horū: nam quia calefiunt, aut frigefiunt, aut dulcescunt, aut amaricantur, aut secundùm aliquid aliud prædictorū similiter & animata corpora, & inanimata, & animatorum partes, quæcunque sunt inanimatæ. E

¶ Subsequenter commento vndecimo, eandem conclusionem demonstrat inductione facta in motu alterationis materialis: nam in subsequenti prosequitur id, ostendere in alteratione quodammodo spirituali. Ait ergo, neque inter alteratum, & alterans quippiam esse medium, sed esse semper simul agens, & patiens. Attamen quoniam contingit, causam non per se statim agere, sed per aliam intermediam, moderatur conclusionem, vt sit intelligenda de ultimo alterante, & primo alterato. Nam F
ignis dum calefacit eum, qui propè sedet, non est vltimum agens respectu hominis: neque homo primum eius patiens: sed ignis est ultimum agens respectu circunstantis aeris, qui primùm ab ipso patitur: aer uerò est vltimum agens respectu hominis, atque homo vicissim primùm eius patiens (quale enim alteratur) sunt qui hanc putent esse per se rationem distinctam, at gratiùs forsan cohæret textus, si hoc non legatur nisi tanquàm explicatio inductionis: nam quia di- Nota.
xerat manifestum hoc esse ex inductione, commemorare pergit singulariter omnia,

A omnia, quę alteratione mutantur. Etenim cùm materialis alteratio, motus sit ad generationem & corruptionem fit, vt corpora propriè alterentur secũdùm sensibiles qualitates, quæ sunt in tertia specie qualitatis, dicunturq; passiones, ac possibiles qualitates, ut sunt qualitates quatuor primæ, per quas substantiæ præcipuè permutantur, dissoluuntur, ac generantur, & aliæ præterea secundæ, quæ ex illis cõflantur, quasi ex generatione consequentes ut albedo, dulcedo &c. Huiusmodi autem qualitates quoniam obiecta sunt propria sensuum, nullo uno nomine significatius comprehenduntur, quàm si dicantur sensibilia.
B At qui inde dicuntur qualitates passibiles, seu patibiles, uel quia secundùm illas corpus, in quo sunt, afficitur, uel quòd sensibus passiones ingerunt, ut in prędicamento qualitatis monstratum est. Et hoc est quod ait, ea alterari, quæ sensibilia sunt. Non enim docet, nihil alterari, nisi sit sensibile animal: alteratur enim & lignum: sed quòd nihil alteratur, nisi quatenus aliqua sensibilium qualitatum afficitur. Atque hanc conclusionem hoc patefacit syllogismo corpora non alterantur, nisi illis qualitatibus, quibus à se inuicem differunt, nam alterantis in-
C tensio est ex dissimili simile facere, differunt autem corpora secundùm sensibiles qualitates, quales sunt, grauitas, leuitas &c. ergo secundùm easdem alterantur corpora. Cùm autem subdit. Hæc autem, & horum media puta pallidum & uiride sunt passiones subiectę qualitatis, idem ait, quod subalternatę species sub genere qualitatis utpotè ad tertiam eius speciem pertinentes. Hæsitabit autem quis forsan sonum, qui fit in aere, non esse qualitatem, secundum quam fiat primò & per se alteratio, quoniam non est dispositio ad generationem, neque generationem consequens, sed congignitur ex corporum collisione. Respondendum est ergo, quòd fortasse D
Aristo. non loquitur de sono in actu, Nota.
quoniam uel nulla est qualitas præter motionem aeris, uel non durat nisi durante in aere motu: sed loquitur de sonabili sicut de gustabili, & uisibili, quę est qualitas rei duræ, tersę, & politæ ex temperamento caloris cum puro humido enascens, hęc nanque per alterationem fit, uelut reliquæ secundæ qualitates. At quoniam dixerat sensibilia corpora his qualitatibus differre cum temperat natura, aliquando non differunt corpora secundùm horum contrarietatem, sed secũdùm magis, & minus, vt ignis differt ab aqua secundum calidum & frigidum: sed ab E
aere, secundum magis, & minus calidum: siue id sit qualitate innata, siue ab extrinsecus receptas. Aqua quippe buliens a seipsa dum naturali uiget temperamento, calore differt. Et ideo ait, quòd differunt corpora, aut secundũ magis & minus harum naturalium qualitatũ, aut quia aliquid horum patiuntur, scilicet dum forinsecus, calefiunt, dulcescunt, uel amaricantur &c. [Similiter & animata corpora &c.] At uerò quoniam sensibiles nuncupauerat, huiusmodi qualitates, nequis eũ sinistrè intelligeret, quòd cogitaret illas esse proprias animalibus sensibilibus, subiungit illas e- F
tiam esse communes rebus inanimatis. Calescunt enim & frigefiunt &c. inanimata, sicuti & animata. Quin uerò & animalium partes insensibiles sicut sensibiles. Sunt etenim in animali partes sensibiles, ut oculi, & caro ubi sedes est tactus, & aliæ præterea insensibiles ut capilli, & ungues, & ossa, quæ pariter partes eiusdem qualitatibus subinde immutantur.

Atq; etiam ipsi sensus alterantur. Tex. 12.
patiuntur enim, actus enim ipsorum motus est, per corpus patiẽte aliquid sensu, secundũ quæ igitur inanimata al-

A alterantur, & animata ſecundũ hæc omnia alterantur, ſecuudùm autem quæ animata alterantur, ſecundùm ea non alterantur inanimata, ſecundùm enim ſenſus, non alterantur & latet inanimata cum alterantur. Nihil autem prohibet & latere inanimata, cùm alterantur, quando non ſecundùm ſenſus accidit ipſis alteratio Si igitur ſenſibiles paſsiones ſunt; per has autem alteratio eſt, hoc iam manifeſtum eſt, quòd patiens & paſſio ſunt ſimul, & inter hæc medium nihil eſt. Huic enim aer eſt conti-
B nuus aeri autem coniungitur corpus, & ſuperficies quidem ad lumẽ, lumen autem ad uiſum. ſimiliter autem & auditus & odoratus ad mouens ipſos primum, eodem autem modo ſimul & guſtus & ſapor eſt.

¶ Cùm enarrauerit quemadmodũ corpora ſecundum ſenſibiles qualitates primò & per ſe alterentur materiali: alteratione, ſermonem extendit ad ſenſus ipſos, qui ab eiſdem ſenſibilibus qualitatibus patiuntur, in quib. res latentior eſt, quam in rebus inanimis, propterea quòd eiuſmodi alteratio ſpiritualis eſt quodammodo, vtpotè media inter intellectionem & alte-
C rationes inanimatorum. Intellectio enim, cum non fiat per corporea organa, non eſt ſimpliciter paſſio, ſed quodammodo paſſio, ut habetur 3. de anima: ſenſatio uerò, quia fit per organũ corporale, uſq; adeo eſt paſſio. ut fiat nonnunquam cum aliqua ſenſus affectione reali, & læſione. Attamen non eſt purè materialis: quia realis albedo non recipitur in oculo, ſed eius ſpecies. Igitur cũ dixit & animata corpora ſuo gradu alterari ſicuti innanimata, & partes ſenſibiles animalis, ſicuti inſenſibiles, declarat in hoc textu 12. quo pacto ſenſus patiantur. Quoniam inquit, actus ipſorum fit per motum,

dum ſenſus aliquid patitur ab obiecto D
puta ſenſibiles ſpecies. Vnde colligit ſecundum omnes qualitates, ſecundum quas patiuntur inanimata, patiuntur quoque animata etiam in partibus ſenſibilibus, quæ utique calefiunt pariter, & infrigidantur, ſicuti lapides eò quòd ex eiſdem elementis ſunt commixta: attamen non conuertitur, ut ſecundùm omnia, ſecundùm quæ alterantur animata, alterentur etiam inanimata, quoniam inanimata non ſentiunt. Accipit enim hic animatorum nomen non ut complectatur plantas, ſed pro animalibus. Vnde fit, ut rem inanimatam ſua lateat alteratio: quia non recipit illam, ſicuti animal ſuam [Nihil autem prohibet] Ne- E
que uerò, inquit prohibet, ut & ipſum quoque animal lateat aliquando ſua alteratio, quando illam non recipit ſecundum partem ſenſibilem, in quam fit ſanguis, non enim ſentimus quamcunque alterationem, quæ fit in capillis (ſi igitur) colligit concluſionem, quòd ſi qualitates omnes patibiles, ſenſibiles ſunt, & ſecundum eas fit alteratio, non ſolum in ſubiectis, quibus realiter recipiuntur, uerum in ſenſibus dum earum ſpeciebus informantur, & huiuſmodi omnes alterationes fiũt per cõtractum agentis ad paſſum colligitur, ut agens, & patiens ſint ſemper F
ſimul [huic enim aer eſt continuus] ſupponit exemplum, ut res magis ac magis clareſcat: idemque in ſenſibus, ubi res non eſt adeo per uia. Et ideo illi, quos ſupra notauimus, qui uolunt non inductionem, ſed ratiocinationẽ hic facere Ariſtotelem, dicunt argumẽtari à minori ad minus hoc pacto. Huic putà ſenſui aer eſt continuus. i. attiguus: aeri autem coniungitur corpus, nimirũ ſenſibile: & ideo corpus, & aer ſunt ſimul. ſicuti aer & ſenſus, igitur ſi in ſenſibus, ubi minor erat apparentia agens & patiens ſunt ſimul, fortiori ratione colligitur, ut in rebus inanimatis agens quoque & patiens ſint

A sint simul. At uerò forsan (uti dicebamus) non hanc rationem intendit Aristo. sed persequitur deductionem usque ad res magis reconditas. Incipit autem [ut ait simpli.] à tractatu, dicens. Huic hoc est, tactui calescentis aer est contiguus, & illi corpus putà ignis. Deinde procedit ad uisum indicando, quo pacto superficies alba terminatur ad lumen scilicet ad lucidum aerem, per quem multiplicantur species, aer uerò ad visum, similiter autem est auditus, & odoratus ad mouens ipsos, primùm nimirum ad aerem, per quem deducuntur sensibilium species.

Tex. 13. Similiter & in inanimatis & insensibilibus. & id quod augetur etiam &
B augens. Appositio enim quædam est augmentatio, quare simul sunt, & quod augetur & augens Et diminutio quoque, diminutionis autē causa est ablatio quædam. Manifestum est igitur, quòd inter mouens ultimum, & quod mouetur primum, nihil est in medio consistens eius, quod mouet, & eius quod mouetur.

¶ Prosequitur in hoc textu idem & de augmento & decremento demonstrate, cōcludit tamen prius uniuersaliter propositionem de alteratione, di
C cens quòd similiter ut in sensibilibus monstratum est usu quoque uenit & in rebus inanimatis, atque insensibilibus, dum alterantur. At in augmento res est compertior, nam augmentum appositio quædam est partis ad partē, hæc autem fieri non deprænhenditur, nisi agens passum contingat. Sed dubitas fortè, non satis rem hic pandere Aristotelem, nam duplex est auctio, quædam propriè dicta, quæ fit ab interna forma ipsius rei auctæ, propriaque est rebus animatis. Et in hac res est comperta, nam dum crescit planta, uel adolescit animal, uirtus augmētatiua coniuncta est rei auctæ, Alia uerò est auctio impropriè dicta, quæ est
D addítio durarum rerum in actu, ut dū aqua infunditur aquæ. Et in hac licèt monstret Arist. quòd agens acceptum pro parte addita, sit simul cum re quæ augetur, non tamen id probat de uerò agente, quod additionis est causa. Et potest quidem remotus homo infundere aquam in dolium, quod non tangit. Respondetur ergo quòd uel loqui Nota. tur Aristo. de auctione propriè dicta, uel quòd pro liquido relinquit, quòd etiam, dum fit auctio impropria, agens tangit passum, uel per se. vel per intermedia. Pari modo diminutionis causa est, inquit, ablatio quædam, ablatio nō fit nisi ab agente, quod rem attingit, ex qua fit ablatio. Concludit ergo tandem in vniuersum, agens ultimum
E & primum patiens simul se contingere ubicunque fit actio.

QVOD EAM, QVAE patiuntur, à sensibilibus patiantur, ac in parte anima sensitiua sit alteratio, in aliis uerò neutiquam.

CAP. III.


Vòd autem ea, quæ alterantur omnia, à sensibilibus alterantur, & Tex 9.
F solùm horum alteratio est, quæ secundùm sed dicuntur pati ab his, ex his considerabimus.

¶ Sic solet Aristot. aliam ex alia ordiri disputationem. In cap. proximo inter demonstrandum agens, & patiens esse simul inductionem fecit de alteratione, & quia illa dixit per se primò fieri secundùm sensibiles qualitates, ostendere in hoc capi. prosequitur secundùm illas soleas corpora per se primò alterari, secundùm autem alias qualitates species minimè. Et hoc est, quod proponit in hoc 14. textu.

Aliorum

A Tex. 15. Aliorum enim maximè utique quis existimabit in figuris, & formis, & habitibus, & in horum remotionibus, & acceptionibus alterationem esse, videtur enim esse alteratio, non autem in his, sed fiunt cum quædam alterantur, hæc nam densata, aut rare facta, aut calefacta, aut frigefacta materia, alteratio autem nõ est, id enim, ex quo forma statuæ est, non dicimus formam. neque id, ex quo figura Pyramdiis est, aut lecti, sed denominantes hoc quidem æneum, illud uerò terreum, aliud autem ligneum, B quod autem alteratur dicimus. æs enim humidum esse dicimus, aut calidum, aut durum, & non solùm sic, sed & ipsum humidum & calidũ æs, æquiuocè dicentes cum passione materiam. Quoniam igitur, ex quo quidem forma, & figura, & quid factum est, æquiuocè non dicitur cum figuris, quæ ex illo sunt, quod autem alteratur cum passionibus æquiuocè dicitur, manifestum est, quod in solis sensibilibus alteratio est.

¶In 10. uerò id facit manifestum in quarta specie qualitatis. Ait quippe ꝙ C aliarum specierum à tertia, maximè utique quarta & prima tales existimari possunt, ut secundùm eas fiat etiam primò & per se alteratio, propterea ꝙ idem manens subiectum, apparet in diuersas figuras subinde disponi, atque diuersis habitibus informari. Nam de secunda specie, quæ est naturalis potẽtia, non erat tanta dubitandi occasio. idcirco quòd res eadem non uariatur secundùm naturalem potentiam, uel impotentiam, quoniam cum huiusmodi potentiæ rei naturam consequatur non variantur nisi rei mutata natura. Probat autem quod neque secundum figuram & formam, quæ quarta est species qualitatis fiat per se primò alteratio: idque tribus rationibus. Præ D supponatur prius tamen discrimen inter figuram, & formam: quod quidem non est reale, sed respectiuum tantum & rationis. Etenim figura dicit respectum ad terminationem rei, est enim figura quæ termino uel terminis clauditur, vt circularis figura & angularis: forma verò dicit respectum ad subiectum ipsum: est enim forma illud, qđ dat rei esse specificũ. Et accipitur hic pro artificiali forma, à qua res denominatur, & domus, & scannum, &c. Est ergo quantitas figuræ & formę proprium subiectum unde in re artificata eadem res sunt figura & forma ratione differentes. Ratio ergo prima est E hæc, terminus primus alterationis nõ est figura, vel forma, sed aliud prius accidens, ut densitas, aut raritas: ex coertione namque partium & dilatione uariantur rei termini, atque adeo figura & forma, densitas autem, & raritas sunt secundæ qualitates ab infrigidatione & calefactione profectæ: ergo ad figuram non est per se primò alteratio sicuti ad proprias passiones substãtiæ nõ est per se primò generatio, qm̃ primus gñationis terminus nõ est nisi homo. Et hoc est, quod ait, fiunt hæc, puta figura & forma: cum quædam alterantur, nam densata materia per se consequuntur, sunt enim illi ablatiui F casus. (id enim ex quo forma statuæ est) subiungit secundam rationẽ, quæ sumitur ex ratione prædicandi qualitatem de subiecto. In illis qualitatibus secũdum quas est per se alteratio, quale denominatur de subiecto, & cõuersim subiectum de ipso quali, dicimus enim, quod æs est durum, & quòd hoc durum est æs: & ꝙ lignum est molle, & ꝙ molle est lignum: in figuris uerò & formis non prædicatur figura de subiecto, neque è conuerso, non enim dicimus, ꝙ æs est statua, uel ꝙ statua est æs, sed denominatiuè, ꝙ est ænea, uel lapidea, uel lignea: dicimus tamẽ, quòd æs est effigiatum: ergo ad figurã, & for-

A & formã non est per se alteratio. Perspice rationem discriminis. Quando res propriè alteratur, eadem omnino manet: hoc est enim alterari, ut idem manens subiectum fiat, qualitatẽ mutet: & ideo idem manens recipit denominationem suæ qualitatis cum autẽ figura & forma mutatur, uariãtur rei termini, & ideo nõ prorsus manet eadem res, sed mutatur quodammodo substantia: quapropter non fit conuersim prædicatio de subiecto in recto, sed denominatiuè prædicatur subiectũ de re ut dicatẽ figura est ænea quasi ex ære facta non autem ęs: Sicuti homo non dicitur terra, sed terrenus: B quia ex terra factus. Itaque hæc denominatio ęneum dicit mutationem quandam substantiæ æris. In summa subiectum qualitatis, secũdum quam fit alteratio, est subiectum in quo, sed tamẽ subiectum figuræ, uel formæ est subiectum ex quo. Nisi quando figurã denominatiuè expresseris, nõ enim dices, quòd figura triangularis est in ligno, sed quod fit ex ligno, licet lignũ fit triangulare. Quod autem ait (ęquiuocè dicẽtes cum passione materiã) sic intelligito, quòd sicut accidit lapidi ut sit durum, & ideo concedimus, quòd lapis est durus, ita accidit duro, ut sit in lapide: nam potest esse in alia C materia: quocirca concedimus, quòd durum est lapis. Sed tamen quia hoc accidere non est uno, sed diuersis modis: alia quippe ratione qualitas accidit subiecto & alia subiectum ipsi qua li ait, quòd æquiuocè conuertuntur: ergo si hæc reciproca prædicatio non contingit figuris cum suis subiectis, fit, ut non in illis, sed in solis sensibilibus qualitatibus fit per alterationẽ. Sed rogas, nunquid & figura, & forma sensibilia per se sunt. Omnino sunt ueruntamen communia, ut patet 3. de anima. tex. 64. Arist. autem, uult in solis proprijs esse per se alterationem, sicuti ad substantiam est generatio, & augmentatio ad quantitatem.

D Ampliùs & aliter incõueniens est, dicere enim hominem alteratum esse, aut domum, quæ accipit finem, ridiculum est, si perfectionem domus parietem, aut tegulam dixerimus alterationem esse, & cùm parietibus clauditur domus, aut tegula tegitur, alterari domum. Tex. 16.

¶ Tertia ratio ex figura, & forma sunt rei complementum & finis, sicut in substantialibus, ita in artificialibus, forma enim domus est complementũ domus, vnde sortitur speciem: esset autẽ ridiculum dicere quòd homo aut res quæuis alia alteratur, dum cõplementum, & perfectionem suam suscipit. Profectò ratio est ingeniosa, nam alterari præsupponit iam complemẽtum rei, ergo cum recipit figuram & formam, potius dr̃ perfici q̃ alterari, Ecquis enim diceret, domũ alterari, dum uel parietes eriguntur, uel tecto tegitur: & nõ potius ꝑfici, & absolui: Sicuti dum es liquefit alteratur q̃dẽ, sed dũ infusum exit in statua, potius dr̃ efformatũ, quã alteratũ. Et est optima analogia inter formas substantiales, & accidentales: qm̃ cùm forma & figura consequunt̃ quantitatẽ, quæ est accidens substantiæ omniũ proximũ, fit ut inter oẽs qualitates forma fit: q̃ rei speciẽ maximè demõstrat, ut ẽt in plantis apparet, Vnde fit, ut artis, q̃ naturã inquantum potest imitatur, proprium sit, formas inducere, quæ sunt rerum naturalium imagines. Et ideo, sicut homo non dicitur terra, sed terrenus, quia ex terra plasmatus, ita neque figura est æs, sed ænea: quia non tàm in materia fit ꝓpriè quàm ex materia. Qui cõtendunt figuram nõ esse rem distinctam à subiecto, nouerint. Arist. hic habere contrariũ. Et præterea saltem loquendi styllum corrigãt: ut licet identicè cõcedat, quòd lignũ est res, quæ est statua, formaliter tamẽ non admittant lignum esse statuam. Nota. E Nota. F Nota.

Mani-

A Tex. 12. Manifestum autem est, quòd alteratio non est in iis, quæ fiunt, neque enim in habitibus, habitus enim uirtutes & uitia sunt, uirtus autem omnis, & uitium, eorum sunt, quæ ad aliquid sunt, sicut sanitas quidem calidorum & frigidorum commensuratio quædam est, aut eorum, quæ sunt intra, aut ad continens. Similiter autem & pulchritudo, & robur eorum sunt, quæ ad aliquid sunt, dispositiones enim quędam eius, quòd præstantissimum est ad optimum, sunt, dico autem præstantissimum, B quòd conseruat, & disponat circa naturam. Quoniam ergo uirtutes quidem & uitia sunt ad aliquid, hæc autem neque generationes sunt, neque ipsorum est generatio, neque omnino alteratio, manifestum est, quòd non est omnino ipsa alteratio circa habitus.

¶Quod de figuris & formis efficit, id de habitibus (quæ prima est species qualitatis) demonstrat: nempe in illis non esse per se primò alterationem: idque ratione, quæ superiori simillima est. Probat id autem prius in habitib. C corporis, quales sunt sanitas fortitudo robur &c. Habitus huiusmodi in quadam commensuratione plurium consistit, ut sanitas in debita proportione & complexione calidi & sicci, frigidi & humidi: sicuti ægritudo in contraria disproportione, pulchritudo autem in quadam membrorum colorumque dispositione, robur autem in neruorum ossiumque & accidentiũ iusta habitudinem, hæ autem habitudines relationes quędam sunt, ad quas (vt lib. 5. mõstratum est) nullus est per se motus: sed consequuntur terminos motus, ergo ad huiusmodi habitus nõ est per se primò alteratio. Atq; quod de habitibus audis, id & de dispositionibus sentito, quãdoquidem habitus, D & dispositio hac sola ratione differũt, vt ille difficile sit, hæc autem, facilè amouibilis. At verò non sic legendus hic tex. est, vt intelligantur huiusmodi habitus hoc ipsum, quod sunt esse ad aliquid, aliàs eorum substantia non esset qualitas, sed relatio, cum tamen sint species qualitatis. Sed quia dependent ex aliorum relatione & habitudine, non est ad istos habitus per se alteratio, quin verò per modum relationis consequuntur calores, aut colores aut alia id genus accidentia. Fit ergo hinc consequens apud Arist. sanitatem esse qualitatem distinctam à rectificatis humoribus: quãdoquidem ad hos E est per se alteratio, non autem ad illã. Quod autem sanitatem esse commensurationem calidorum &c. aut eorũ, quæ sunt intra, aut ad continens, sic Comment. exponit, vt nomine continentis intelligat circunstantem aerẽ: vt sanitas cõsistat in habitudine internorum humorum, qua resisti possit cõtinenti aeri, ne animal corrumpat. Et sequuntur eum Alber. & Simpl. Appo sita autem videtur expositio S. Tho. vt nomine continentis intelligat̃ corpus ipsum, vel natura animalis. Sanitas enim consistit in legitima humorũ proportione secundùm naturam & spẽm ipsius animalis. Illud namque tempe- F ramentum, quod leoni esset salubre, esset homini pestilens & vacuum. Neque animalis sanitas æstimare debet per respectum ad aerem, quinimmo è cõuerso aer dicitur sanus, uel insalubris per ordinem ad animal. Dispositionis enim.] Hic probat primam illam assumptam hæc syllogismo. Habitus est dispositio eius, quòd secundùm substantiam perfectum est ad id, quòd est ei optimum, puta ad exercendas naturales operationes, quæ sunt suppositi fines huiusmodi autẽ dispositiones consistunt in tali commensuratione: ergo & habitus in eadem consistunt. Commen. hic nõ exprimit hunc sensum ex

hac

Nota.

Nota perspicuam D. Thomæ expositionem.

A hac litera, ſed ait quòd pulchritudo, & ſanitas,& robur conſiſtunt in certa proportione humorum, vel colorum &c.quæquidē iudicari habent,& menſurari penès vnum, quòd intelligatur ſaniſſimum, vel pulcherrimum, vel robuſtiſſimum, & laudatiſſimum in illo genere animalis. At profectò aberratio eſt hæc à mente Ariſtotelica, haud enim per ſe conſiſtit ſanitas mea in habitudine ad ſaniſſimū hoīem, ſed in habitudine ad exercendas meas naturales operationes, in quo opere poſitus eſt finis optimus naturalis: accidit mihi tamen, quòd aſſimilet ſaniſſimo. Quem quidē ſenſum ipſe protinus Ariſtot. patefacit dicens.
B Dico autem præſtantiſſimum, quod conſeruat & diſponit circa naturam. Metuens enim ne quis nomine præſtantiſſimi animal intelligeret, quòd ſuum finem eſſet etiā aſſequutum, ait non ſic intelligere, ſed quòd habitus eſt diſpoſitio ſuppoſiti. quod ſecundùm naturam perfectionē habet ſubſtantialem, diſpoſitio inquā ad exequendum id, quod optimum ſibi eſt, puta uitalia naturæ munera. Eſt ſiquidem habitus, qui bonum facit habentem, & eius opus bonum. Igitur ad ſanitatem non eſt per ſe primò alteratio, ſed ad calorem, uel frigus, in quorum temperamento conſiſtit. Et
C ſimiliter de aliis dicendum.

Tex. 18.

¶ Neque igitur circa animæ uirtutes, & uitia, uirtus enim perfectio quædam eſt, unumquodque enim tunc maximè perfectum eſt, cum adeptum eſt propriam uirtutem, & maximè ſecundùm naturam, ut circulus tunc maximè ſecundùm naturam eſt, cùm maximè circulus eſt, uitium autem corruptio horum, & remotio eſt.

¶ Poſt habitus corporis ad eos, qui ſunt animæ deſcendit, vt in illis ſimiliter demonſtret, non eſſe per ſe primò alterationem, idque prius in moralibus, ac mox in intellectualibus. Atqui D
primum tex. hoc 18. ſubſternit fundamentum hoc. Virtus animæ perfectio quædam eius eſt: tunc enim unumquodque maximè eſt perfectum, cum adeptum eſt propriam uirtutem, eam maximè, quæ eſt ſecundùm naturam: ut homo illa ætate perfectus eſt, qua gignere ſibi ſimile poteſt, & munia cūcta explere homini naturalia. Probat id autem exemplo figuræ: ut circulus quādo maximè circulus eſt, puta quādo unica lineæ ſic circunducitur uniuerſæ lineæ è centro ad circunferentiam ſint æquales, tunc quidem habet perfectè naturam circuli, quia habet formam, quæ eſt uirtus circuli. Pariter E
ergo anima quando eſt adamuſſim ſecundùm rationem diſpoſita, tunc eſt perfectiſſima ſecundùm naturam: id autem obtinet, quando habitibus uirtutum eſt maximè imbuta: uitium autem eſt perfectionis corruptio, puta horum habituum obiectio, ſuper hoc fundamentum extruit Commen. rationē hāc. Virtus animæ eſt eius ꝑfectio: perfectio autem rei conſiſtit in indiuiſibili: non eſt enim circulus magis minusve perfectus, quia perfectio eſt finis & forma rei, quæ conſiſtit in indiuiſibili, ad indiuiſibilem autem formā non eſt per ſe motus, ut lib. 5. monſtra F
tum eſt, eò ꝙ motus ſucceſſionem dicit: nō eſt ergo ꝑ ſe primò alteratio in habitu animæ, ſed in paſſionibus, quæ prius ſedantur. Hæc autem ratio appelli non poteſt ad malitiam, ſeu uitium, quod non conſiſtit in indiuiſibili: eo quòd corruptio uirtutis multis fit modis: & ideo S. Tho. ad rem propius accedit dicens, quòd intendit Ariſtot. ſimilem rationem illi tertiæ, quam de figura & forma præmiſerat: ut potè ꝙ cum habitus ſit perfectio rei uelut figura, ſicut ridiculum eſt dicere, aliqd alterari. dum effigiem aliquam, & formam artificialem acquirit, par ridiculum ſit dicere, quòd anima, cum uirtutem acquirit, alteretur, aut dum uitio

Nota perpulchram D.Thom. explicatio nē aduerſus Cōm.

illam

A illam perdit: sed perficitur tūc potius, aut corrumpitur quoniam alteratio rē perfectam supponit, & illa salua fit: mutatur enim res de albo in nigrum eadem seruata. At verò si planum Arist. sensum rimari volumus nullam in hoc textu absoluit rationem, sed tantum præfigit, assumitque unū præmissum, puta quod uirtus sit rei perfectio, uitiumque eius corruptio, super quam textu sequenti syllogismū construat.

Tex. 19. Fit igitur cùm alteratur quippiam & acceptio uirtutis, & uitii abiectio, alteratio tamen horum neutrum est. Quòd autem alteretur aliquid, manifestum est, uirtus enim, B aut impassibilitas quædam est, aut passiuum sic, uitium autem passiuum, aut contraria passio uirtuti. Et in totum, moralem uirtutem in uoluptatibus & tristitiis esse accidit aut enim secundùm actum, uoluptas est, aut per memoriam, aut per spem ab ipso est, aut enim similia passi sumus iis, qui reminiscuntur uoluptatis, aut similia patiemur sperantibus.

¶ Conficit ergo in hoc tex. 19. rationem ex superiori supposito, eandem C similem illi, quam de habitu corporis instruxerat. Argumentum est hoc. Sicut uirtus corporis est perfectio illius ad operandum, sic & moralis uirtus animæ: ergo sicut illa consistit in commensuratione humorum, aliorumue accidentium complexione, & ideo per se non fit, sed consequitur ad illorum accidentium acquisitionem, sic & acceptio uirtutis uitijque abiectio, & è conuerso uirtutis abiectio, fit quidem dum alia alterantur, idest consequitur ad passionum temperamentum, uel distemperamentum, non tamen per se primò fit in illa alteratio. [Quod autē alteretur aliquid &c.] Ostendit, quæ sit illa præcedens alteratio, ad quam consequitur uirtus, uel uitium. Vbi D notandum est, quòd secundùm Stoicos uirtus consistit in quadam impassibilitate, hoc est in omnimoda passionum omnium extinctione: aiebant enim in sapientem, hoc est, in studiosum, nullam cadere passionem, neque minimam quidem: secundùm autem Peripateticam ueritatem uirtus non propellit omnem passionem, sed illas sedat attemperatque, ut sint rationi obtemperantes, quinimmo fortitudo nonnunquam utitur ira, & misericordia, suum quoque habet commiserationem, & hoc est quòd ait. Virtus, aut impassibilitas quædam est, aut passiuum sic, hoc est passionum moderatio. Igitur secundùm Stoicos àd uirtu E tem non est per se alteratio, sed fit in passionum abiectione, ad quam illa consequitur. At secundùm Aristo. res est lucidior, fit enim uirtus præuia alteratione, hoc est, mitigatione passionum sensus, in quo sensu propriè est alteratio: illis autem cōpositis & paccatis consequitur uirtus. Et pariter ex excessu passionum subsequitur uitiū. In summa uirtus, & uitium in anima id sunt, quod sanitas, & ægritudo in corpore: adeo ut uitia morbi quoque dicantur, & ægritudines animæ. Et hoc est quod ait. In totum, idest uniuersaliter moralem uirtutem (ad diffe F rentiam intellectualis) in uoluptatibus & tristitiis esse accidit: uersatur enim in huiusmodi, passionum moderamine seruando. Subiungit id autem explicatius: nam uoluptas, aut secundùm actum, puta de re præsenti captatur, aut ex præteritorum memoria, aut ex spe in futurum, & pariter nos mœror occupat de malo, uel quod præsens est, uel cuius memoria præmimur, uel cuius torquemur metu. Fit ergo, ut in uirtute, & uitio non fit primò per se alteratio, sed in præcurrentibus passionibus, ex quibus uirtus: uitiumque resultat.

Nota.

At

A Tex. 20. At uerò neque in intellectiua parte animæ est alteratio, sciēs enim maximè ad aliquid dicitur. Hoc autem manifestum est. secundum nullam enim potentiam motis, fit in nobis scientia, sed cum extiterit quiddam, ex ea enim, quæ est secundum partem experientia uniuersalem accipimus scientiam. Neque igitur actus generatio est, nisi quis & respectionem & tactum generationes dicat, tale enim est actus. Quæ autem est a principio acceptio scientiæ, neque est generatio, neque alteratio. B Nam quia quieta est, residetque anima, sciens fit, & prudens. Vt igitur neque cùm dormiens excitatus est aliquis, aut ebrius esse desiit, aut ægrotans reualuit, factus est sciens, quamuis prius non poterat uti, & secundùm scientiam agere, sed abeunte perturbatione, & ad constitutionem ueniente mente inerat potentia ad scientiæ usum, sic utique huiusmodi aliquid fit id, quod est à principio in scientiæ existentia. perturbationis enim quies quædam est, & residentia. Neque C igitur pueri possunt quid dicere, neque iudicare, neque iudicare sensibus, similiter, atque seniores, multa enim perturbatio circa ipsos fit, & motus, sedantur autem & desinunt perturbari, aliquando quidem à natura, aliquando uerò ab aliis. In utrisque autem his alterari aliquid accidit, sicuti cùm excitatur, & fit uigilans ad actum. Manifestum est igitur, quòd alteratio in sensibilibus est, & in sensibili parte animæ. In alio autem nullo nisi secundùm accidens.

¶ In textu denique 20. postremoq; D huius capituli concludit, neque in uirtute intellectuali esse primò, & per se alterationem. Vbi tamen apparentior erat dubitandi ratio: quandoquidem scientia non consequitur commensurationem aliorum accidétium, sed ingignitur per specierum acquisitionem. Vtitur autem rationibus tribus. Ad quarum intellectum supponatur, quòd ubi res per se est ad formam suapte natura disposita, tunc sine ulla ratione, illam recipit subitò. ut si materia prima per se daretur omni forma nuda, absque ulla alteratione reciperet formam substantialem cum suis propriis accidentibus: E tametsi agens naturale illam non posset producere, quia habet præscriptum modum generandi unum per alterius corruptionem, exemplum tamen est in aere, qui propriè non dicitur alterari, dum illuminatur, sed perfici. Intellectus utique suapte natura est appositus ad scientiam. Hæc autem est adæquatio ipsius rem. Et ideo scientia est relatiuum, non quidem secundùm esse, ut eius substantia sit esse ad aliud, aliàs non esset qualitas, sed secundùm dici: quia nequit diffiniri, nisi per ordinem ad subiectum. Prima ergo ratio Aristotelis est. Scientia, quæ est habitus uniuersalis, non F fit in nobis, secundum aliquam potentiam motis, sed per hoc, quòd res ipsæ extremæ mutantur, quibus intellectus assimilatur, ut potè dum res nobis præsentes fiunt, ex quarum particularibus experientiis sensuum intellectus colligit uniuersale: ergo ad ipsum habitum intellectus non est per se alteratio, sed consequitur ad motum rerum ipsarum, cuius est adæquatio. Sicuti si speculo parieti affixo diuersæ subinde res obiiciantur, speculum quidem non alteratur, per hoc, quòd diuersas imagines recipiat, sed res ipsæ quæ permutantur. Quòd si tibi animus non quiescat, Nota.

A propterea, quòd illa specierum receptio in intellectu sit alteratio quædam, ne cogites id negare Aristotelem, sed docet, quòd uera & realis mutatio nõ in acquisitione scientiæ est, sed in rebus ipsis obiectis: in sensibus autem fit passio quædam, sed tamen spiritualis, ut supra declaratum est, ueruntamen cum conditionibus naturalibus, hic, & nunc. Res autem corporeæ non agunt in intellectum, nisi mediante eius lumine, quod est agens quædam uirtus abstrahens à phantasmatibus uniuersales species, quarum receptio propriè non est passio, sed perfectio & illuminatio: ut diximus de ae- Nota.

B re. Obidque in 3. de anima. non concedit, quòd intelligere sit pati, nam pati dicit disconuenientiàm rei, sed quoddam pati, hoc est perfectionis receptio [neque igitur actus.] Subdit rationem secundam de actu scientiæ, quæ est consideratio secundùm habitum. Et quòd actuale hoc iudicium non sit alteratio, eleganter profectò probat: quia ille potius est usus ipsius formæ iam habitæ, quàm noua receptio: sicuti respicere & uidere non est alteratio uidentis, sed usus specierum, quæ iam sunt in oculo. Neque tangere est alteratio tãgentis, nisi quatenus calore, aut frigore læditur. Hu-

C iusmodi enim usus sensuum non sunt generationes, hoc est accidentium conquisitiones, quibus fiat alteratio, ergo neque usus scientiæ (Quæ autem est à principio) prima ratio fuit de acquisitione nouæ scientiæ simpliciter per experientiam nouarum rerum absque consideratione acquirentis: sit ne puer, an uir. Et secunda de actu. Tertiam ergo adhibet de initio cõquirendi scientias in illo iuuene, qui antea per ætatem non erat potens addiscere. Et alludit hic ad Platonem in Thimæo, ubi docebat iuuenes, eo ꝙ perturbationes affectionum patiuntur, non esse ad scientias aptos. Sunt enim tunc sensibus mutantes, ac fluctuantes: & ideo sicut neque in aqua, D

Tex. 20. dum turbida est, quoad fœdamentum fundo consident, neque dum uenticulo motatur, ullus in ea figitur radius solis, sed uerberat, sic iuuenibus non insident scientiæ, quousque fœculentia illa passionem serenetur, & clarè rationem permittat, illam ergo primæuam scientiæ genituram poterat quis arbitrari fieri per alterationem, qua passiones illæ attenuantur, & abolentur: & ideo refutando ait Aristo. ꝙ neque illa, quę à principio fit acceptio scientiæ, alteratio est, aut generatio. Et ratio est hæc quietatio, pacatioque animi non est eius alteratio dicenda, nam alteratio potius commotionem E

dicit: illa autem mitigatio passionum quietatio est animi: ergo scientia, quæ consequitur, non est alteratio, subdit exempla in dormiente, & in ebrio, & in ægrotante, in quibus humorum turba dominatur, usum impediens scientiæ, quibus abeuntibus affectionibus, qui excitatur, & sanus est, & mentis compos, utitur sua scientia. Neque uerò idcirco dicitur alterari, sed potius alterabatur, dum erat ægritudine præditus, & uidetur hic Arist. ad Platonis dogma de scientia alludere, est enim mos eius, ut, ante quàm suam constituat opinionem, secundum Platonem loquatur, & suam sententiam F

de scientia non docuit usque ad libros de anima. Fuit autem Platonis opinio, quòd anima infunditur corpori scientiis insignita, sicuti creati sunt Angeli, sed passionum offusione interclu- Tex. 21. sus est earum usus. Et ideo dicebat, nostrum scire, esse quoddam reminisci. Et propterea dixit Aristot. quòd scientiæ, neque est alteratio, neque generatio, comparauitque adeo pueros sapientibus, cum dormiunt, aut ebrij sunt, in quibus propter opilationem cerebri sopitos habent habitus. Aristot. autem posuit animam tanquam tabulam rasam, quæ postea scientiis depingitur. Secundum cuius opi-

nionem

A nionē dicendum eſt, ſcientiam non eſſe per ſe alterationē: eo ꝙ intellectus non patitur proximè à ſenſibilibus, ſicuti ſenſus, ſed adminiculo propriæ uirtutis illuminatricis perficitur. Requiritur autem in pueris alteratio ad abigendas paſſiones ſeruamdamq; mētem, ut in calce textus declarat dicēs. Neque igitur pueri &c. Hæc autem ſerenatio fit, inquit, tum à natura, quia pueri bene nati, & ingenio aucti per exercitium ingenium expoliūt, & colunt, tum etiam ab alijs: nempe ſtudio, doctorumque ope & opera adiuti. Quod autem de pueris audis, id & de ętate prouectioribus cenſeto, quādiu corruptis, impuriſque affectionibus obruuntur: præſertim impudicitia lubricæ carnis: à quibus niſi expurgentur, offuſcantur, ne ſcientijs ſint accommodi. [Manifeſtum eſt igitur] concludit denique, quòd alteratio in rebus ſenſibilibus eſt, ut puta in rebus cunctis corporeis, ac materialibus: & præterea in ſenſibili parte animæ, nimirum in ſenſibus: in habitibus uerò, & figuris, & formis non item. niſi ſecundum accidens: quia ad aliorum alterationem conſequuntur hęc.

B

QVIS MOTVS CVI MOtui comparabilis ſit.

C

Capvt IIII.

Tex. 21. DVbitabit autē aliquis, vtrum omnis motus omni cōparabilis eſt, an non. ¶ Si igitur omnis comparabilis eſt, æquè uelox eſt, quod in æquali tempore per æquale mouetur, erit circularis quædā æqualis rectæ & maior etiam, & minor. ¶ Ampliùs alteratio, & loci mutatio quædam, æqualis erit, cùm in æquali tempore aliud alteratum ſit, aliud verò latum. erit ergo paſsio æqualis longitudini. ſed impoſsibile eſt. At ergo cū in æquali tempore per æquale mouetur, tūc ęquè uelox eſt, æqualis autem non eſt paſsio omnis longitudini. quare nō eſt alteratio loci mutationi æqualis, aut minor. Quare non omnis cōparabilis eſt. D

¶ Secūdum membrum huius, ut in initio dicebamus, in comparatione motum poſitum eſt. Etenim cùm pręcipua huius libri intentio ſit agere de ordine, & comparatione mobilium & mouentium, ſcilicet quòd omne, quod mouetur, ab alio mouetur, opportunum erat de comparatione etiā motuum dicere. Diſcutitur ergo in hoc. 4. cap. 14. textus habente, num motus eſſe poſſit uelocitatis comparatio: & qualiter ſit comparatio hæc penſanda. In text. ergo hoc. 21. proponit ſtatim philoſophus dubitationem in genere, vtrum quilibet ſit motus cuilibet comparabilis. Et arguit ad utranque partem. Formatque à parte negatiua duas rationes. Prima, ſit in motibus eiuſdem generis. Si omnis motus localis cuicunque locali eſſet comparabilis ſequeretur, quòd linea circularis, & linea recta eſſent pariter longitudine cōparabiles. Quod falſum eſſe uidetur, cū comparatio fiat in rebus eiuſdem ſpeciei, & tamen circularis linea, & recta differunt ſpecie: Sequela tamen probatur. Si motus æque uelox eſt, qui tempore æquali per æqualem lineam fit, & motus, qui fit per lineam circularem, & qui fit per lineam rectam, ſunt æquales: linea recta & circularis erunt æquales. Et proportionabiliter probabitur, quòd linea circularis poteſt eſſe maior, aut minor, quā recta: nam motus uelocior eſt, qui tempore æquali fit ꝑ maiorem lineā, & iccirco ſi circularis motus in eodem tempore eſt uelocior., circularis E F

A linea erit longior, quàm recta: si uerò tardior, erit minor. ¶Secunda ratio fit in motibus diuersorum generum. Si quiuis motus, esset comparabilis, se queretur, quòd qualitas esset comparabilis loco. Decur enim motus localis æquè uelox motui alterationis. Tūc cum motus æquè ueloces sint illi, qui æquali tempore per ęqualia fiūt & motus localis, & alterationis sint æquè ueloces, spatium locale, quod transitur motu locali, est æquale qualitati, quæ motu alterationis acquiritur: consequens tamē est falsum: nam passio nulla esse potest æqualis longitudini, aut maior, aut minor: ergo neque alteratio æqualis esse potest lationi locali.

B

Tex. 22. In circulo autem, & recta: quomodo accidet? Inconueniens enim est, nisi sit in circulo, similiter aliquid moueri: & hoc super rectam, sed confestim necesse est, aut uelocius, aut tardius, ut si hoc decliue sit, hoc autem accliue.

In tex. 22. arguit à parte affirmatiua scilicet quòd motus rectus, & circularis sint comparabiles dicens, in circulari & recto quomodo accidet, scilicet eruntnè comparabiles, an non. Et subdit inconueniens esse dicere, quòd in

C circulo non similiter aliquid mouetur, idest æquè uelociter, ut super lineam rectam, & prętendit hanc rationem. Motus circularis, & motus rectus sunt duę differentiæ motus localis, ueluti ascensus & descensus: sed ascensus & descensus comparantur in uelocitate: nā motus terræ deorsum uelocior est, quàm eius motus sursum: immo forsan quàm ascēsus ignis: quia grauitas potentior est ad secandum aërem, q̄ leuitas: ergo pariter motus circularis & erectus sunt comparabiles.

Tex. 23. Amplius nihil differt in ratione, si quis dicat necessarium esse confestim uelocius, aut tardius moueri, D erit enim maior & minor circularis recta, quare & æqualis, si enim in A. tempore: hoc quidem lineam. B transit, illud uerò lineam. C. maior erit linea. B. linea. C. sic enim quod uelocius est: dicebatur, ergo si & in minori æquale uelocius est, quare erit aliqua pars. A. ipsius, in qua B. circuli partem æqualem transibit: & ipsum C. in toto. A. lineam. C.

¶In tex. 23. excludit cauillationem. siquis diceret motum circularem cōparabilem esse cum motu recto secundum maiorem, aut minorem uelocitatē [ut q̄ motus primi mobilis sit uelo- E
cior descensu grandinis] non tū secundū uelocitatis æqualitatem. Arguit enim proportione, q̄ si duorum mobilium in eodem tpe. s. A. vnum decurrat lineam. B. circularē, alterū uero C. rectam, & illud, quod mouetur per B. uelocius mouetur, necesse est ut B. circularis linea longior sit, quàm C. nam ut lib. 6. tex. 11. dictum est. uelocius in tempore ęquali trāsit maius spacium: at uerò eadem ratione (ut statim illic subiungitur) uelocius in minori tempore trāsit ęquale: ergo dabilis est pars tēporis. A. in qua illud mobile, quod mouetur per B. transeat portionem F
circuli æqualem rectæ lineę. C. & per consequens, si circularis motus & rectus comparantur in maiori, uel in minori non fit, ut comparentur etiam in uelocitate æquali.

At uerò si sunt comparabilia: accidit id, quod nuper est dictum, esse æqualem rectam circulo. sed comparabilia non sunt, neque igitur ipsi motus. ¶Sed quæcunq; non sunt æquiuoca, omnia comparabilia sunt, ueluti cur comparabile non est, utrum acutius sit stylus an uinum, aut nete? Quia enim æquiuoca sunt: non comparantur, sed nete, ipsi paranete com- Tex. 24.

para-

A parabilis est, quoniã idem significat acutum in vtrisq;, ergo non idem velox hic & ibi, multo aũt adhuc minus in alteratione, & loci mutatione.

Tex.24. duas habet particulas. In priori iterum repetit obiectionẽ primam ad partẽ negatiuam.s. ꝙ si circularis motus & rectus essent comparabiles, sequeretur ꝙ lineæ ipsæ circularis & recta essent comparabiles, quod tñ falsum esse uidetur, cùm non sint eiusdem speciei.¶Occasione huius, in secunda parte textus ostendit illa, quæ non sunt ęquiuoca, comparabilia esse: quæ tñ sunt æquiuoca, non esse comparabilia. Vt quia acutũ ęquiuocè dr̃
B de quantitate, de sapore, & de uoce.s. de stylo, uino & nete, quæ est prima chorda lirę, nõ dr̃ stylus acutior uino, aut uinum acutius nete: nisi fortè per metaphoram: dicitur tñ nete acutior, quã para nete, id est prima chorda acutior, quàm secũda, quia acutũ dicitur de illis uniuocè. Pari modo videtur (ait philosophus) quòd motus circularis & rectus non sunt comparabiles. ¶ Secunda hæc pars textus initium est secundæ partis totius capituli in qua respondet ad principalem quæstionẽ: quippe cum hic in genere præmittit tria requisita, ut res aliquæ sint inuicem comparabiles.

C

Tex. 26. Tria requisita ut res sint cõparabiles.

An primùm quidem hoc non verum est: quòd si non sint æquiuoca, comparabilia sunt. Multum idem.n. significat in aqua & aere & comparabilia non sunt, si autem non, duplum quidem idem (duo enim ad vnum) & non comparabilia sunt.

¶Quoniam uniuersaliter enunciauerat, quæcunque non dicuntur æquiuocè comparabilia esse, obiicit de eo, quod est multum, quod uidetur dici uniuocè de aqua & aere, & tñ non uidetur dici secundum comparationem de illis. Quod si quis hæsitauerit de nomine, multum saltem (inquit) duplũ uniuocè dicitur de illis: ut enim pugillus aeris ad suam medietatem duplus est, ita & aquæ pugillus ad suam, & tamen non dicitur comparatiuè: nam cum esse duplum consistat in indiuisibili, nulla res est magis dupla, quàm alia. Dubitationem hanc, de multo, exponit S.Thom. ꝙ alicui posset apparere, multum propter suam communitatem, non dici uniuocè de aere & de aqua, ueluti duplum. Non tamen intelligo quare propter communitatem non dicatur vniuocè nisi propter rationem, quã explicauimus statim tex. sequenti: quæ tamen similiter habet duplo. Fortè verisimilius est quòd nõ ponit Phi. differẽtiam inter multum, & duplum quantum ad id, quod est uniuocè dici, sed quantum ad hoc qđ non est tàm euidens, multum nõ dici comparatiuè; siquidem aliqua dicũtur aliis plura [quod est comparatiuũ, de, multum] sed duplum, euidentissimum est non recipere magis aut minus. D E

An & in his eadem ratio? etenim multum æquiuocum est, sed quorundam: & rationes æquiuocæ sunt, ut si dicat aliquis, quòd multum est tantum.& adhuc aliud tantum & æquale ęquiuocum: & vnumquodque si contingit, confestim æquiuocum, si autem hoc: & duo. Tex.27. F

¶Respondet in tex.26. negando, ꝙ multum, aut duplum, vniuocè, dicatur de aqua & de aere, immò dicuntur æquiuocè vt dictum est de acuto, & respectu styli & vocis. ¶ Vbi notandum est, ꝙ multum, dupliciter dicitur vno modo relatiuè, vt opponitur pauco: quod etiam quantitati continuè conuenit: dicimus.n.& multam, & paucã aquam. Alio modo accipitur, ut opponitur contra unum quod propriè non conuenit nisi quantitati discretę: con- Nota.

A tinuum enim est unum, quod si diuidatur in duo, uel plura, fit multa. Et rursus notandum est, quòd nomē multum, si consideretur mathematicè, ut abstrahit à rebus naturalibus, non est ęquiuocum, quia in genere significat excessum, quicunque sit ille: si autem accipiatur, ut significat naturas rerum naturalium, tunc quodammodo æquiuocè dicitur de aqua, & de aere. Est enim aer ratione quātitatis multus respectu aquæ: quia sub magna quantitate continet paucum materiæ: aqua uerò è conuerso ratione materię dicitur multum respectu aeris: quia sub parua quantitate continet multum materię.

Nota.

B Ait ergo Philosophus, ꝙ multum est æquiuocum: sed quorundam .i. non in genere & mathematicè, sed in ordinē ad res naturales. Et rationes .i. diffinitiones multi in aere & in aqua sunt æquiuocè ꝙ si dicat aliquis, ꝙ multum est tantum & aliud tantum] alludit ad secūdam acceptionem de, multum, ut opponitur uni: dicitur enim pugillus aquæ (v.g.) multa respectu pugilli aeris, quia continet unum æquale materiæ ad materiam aeris, & aliud tātum, immo decuplum, quia ex uno pugillo aquæ fiūt decem aeris. Ait uerò, quòd si æquale & unum æquiuocū est, fit ut & duo æquiuocum sit. Quod est dicere, si dentur aqua & aer sub eadē quan

C titate, aqua erit duo ratione materiæ respectu aeris, immo erit decupla, si uerò dentur aqua & aer, quæ habeant eādem multitudinem materiæ, tunc aer ratione quantitatis erit decuplus ad aquam. Atque adeo, multum, sicuti duplum & decuplum, ut concernunt res naturales, quodammodo dicūtur ęquiuocè de aqua & aere.

Tex. 27. Quoniam propter quid alia comparabilia sunt, alia uerò non: si una quidem est natura? an quia sunt in alio primo susceptiuo? Equus igitur & canis comparabilia sunt utrū albius. In quo enim primò. idem est superficies, & secundum magnitudinem similiter, aqua autem & uox non, in alio nanque. D

¶Post primum requisitum ad comparationem nempè, ꝙ ea, quæ comparantur, nō debent ęquiuocè significari illo nomine, in cuius significato fit cōparatio, subit in hoc tex. 27. quòd hoc non sufficit: sed secundum requisitum, quòd forma, in qua fit comparatio, recipiatur in eodem primo subiecto. Interrogat ergo, cur nō omnia, quæ uni uocantur in eadem forma, eiusdemq; naturæ comparationem recipiunt. Et rñdet, quia in alio sunt primo receptiuo, equus enim & canis comparantur in albedine: quia albedo nō solùm est E forma eiusdem naturę in utroque, sed est in eodem primo subiecto, puta in superficie. Et pariter comparantur in magnitudine, quæ est eiusdem naturæ, & recipitur per se primò in substātia, aqua tamen, & uox non comparantur in magnitudine quia magnitudo, licet sit eiusdem rationis, tamē magnitudo aqua est per se primò in eius substantia, idest attenditur secundùm extēsionem materiæ & formæ: magnitudo uerò soni est in sono, quæ est qualitas, nō enim est magnus sonus propter magnitudinem aeris, in quo recipitur: sed propter vehementiam motus quo corpora colliduntur, aut propter magni- F tudinem, aut alias qualitates corporum collisorum, à quibus efficitur, & ideo neque aqua est maior sono, neq; sonus, quàm aqua.

An manifestum est, quòd erit sic Tex. 28. quidem omnia unum facere. In alio autem dicere unumquodque esse: & erit idem æquale, & dulce, & album, sed in alio.

¶Subsequenter intendit adiungere tertium aliud requisitū, ut aliqua sint comparabilia, nempe ꝙ forma illa, in qua fit comparatio sit eadem natura .i. eiusdem speciei specialissimæ. Obidq; arguit, ꝙ neque secunda conditio sufficiat,

A Nota. ficiat, duabus rationib. Ad intellectio nem primę notato, quòd differẽtia specifica formarum non attenditur penes subiecta diuersa, in quibus recipiũtur: albedo enim & dulcedo lactis in eodẽ sunt primo subiecto. s. in quantitate, differunt tamen penes diuersas differẽtias contrahentes genus: differentia verò numerica attenditur penes diuersa subiecta, ut differunt albedo unius lactis, & albedo alterius. Ait ergo, quòd comparatio debet fieri in eadem natura, ut tamen sit eadem natura, non sufficit, ꝙ sit forma in eodem subiecto primo. Aliàs (inquit) esset omnia unum facere. i. omnes formæ essent eiusdem B speciei: sed solum differrent penes subiectum, in quo sunt, & ita quantitas, dulcedo, & albedo essent una natura ratione solius subiecti differentes, qđ est falsum: nam licet sint in eodem (ut in lacte) differunt specie. Forsan reprehendit hic Platonem, qui solum ponebat differentiam materialem ex parte subiecti & non ponebat genus contrahi per diuersas differentias. Sed sicut indiuidua eiusdem speciei non differunt, nisi ratione diuersarum materiarum in quibus recipitur idea hominis, ita genus diuidebatur secundum Platonem in species: quia erat una natura recepta in diuersis speciebus, sed quia C ideæ specificæ erant perpetuæ, non ponebat ideam generis separatã à speciebus, sicuti ponebat ideam perpetuam speciei separatam à corruptibilibus indiuiduis. Arist. uerò non ponit differẽtiam specierũ, propterea quòd genus tãquam una natura recipiatur in illis, sed quia contrahitur per differentias, ut tex. 31. peramplius exponetur, quia nullam ponebat idem generis: sed tantùm ideam specificam receptam in diuersis indiuiduis.

Tex. 29. Amplius susceptiuum non quoduis est: sed unum unius primum. Sed non solùm oportet comparabilia nõ æquiuoca esse: sed & non habere differentiam, neque quod, neq; in quo. D dico autem, ut color habet diuisionem. Non ergo est comparabile secundùm hoc. vt utrùm coloratum sit magis album quàm nigrum. hæc enim comparantur nõ secundùm aliquem calorẽ, sed quatenus calor est, sed secundùm albedinem. ¶ Sic & circa motum: ęquè uelox, quòd in ęquali tempore moueretur per æqualem tantum longitudinis in hoc.

¶ Tex. hic 29. tres hẽt particulas. Prima est ratio secunda ad probandum, ꝙ requiritur idẽtitas specificæ formæ, in qua fit cõparatio. Et ratio est hæc. Ad E comparationẽ requiritur identitas subiecti primi, ut dicit secunda cõditio: sed cuiuslibet formæ est suũ per se primũ susceptiuum: ergo requiritur identitas specifica formæ. Quod si quis dubitet, nõ esse tot ꝓpria susceptiua formarum, quot sunt formæ: nã materia prima eadẽ suscipit oẽs formas, & quãtitas omnes qualitates corporeas. Respõdetur, quòd nomine susceptiuum, non intelligitur solum subiectum, sed ipsum cũ dispositionibus: quare aliud est susceptiuum formæ hominis, & aliud formæ equi. Aliudque temperamentum primarum qualitatum ad albedinem requisitum, aliud uerò ad ni- F gredinem. ¶ In secũda parte textus colligit tres conditiones necessarias, ut res aliquæ sint comparabiles: dicens, quòd comparabilia non solum non debent esse æquiuoca, ut dicebat prima conditio, sed id, in quo fit, comparatio debet esse tale, vt non habeat differentiam [neque quod] i. specificam sicuti genus distribuitur per species, ut dicit tertia conditio [neque in quo] i. ratione subiecti primi, ut dicebat secunda, (v. g.) in genere coloris non fit comparatio, sed in specie albedinis. Nil. n. est alio magis, aut minus coloratum, sed magis, aut minus album, aut nigrum. ¶ In tertia particula, vbi incipit tertia

A pars huius capitis, & ubi aptior esset textus diuisio, applicat ea, quæ dicta sunt, ad motus: concludens ex dictis, quòd illi motus sunt proportionabiles, qui sunt eiusdem speciei. Nam tales non dicuntur æquiuocè motus, & proportionātur in uelocitate, quæ est forma specifica, & est in eodem primò subiecto. s. in quantitate. Et hoc est qđ ait. Motus æquè uelox est, qui in æquali tempore mouetur per æquale tantū longitudinis (in hoc) i. in eadē specie.

Tex. 30. Si autem aliud quidem alteratum est, aliud uerò latum: æqualis ne erit hæc alteratio, & æquè uelox loci mutationi? Sed inconueniens est, causa

B autē quia motus habet species. Quare si quæ in æquali tempore lata sunt per æqualem longitudinem, æquè uelocia erunt æqualis recta, & circularis. Vtrùm ergo causa sit, quia loci mutatio genus sit, an quia linea genus? tempus enim idem semper impartibile specie. An simul illa speciē differūt? etenim loci mutatio species habet, si illud, super quod mouetur, species habeat. Amplius autem, si per quod, ut si pedes, ambulatio, si alæ, uolatio. An non, sed figuris loci mutatio alia est? Quare, quæ in æ-

C quali tempore mouentur per eandē magnitudinem, æquè uelocia sunt, (idem autem indifferens specie) & moueri indifferens specie.

¶In tex. 30. perseuerat explicās, motus specie differentes non esse comparabiles. Et id primò in his, q̄ differunt genere subalterno. Interrogans vtrum alteratio & loci mutatio sint comparabiles. Et respondet inconueniēs esse dicere, quòd sunt comparabiles, eo ꝙ specie differunt. Quare alteratio neq; æquè uelox est motui locali, neque eo uelocior, tardiorve. Idem subiūgit de motu locali circulari & recto, q̄ sunt species specialissimæ. Et repetit eandē rationem, quam fecerat tex. 21. s. si motus circularis, & motus rectus essent **D** comparabiles, sequeretur lineas ipsas circularem, scilicet & rectā, per quas fiunt, esse comparabiles, quod falsum est, cum specie differant. ¶ Pergit uerò percunctari causam incomparabilitatis horum motuum: an uidelicet causa sumatur ex parte ipsorum motuū, quia uidelicet motus rectus, & circularis differūt specie sub genere motus localis: an uerò causa sumatur ex parte magnitudinum, per quas fiunt nempe, quia linea recta & linea circularis specie differunt sub genere quātitatis continuæ. Nam tempus (inquit) in quo fiunt, causa esse non potest: quia **E** tēpus species est specialissima. An fortè utraque sit causa. s. & differentia specifica motuum, & differentia magnitudinum, nam si magnitudines, p quas fit motus specie differūt, & motus specie differūt. Et hæc quamuis proponatur p modū interrogationis, est tñ qõnis responsio. s. ꝙ vtraq; est causa incōparabilitatis: proxima quidē differentia specifica motuū circularis & recti: remota uerò differentia linearum, per quas fiunt, ex qua nascitur differentia motuū. An fortè tertia sit cā instrm, quo fit motus. Vt (v. g.) progressio differat specie è volatu: eò ꝙ illa fit pedibus, hic verò alis. Cui respōdet, instrā **F** non esse sufficientem causam differentiæ specificæ motus, vt sint incomparabiles. Potest. n. cursus equi uelocitate comparari volatui auis: non enim differunt specie ratione motus, sed tanq̄ propriæ passiones diuersarum specierum animalium, ut lib. 5. q. 3. dictū est. [Quod autē sequitur an non? sed figuris &c.] exponit Commen. quòd ambulatio, & volatio non differunt, nisi solum secundū figuram, vt clausula illa adiūgatur superiori, qua dictū est nō differre specie. Melius tamen exponit S. Tho. ut sit sermo de motu recto, & circulari. Quasi dicat, ambulatio & volatio, si utraq; sit recta, nō differunt spē

Causa incomparabilitatis.

Notaopt. D. Thomæ expositionem.

A in rõne motus, sed motus illi, qui fiũt per lineas diuersarũ figurarum: quales sunt motus circularis & rectus. Cõclu dit ergo motus illos esse æquè ueloces, qui fiunt per eadem magnitudinẽ in specie. i. uterq; per rectam, uel uterque per circularẽ, dũmodo motus ẽt sint eiusdem speciei, puta ambo locales. Et proportionabiliter dicantur de motibus augmentationis. Et pariter de motibus alterationis.

Tex. 31. Quare hoc considerandum est: quæ sit differentia motus. ¶ Et significat sermo iste: quòd genus non unũ quid est, sed iuxta hoc latent multa, suntque æquiuocationum, aliæ quidem multùm distantes, aliæ autem habent quãdam similitudinem, aliæ uerò propinquæ, aut genere, aut similitudine rationis. Quapropter nõ uidentur æquiuocationes esse, cùm sint. ¶ Quando igitur altera est species? si idem in alio, aut si aliud in alio? Et quænam diffinitio, aut quo discernemus, quòd idem est album, & dulce, aut aliud quia ne in alio uidetur alterum, an quia oĩno nõ idem.

B

¶ Elicit in primis uerbis huius tex. ad iudicadũ an motus sint comparabiles, consideradũm esse qualis inter eos sit dĩa. Si. n. sit generica, ut inter alterationem & motũ localẽ aut specifica, vt inter motum rectũ & circularẽ, nõ sunt comparabiles. Si uero accidentaliter differant inquantũ motus, ut uolatus, & cursus, ĩ sunt comparabiles. ¶ Elicit secundò ex dictis, quòd genus non est simpliciter una natura, quod erat tertium requisitum ad comparationem. Sed latent (inquit) in genere multa. Cuius rationem egregiè profectò tradit S. Th. nempe, quòd species sumitur a forma ultima, quæ ẽ simpliciter una existens in rerum natura. Vt species humana sumitur ab anima rationali, quæ unica est & in supposito, & æqua-

C

Nota egregiam rõnem, quã tradit Sanctus Tho. cur iuxta genera lateant multa.

lia ab anima equi. Non tamen est in homine præter animam rationalem alia, à qua sit animal: sed animal dicit unũ gradum sensitiuum, qui sola operatione intellectus abstrahitur à formis omnium animalium. In genere ergo latere multa est, quòd non sit una forma generis, sicut est una forma speciei. D

¶ Sed notandum est hic, quòd Phi. non ait in genere latere æquiuocationes, ut solet à nonnullis citari, sed latere multa. Annuit uerò hoc esse quoddam genus æquiuocationum, non tamen adeo proprium ut canis. Quemadmodum in prædicamento cap. 1. explicatum est. Et hoc est, quod ait hic. Aequiuocationum aliæ quidem sunt multum distantes, ut canis, quod est æquiuocum à casu, significans marinum & latrabilem non propter aliquẽ gradum naturæ, aut proportionem: aliæ uerò sunt minus distantes, ut analoga, quæ non conueniunt simpliciter in aliquo gradu naturæ, sed in proportione, ut sanum significat animal, & urinam. Tertius gradus est impropriæ æquiuocationis: ut in genere, qđ quamquam significat unum gradũ indifferentem omnibus speciebus, non tamen in re reperitur secundum eandem perfectionem in illis. Sensitiuum enim non est ita perfectum in equo, q̃ in homine: quia sensitiuum in homine est ab anima rationali. Et pariter nec corporeum, est tam perfectũ in equo. Vnde propter similitudinem inquit rationis. i. propter unum gradũ generis abstractum per intellectum non apparet æquiuocatio specierum: cũ tamen sit quodammodo. Quò fit, ut si daretur una anima sensitiua in homine prę ter rationalem (ut dicebat Ocã) tunc genus diceret unam naturam, sicut species: & pariter si esset vna forma corporeitatis, ut opinatur Scotus. ¶ In tertia parte textus, quasi colligens superius dicta, percunctatur. Vnde ergo sumenda est differentia specifica naturarum? utrum ex hoc, quòd una

Nota.

E

F

A vna natura generis recipiatur in alio, idest in alia & alia specie. Quemadmodum natura specifica Petri differt numero ab alia, quia recipitur in alia materia. Vt dulcedo, vtrum differt specie ab albedine: quia natura coloris recipitur in diuersis, an differunt, quia omnino non sunt idem? Et hæc nõ solum est interrogatio, sed determinatio aduersus Platonem. differebat enim inter Platonem, & Arist. ut Comm. 38. dicebamus, quòd Plato ponebat vnã naturam generis differentem per hoc solùm, quòd recipiebatur in diuersis speciebus. Aristo. verò non ponit vnicam naturam generis, sed vnum gradum, qui non inuenitur iure æqualis B in speciebus (vt modo dicebamus) sed solum ponit vnam naturam specificam, quæ sumitur à forma. Et quia species exprimitur per definitionem, quę discernit vnam speciem ab alia, ait idẽ esse aliqua differre specie, quod differre definitione, idémque esse aliqua esse eiusdem speciei & naturæ, quod definitione conuenire, ut habetur. 5. meta. text. 12.

Tex. 32. De alteratione autem quomodo est æquè velox alteri altera? Si itaq; est sanari alterari, est autẽ hunc quidem velociter, illum autem tardè sanari, & simul quosdam, quare erit al- C teratio æquè velox, in æquali enim tempore alteratum est. ¶ Sed quid alteratum est? æquale enim hic non dicitur, sed ut in quantitate æqualitas: ita hic similitudo. Sed sit idem, quòd mutatur in æquali tempore, æquè uelox. ¶ Vtrum ergo eo, in quo passio, an passione oportet comparare? hic igitur quòd sanitas eadẽ sit, est accipere aut quod neque magis, neque minus, sed similiter existit. Si autem altera passio sit, vt alteratur id, quod dealbatur, & id, quòd sanatur: his nihil inest idem, neq; æquale, neque simile, ut iam hæc species D faciunt alterationis, & non est una, ut neque loci mutatio; quare considerandum est, quot sunt species alterationis, & quot loci mutationis. Si igitur, quę mouentur, specie differũt, quorum sunt motus secundùm se & nõ secundùm accidens, & motus ipsi specie different, si autem genere, genere, si uerò numero, numero.

¶ In text. 32. post comparationem motuum localium, prosequitur dicere de comparatione motuum alterationis. Motus enim augmẽtationis eò hic silentio prætermittitur, quòd eadẽ E fermè est eorum ratio, quæ motuum localium. Vt enim se habet spatium in motu locali, se habet, & quantitas in motu augmentationis. Quocirca, vt motus illi locales sunt æquè veloces, quibus æquali tempore æqualia spatia peragũtur, inæquales verò, quibus tempore æquali transeuntur inæqualia, ita & motus illi augmentationis sunt æquè ueloces, quibus tempore æquali acquiruntur æquales quantitates. At verò de alteratione nõ est ita perspicua ratio. Obidque priùs ostendit, quòd motus alterationis sunt cõparabiles in uelocitate. Experimur. n. ex duobus ægrotis alterum uelocius F sanari altero: alios uerò simul idest æquè velociter sanari. Cùm ergo sanatio sit alteratio, sequitur vt alteratio alteri sit æqualis: vtpotè quo tempore æquali fit. ¶ Mouet autem quæstionẽ penes quid attendatur æqualitas alterationum, nam in motu locali duo requiruntur ad ęqualitatem uelocitatis, scilicet identitas temporis, & spatiorum æqualitas. Et proportionabiliter in augmentatione æqualitas quantitatum, quæ acquiruntur. Quærit ergo [sed quid alteratum est] idest quid, est illud, quod acquirendum est tempore æquali, ut alterationis sint æquè ueloces. Nam dicere, quod debet acquiri

æqualis,

A æqualis, qualitas ineptum est, quoniã æquale non dicitur secundùm qualitatem, sed sicut in quantitate est æqualitas, ita & in qualitate similitudo. Diffiniatur ergo (inquit) in genere, æquè uelociter mutari. Vt sint illa, quæ tempore æquali mutantur siue localis sit motus, siue alterationis, aut quiuis alius. ¶ Hac suppositione facta quærit philosophus, utrum quando motus duo alterationis comparantur in uelocitate, comparare eos oporteat eo, in quo est passio, idest ex parte subiecti, putà, quòd tanta, uel tanta pars utriusque subiecti sit in tali tempore altera-
B ta: an oporteat eos comparare in passione & qualitate quæ acquiritur: nam utrunque designatur, cum dicitur alteratum esse scilicet & subiectum, & passio. Ad quam quæstionem respondet, vtriusque habendam esse rationem. Et primò passionis habenda est ratio, & quantum ad speciem, & quantum ad intensionem. Exempli gratia, vt duæ alterationes sint æquè ueloces, opus primum est, ut sint eiusdem speciei specialissimæ: & hoc est quod ait (vt sit eadem sanitas.) Quare dealbatio & sanatio non sunt comparabiles in uelocitate æquali, cum non sint eiusdẽ speciei. Veluti loci mutatio non compa-
C ratur cum alteratione. Et rursus requiritur, quòd eadem intensio acquiratur eodem tempore. Et hoc est quod ait. (Nec magis nec minus, sed similiter existat.) Ex quibus colligit ad cognoscendam comparabilitatem motuum considerandum esse, quot sint species specialissimæ alterationis, locique mutationis. Et hoc (inquit) iudicandum est ex his, quæ mouentur, idest ex terminis per se motuum, vt dictum est li. 5. tex. 31. vt quia albedo, & nigredo, & sanitas differunt specie, dealbatio, & denigratio, & sanatio differant specie. Ex terminis inquàm per se: nam quamuis aliquis ex cursu ruborem acquirat, alius uerò pallorem, illi duo cursus nihilominùs sunt eiusdem speciei, quia motus locales non sunt per se ad illiusmodi qualitates, sed per accidens. Quod dictum est alterationes differentes specie non esse ęqualitate velocitatis comparabiles. quæst. 2. disputatur. D

Sed utrum oportet ad passionem respicere, si eadem sit, an similis, si æquè ueloces sint alterationes, aut ad id, quòd alteratur, ut si huius quidem tale dealbatum sit, huius autem tantum, an ad utrunque? Et eadem quidem, aut alia passione, si passio eadem sit, AEqualis autem, aut inæqualis, si illud sit, inæquale. Tex. 33. E

¶ In tex. 33. dissoluit priorem partem quæstionis: an scilicet sit habẽdus respectus ad subiectũ. Et hoc est quod percunctatur, utrum scilicet ad solam passionem oporteat respicere ad iudicandum motus alterationis esse æquè veloces, an etiam oporteat respicere ad subiectum Et ait ad utrunque conijciendum esse oculum diuersimode tamen. Nam (si passio eadem sit) idest an motus alterationis sint eiusdem, an diuersarum specierum, id quidem iudicamus (eadem, uel alia passione) idest solùm ex parte termini. Nam omnes dealbationes eiusdem speciei sunt, si- F ue magna, siue parua pars dealbetur. An uerò motus sint æquè voloces, id iudicamus per quantitatem subiecti, quæ alterata est in tali vel tali tempore. Hæc pressius in q. 3. examinanda sunt. Tria enim pensanda sunt in motibus alterationis cum comparantur in velocitate. Primum, quòd termini alterationis sint eiusdem speciei, ut motus sint eiusdem speciei. Mox si comparatio velocitatis sit quò ad extensionem, requiritur, ꝙ tempore æquali qualitates extendantur per æquales partes subiecti. Si autem comparatio sit quò ad intensionem, requiritur ut ęquales gradus intensionis in utroque subiecto eodem tempore acquirãtur.

Tria consideranda in motib. alteratiõis duæ comparantur in uelocitate.

Et

Tex.34. Et in generatione autem & cor-
A ruptione idem considerandum est, quomodo ęquè uelox generatio est, si in æquali tempore generetur idem indiuisibile, ut homo, sed non animal. Velocior autē si inæquali, aliud est, non enim habemus aliquod duorum, in quibus ipsa diuersitas, ut dissimilitudo. ¶ Et, si est numerus substantia, maior & minor numerus eiusdem speciei est, sed est innominatum, quod commune est: & vtrunque, ut maior passio, aut excedens magis, quantum autem maius.

B

¶ Tandem in tex.34. concludit, quę sunt consideranda in motibus generationum, ut comparentur in uelocitate. Vbi adnotandum est, quòd generatio, si accipiatur pro acquisitione formæ substantialis, non est velocior, aut minus uelox quàm alia, quia non est motus, sed instantanea mutatio, ut lib. 5. tex. 8. dictum est. Dupliciter tamen possunt comparari generationes in velocitate: uno modo quantum ad alterationem præcedentem, quæ est uia ad generationem. Velociùs enim generatur masculus, quàm fœmina in homi-
C nibus: nam embrio masculi animatur quadragesimo die: fœmina verò sexagesimo. Et in seminibus & plantis propter diuersas temperies terræ aut aeris, potest celerior fieri, aut morosior germinatio. Et præterea potest esse velocior, aut tardior extensio formæ per totum subiectum: ut si homo incipit, animari à corde, & successiuè animetur. Ait ergo Ph. idem considerandum esse in generatione, quod de alteratione dictum est. Nempe, quòd illæ duæ generationes sunt æquè ueloces, quibus idem indiuisibile acquiritur eodē tēpore idest formæ substantiales eiusdem speciei specialissimæ: quę dicitur species atoma, idest indiuisibilis (ut homo, & non, vt animal. Licet enim utraque generatione acquiratur forma animalis, non erunt comparabiles, ut generatio hominis, & generatio canis: sicuti neque alteratio ad sanitatē, & alteratio ad albedinem. Id autē hic notato, quòd ad hoc, quòd generationes sint æquè ueloces, satis est, quòd formæ sint eiusdem speciei, nec requiritur, ut sint æquè intensæ, ut dictum est de formis accidentalibus, nam formæ substantiales, quia non recipiunt magis aut minus, cum constant in indiuisibili, satis est, quòd acquirantur eiusdem speciei. Quòd si acquirantur in eodem tempore, generationes erūt æquè ueloces: si uerò tempore inęquali, ubi forma acquiritur in minori tempore, tunc generatio erit uelocior. Et hoc est, quod ait, quòd non habemus in generatione aliquid duorum, in quibus constituatur diuersitas inter formas substātiales eiusdem speciei, sicut in accidentibus asignātur diuersi gradus intensionis, in quibus constituitur dissimilitudo. Hoc itidem, quòd sint generationes differentes specie non esse comparabiles, q. 2. examinatur. D E

¶ In secunda parte huius textus, quia numerat perfectionem substantię non habere latitudinem, nec recipere magis aut minus, introducit opinionem Platonis & Pythagoræ, qui contrariū videntur asserere. Atqui Paulus Venetus legit hanc literam, ac si Aristo. arguat contra Platonem: sed S. Tho. existimat esse simplicem recitationē opinionis Platonicę. Diximus enim lib. 1. com. 48. quòd Pythagoras inter astrologos Aegyptios nutritus philosophabat p numeros. Autumās .n. unum, qđ est principium numeri de genere quātitatis idem esse cum uno, quod conuertitur cum ente, & de omni substantia prædicatur, omnes naturas rerum censebat esse numeros quosdam. Et eadem erat opinio Platonis. Si ergo hæc litera inducatur tāquàm recitatio opinionis, sic legitur. Si substantia est numerus, sequitur ꝙ in forma substātiali F

eiusdem

A eiusdem speciei est dare maius & minus, s. maior & minor numerus: quod ipsi concedebant. At cùm arguebatur contra eos ꝙ substantia nõ recipit magis aut minus, id negabant: sed dicebant non esse commune nomen impositum, sed esse innominatas illas differentias in substantia, quæ nominatæ sunt in qualitate & quantitate. Nam in qualitate intensior passio aut excellens, dicitur magis aut minus tale: in quantitate verò maius aut minus. Hæc confitebantur illi. Si uerò litera inducatur per modum arguendi, legatur sic, Si substantia esset nu-
B merus, sequeretur, quòd perfectio substantiæ haberet latitudinem maioris, & minoris numeri: consequens est falsum: quia tunc reciperet differentias excellentiæ, licèt non essent nominatæ, sicut in qualitate, & quantitate, cùm tamen perfectio substantiæ consistat in indiuisibili.

DE REGVLIS SPTEM comparationis motuum. CAPVT V.

Tex. 35. QVONIAM autẽ mouens mouet semper aliquid: & in aliquo, & vsque ad
C aliquid (dico autem in aliquo, quia in tempore vsque ad aliquid aũt quia per quantã aliquã longitudinem. semper enim simul mouet & mouit, quare quantum aliquit erit, per quod motum est, & in quanto) si igitur. A. est mouens. B. autem id quod mouetur, per quam motum est, longitudo. C. in quanto autẽ tempus, in quo. D. In æquali igitur tempore æqualis potentia ipsi. A. dimidium ipsius. B. per duplã ipsius. C. mouebit, Per lineã aũt. C. ĩ dimidio ipsi⁹. D. sic. n. erit analogia.

¶ Subsequenter postq̃ visum est quinam motus sunt comparabiles, ĩ hoc

D c. 5. quod per textus quinq; distribuitur, constituũtur septem regulæ comparationis motuũ. Ex hoc ergo tex. 35 eliciũtur duæ regulæ. Quatuor enim, inquit, est in unoquoque motu considerare. s. mouens, & id quod mouetur & tempus, in quo fit motus, & latitudinem spatij, per quam fit motus. Loquitur enim de motu locali: ex quo facile sumitur aliorum iudicium. Et quidem in motu physico necesse est, & mobile, & spatium tempus esse diuisibilia: propter quod dictum est in sexto. tex. 52. ꝙ ante omne moueri, præcedit mutatum esse per minorem par- Regulę septem.
E tem spatij in minore parte temporis. Et hoc est, quod ait hic (sem p mouet & mouit) i. quod mouetur mouebat. Et tex. 4. eiusdem lib. dictũ est: ꝙ mobilis transeuntis per aliquod signum prius trãsit una pars, quàm alia. Secus est de motu angeli. Mouens autẽ physicum non est necesse semper esse diuisibile: ut patet de primo motore, & de intelligentijs. Loquitur hic tamen de mouente diuisibili. Sit igitur (inquit) A. mouẽs: id uerò, quod mouetur, sit B. & pars spatij, per quam mouetur, dicatur. C. tempus uerò. D. tũc inquit alia potentia æqualis ipsi. A. mouebit dimidium ipsius. B. in eodem quidẽ tẽ-
F pore p duplũ spatiũ. ad ipsum C. sed p spatiũ. C. mouebit dimidium ipsius. B. in dimidio temporis ipsius. D, utroq; enim modo seruabitur eadem analogia, id est proportio. ¶ Duæ ergo hinc colliguntur regulæ. Prima per diuisionem mobilis & multiplicationem spatij potentia & tempore manentibus æqualibus. Si aliqua potentia mouet aliquam resistentiam per aliquod spatium in aliquo tempore, eadem, uel æqualis potentia in eodem, uel æquali tempore mouebit subduplam resistentiam per duplum spatium. Ratio est quòd qualis est proportio medietatis resistentię ad totam, talis est spatij ad spatium duplum. ¶ Secũda regula est per diuisionẽ mobilis & tpis poten-

A potentia & spatio inuariatis. Si aliqua potentia mouet per aliquod spatium aliquam resistentiam, eadem, uel æqualis potentia per æquale spatium mouebit subduplam resistentiam in subduplo tempore. Probatur: quia quanta est proportio totius resistentiæ ad medietatem, tanta est temporis ad tempus.

Tex. 36. Et si eadem potentia idem in hoc tempore per tantam mouet, & per dimidiam in dimidio mouebit, & dimidia uirtus dimidium mouebit in æquali tēpore, per æquale, ut ipsius A potentiæ sit dimidia potentia. E. & ipsius. B. ipsum F. dimidium. Simi B liter igitur se habet & secundum ana logiam uirtus ad grauitatem. Quare per æquale: & in æquali tempore mouebunt.

¶ In tex. 36. constituuntur duæ aliæ regulæ. Tertia ergo est per diuisionem spatij & temporis potentia & mobili inuariatis. Si aliqua potentia moueat aliquam resistentiam per aliquod spatium in aliquo tempore, eadem, uel æqualis potentia mouebit eandem resistentiam per dimidium spatium in dimidio tempore, & hanc tanquã per se notam relinquit. Nam qualis est proportio spatij ad spatium subduplum, C talis est temporis ad tempus. ¶Quarta regula est è conuerso per diuisionem potentiæ, ad resistentiæ spatio & tempore inuariatis. Si aliqua potentia moueat aliquam resistentiam per aliquod spatium in aliquo tempore, subdupla potentia mouebit subduplam resistentiam per idem spatium in eodem tempore, vt si A. potentia moueat. B. resistentiam per C. spatiũ in D. tempore, medietas ipsius A. quæ sit E. mouebit similiter medietatem ipsius, B quæ sit F, Nam similiter se habent hæc secundum analogiam, idest proportionem. Nēpe qualis ē ꝓportio potētię ad subduplã talis est resistētiæ ad resistentiã.

D Et si ipsum. E. ipsum F. mouet in ipso D. per lineã. C, nõ necessariũ est Tex. 37. inæquali tempore id, in quo. E. duplum ipsius. F. mouere per dimidiam ipsius C Si igitur. A. ipsum. B. mouebit in ipso. D. per tantam quanta est linea. C. dimidium ipsius. A. in quo E ipsum B, non mouebit in tempore, in quo. D. neque in aliquo ipsius D. per aliquid lineæ. C. secundum quòd analogum est ad totam. C. ut A. est ad E. Omnino enim si contigerit non mouebit aliquid, si enim tota uirtus per totam mouit, dimidia non mouebit, neque per quantamuis neque in quantouis. unus enim E mouebit nauem, si nauem quidem trahentium diuidatur uirtus in numerum, & in longitudinem per quã omnes emouerunt. Propter hoc Zenonis ratio non est uera, quòd sonet milij quæuis pars, nihil enim prohibet non mouere eum aerem in ullo tempore, quem mouit dum caderet totus modius, neque itaque pars tantum, quantum mouebit cum toto, si sit per se, hoc mouet neque enim vlla est nisi potentia in toto.

F ¶ In tex. 37. excludit duas alias regulas, quas falsò quis posset elicere ex quarta. Cùm enim dictuм sit, ꝙ si aliqua potentia moueat resistentiam per aliquod spatium in aliquo tempore, subdupla mouebit subduplam, posset quis inferre, ꝙ eadem potentia mouebit duplam resistentiam, aut per dimidium spatium in eodem tempore, aut idem spatium in duplo tempore, vt additio fiat ad resistentiam, & non ad potentiam. Quæ tamen regula exceptionem tunc patitur, quando multiplicata resistentia potentiam mouētis vel æquat vel superat, tunc enim potentia nullatennsmouebit resistentiã, nec per aliquod spatiũ, nec in aliquo tempore.

A tempore. Quoniam à proportione ęqualitatis, uel minoris inæqualitatis non fit actio. Si tamen multiplicatio resistentiæ non æquaret, nec excederet potentiam, tunc regula uera quidem esset. Et est numero quinta. Perse uerat ergo in exemplo quartę regulę, quòd si. E. medietas ipsius. A. mouet F. medietatem ipsius. B. non est necessarium, ut ipsa uirtus. E. moueat totũ B. duplum ad. F per aliquod spatium quantumcunque paruum in aliquo tempore quantuncunque magno eadem ratione non est certa secunda regula subtrahendo à potentia, & non à resistẽtia. Vt si. A. uirtus (inquit phi

B losophus) mouet resistentiam. B. per aliquod spatium in aliquo tempore, nõ est necesse, ut E. medietas ipsius A. moueat totam resistentiam B. per aliquod minus spatiũ, aut in aliquo maiori tempore, quia poterit potentia tantùm minui, ut adequetur resistentiæ, aut superetur ab ea, & tunc non poterit eam mouere. Aliàs (inquit) homo posset mouere nauim, imo quã tumcunq; magnitudiuem. Nam si decem homines (uerbi gratia) mouere possunt totam nauem per aliquod spatium aliquo tempore, tunc si teneret proportio, posset unus homo mouere totam nauem, aut per subdecuplũ

C spatium in eodem tempore, aut in tẽpore decuplo per idem spatium. Si tamen potentia diminuta semper excedit resistentiam, uera est regula, quæ est sexta numero. ¶Exempla harum regularum quãdo uerum habeant, quando uerò minimè sic accipito. Si potentia, ut quatuor, mouet resistentiã, ut unum, per aliquod spatium in aliquo certo tempore, eadem potentia mouebit resistentiam, ut duo, per subduplum spatium in eodem tempore, sed tamen resistentiam, ut quatuor, nullatenus mouebit, quoniam à proportione æqualitatis non fit actio. Pari ratione si potentia, ut quatuor, mouet resistentiam, ut unũ, per aliquod spatium in aliquo tempore, potentia, ut duo, mouebit eandem resistẽtiam per subduplum spatium in eodem tẽpore: sed tamẽ potentia ut unum nullatenus mouebit eam. ¶Hinc colligit Phi. solutionem cuiusdam sophismatis Zenonis, quo arguebat, si modius milij cadens in terram sonum aliquẽ facit, granum per se cadens facit sonum minorem quidem sono totius modij ea proportione, qua granum minus est toto modio, erat enim musicus, qui ex proportione ponderum malorum iudicabat proportionem sonorum, cui respondet Ph. fallax esse argumentum, nam potest esse tàm mi E nima moles, quæ aut non diuidat aerem, ut ullus fiat sonus, aut ita sensim diuidat, ut nõ sit perceptibilis sonus. Neque enim pars separata tantũ mouet, quantum coniuncta, quia quã do est coniuncta, non est per se ens, sed potentia in toto.

Si uerò duo, & utrunque horum utrunque mouet per tantum in tanto: & compositæ potentiæ compositum ex ponderibus per ęqualem mouebunt longitudinem, & in æquali tempore, analogum enim est. Tex. 38.

¶In tex. 38. subditur regula septima à diuisis ad coniuncta. Si duæ sunt F uirtutes motiuæ, quarũ seorsum singulæ singulas resistentias scilicet pondera moueant per aliquod spatium in aliquo tempore, uirtus composita ex ambabus mouebit aggregatũ ex ambobus ponderibus per idem spatium in eodem tempore. Et ratio est, quia seruatur semper proportio potentiæ ad resistentias. Vt si singulæ potentiarum sint, ut duo, & singulę resistentiarũ, ut unũ, ambæ simul potẽtię erunt, ut quator: ambęque resistẽtiæ, ut duo, atqui quatuor ad duo eadem est proportio, quæ est duorum ad unum.

Num igitur sic est & in alteratione, & in augmẽtatione? aliquid enim Tex. 39.

est

A est augens aliquid autem & id quod augetur, in quanto autem tempore, & quantum, aliud quidem auget, aliud autem augetur. Et alterans, & id, quod alteratur similiter, & aliquid, & quantum secundùm ipsum magis & minùs alterata sunt, & in quanto tempore.

¶ In duplo duplum, aut duplum in duplo, dimidium autem in dimidio tempore, aut in dimidio dimidium, aut in æquali duplum. ¶ Si uerò alterans, aut augens tãtum in tanto, aut auget, aut alterat, non necesse

B est, & dimidium in dimidio, & in dimidio dimidium. Sed si contigerit, nihil alterabile, aut augmentabit, sicuti & in pondere.

¶ In tex. denique. 39. asserit easdem tenere regulas in aliis generibus motuum, s. augmentationis, & alterationis, nam quemadmodum in motu locali considerantur quatuor. s. mouens, & motum, & tempus, & spatium, ita & in augmentatione sunt augens, & auctum, & tempus, & quantitas, quæ accrescit. Et pariter in alteratione est alterans, & alteratum, & tempus, & qualitas, seu intensio, quæ acquiritur.

C Nota. Et est notandum quòd quantitas quæ acquiritur in augmentatione, & qualitas, quæ acquiritur in alteratione, respondent spatio in motu locali. Tunc ait, quòd sicut dictum est de motu locali, quòd potentia, quę mouet aliquã resistentiam per aliquod spatium in aliquo tempore, & eadem potẽtia mouebit eandem resistentiam, per duplũ spatium in duplo tempore, ut colligitur ex tertia regula, ita si aliqua potentia auget aliquã rẽ per aliquã quantitatẽ, puta pedalem, in aliquo tempore, s. A, eadem potẽtia si in duplo tempore augeat eandem rem, augebit ad duplã quantitatem: & è conuerso, si augebit ad duplam quantitatem, id faciet in duplo tempore, & si in dimidio illius temporis. A. augeat, augebit per dimidiam pedalitatem. Res est clara. Nam qualis erit proportio tẽporis ad tempus, erit inter quantitates, quæ acquiruntur. Quare illud accusatiuum, duplum, non designat rem, quæ augetur, sed quantitatem, quæ acquiritur. Si uerò potentia augens, uel alterans fuerit dupla, tunc (inquit) eandem rem augebit in tempore æquali per duplã quantitatem. ¶ Subdit tandem falsas regulas, sicuti in motu locali scilicet, quòd si aliqua potentia alterat, uel auget aliquam rem in aliquo tempore, non est necesse, ut dimidium, scilicet illius potentiæ augeat eandem rem in dimidio per dimidiam quantitatem. Nam si potentia diminuitur resistentia non diminuta poterit contingere, ut potentia & resistentia sint æquales, uel potentia sit minor & tunc nullatenus potentia augebit, aut alterabit resistentiam, ut de motu locali in sexta regula explicatum est.

Finis septimi Libri Physicorum.





DOMINICI SOTO
SEGOBIENSIS,
Theologi, ordinis Prędicatorum, super Octauum Physicorum Aristotelis, Commentaria.

QVO DISPVTATVR
A an ab æterno fuerit motus.

CAPVT I.

Tex. 1. 

TRVM autem factus est aliquãdo motus, cùm non esset prius, & corrumpitur rursus adeò, ut moueatur nihil: an neq; factus est, neque corrumpitur, sed semper erat & semper erit? & hoc immortale, & sine quiete iis inest, quæ
B sunt: veluti vita quædam, quæ inest natura subsistentib. omnibus. ¶ Esse igitur motum omnes affirmãt de natura aliquid dicentes, propterea ꝙ mundum faciunt, & de generatione & corruptione est contemplatio omnibus ipsis, quam impossibile est esse, nisi sit motus.

¶ Sed quot quot quidem infinitos mundos & esse dicunt, & quosdam quidem fieri, quosdam autem corrumpi mũdos, semper dicunt esse motum, necessarium enim est generationes & corruptiones ipsorũ esse cum motu. Quicunque autem vnum C
& semper eundem, aut non esse semper etiam de motu supponunt secundum rationem.

¶Hucusque peruentum nobis erat, cùm ad sacrum Concilium Tridentinum euocatus ab hoc mihi destinato opere auulsus sum. Sed neque concilio infaustè intermisso alia defuere negotia publica, quæ ad iustum me iam quinquenium implicarunt. Quo tempore fœliciora sacrorum studia, quibus me prorsum addixeram, multò me iam longiùs ab his abduxerant Physicis, quàm vt putassem illa à me D
vnquàm reuisum iri. At regressus in Hispaniam, audire mihi videor, non haberi omnino hos nostros labores scholaribus despectui, quin esse forsan non nihil emolumenti, si absoluantur, allaturos. Quocirca deuorare hoc tædium ob publicum commodum decreui: & quibus longum iam vale dixeram, eadem aliqui mihi ingrata studia repetere, nam & cupido mihi se etiam nunc in animum insinuauit progrediendi ad libros de generatione, & ad alios saltem de anima. Dignitas
Liber hic igitur octauus vt omnium huius libri
est Physicorũ postremus, ita est & in- octaui.

A ter eos præcipuus. Etenim postquàm in septimo in genere visum est, omne quod mouetur ab alio moueri, tametsi [disputationē illam hucusq; distulerimus] atque adeo in genere inde illatū est in ordine mouentium, mobilium, & motum, in neutrum extremum ordine mouentiū, mobilium, & motuū, in neutrū extremum abiri in infinitū, sed existere primum motorē primum motum ac primum mobile, descendit iam modò Phi. in hoc octauo in particulari tria hæc perscrutaturus, quis videlicet, qualis q; sit primus motus; primū mobile, & primus motor. Vbi proinde supra sensibilia conscedens, per multa speculatur diuina. Atqui totus

Materia huius lib.

B liber in decem capita diuisus, per tex. 86. a Cōmentatore distribuitur. Secari tamen potest amplioris lucis causa, in sex membra. In prioribus namque duobus capitulis disputatur, definiturque pręambula quędam dubitatio, vtrum fuerit motus aliquis ab æterno, an cùm antea nullus fuerit, aliquando fuerit inceptus. In duob. uerò sequentibus, inuestigare inchoans, qualis sit primus motus, ac primus motor, disserit in particulari sententiam illam quā in principio septimi enuntiauerat, s. omne quod mouetur, ab alio moueri.

Distributio libri.

C Et tertiò exinde capite 5. colligit in mouentibus & motis, deueniendū esse ad vnum primū motorem. Ac rursus c. 6. ostēdit primum motorem esse immobilem, & incorruptibilem. Et subsequenter in tribus capitulis. 7. 8. & 9. discutit, primus motus qualis sit naturæ qualesque habeat proprietates. Sextò denique, & postremò in c. 10. cōtemplatur angustissimam naturam primi motoris. ¶ Capitulum ergo hoc primum duodecim textus continet. In quorum primo, mouet quæstionē vtrū factus fuerit aliquando, an ab æterno fuerit motus, sitque semper futurus. Vbi adnotandum est, commentatorē teneri hic opinione singulari aduersus Auicenam, & reliquos Arabes (ut ipse

Quæstio primi. ca.

Nota.

D fatetur) nempè, q intentio Aristo. non fuerit hic disputare in genere, an ab ęterno fuerit motus, nec ne, sed in particulari, vtrū motus cęlorū fuerint æterni. Et rō est (inquit) quia si solú in genere determinasset hic, motum semper fuisse, putà ante omnem motū fuisse motū, non satis probasset successionē motuū: qūo. s. cōnecteretur catena, ut semper vnum motū alius antecederet, aliusq; subsequeretur: atq; adeo mancus fuisset sermo Ph. At verò ut ait S. Th. falsissima hæc est commentatio, & absque apparentia. Quin uerò ut Arabes, & Themistius, Simpliciusq;, & ferme oēs consentiunt. Quæstio est generalis, utrum semper fuerit futurusque

Nota materiam D. Tho. sententiā cōtra Cōm.

E sit motus. ¶ Primò, quia obseruantissimum est Arist. ex uniuersalibus ad particularia descēdere, ut in proęmio huius libri visum est. ¶ Secundò, quia forma ipsa quæstionis, non proponitur in particulari de motu cęli, sed in genere, vtrum factus est aliquando motus, & corrūpitur, aliquando, an semper fuit, & semp erit. ¶ Tertiò, quia media omnia, quibus vtitur ad hanc quæstionē, procedunt de motu in genere, vt in subsequentibus patebit: & præsertim in hoc text. vbi tanquàm principium huius conclusionis, non supponit speciatim motum cęlorum esse, sed generaliter motum esse: insinuans quæstionem esse generalem, an semper fuerit

F motus. ¶ Quartò, quia infra tex. 53. quęstionem disputat in particulari, vtrùm aliqua puta primum mobile ab ęterno moueatur, & tamen si modò id fuisset in particulari constitutum, superuacanea fuisset postea eadem quęstio. Quin uerò hac conclusione generali, quam hic præfigit, s. semper fuisse motum, vtitur tanquàm principio ad probandum in particulari, quòd datur motus sempiternus, ut tex. 49. constabit. Sed non est pluribus opus: nam certè imaginatio hæc Commentatoris toti processui Ph. aduersatur, ut in subsequentibus erit manifestū. Neque ratio sua

alicuius

A alicuius est momenti: quin Phi. modò tantùm definit in genere semper fuisse motum: quomodo autem id fuerit, inferius explicaturus est. Bifariam nanque id uerum est secũdùm ipsum vno modò, quod idem numero motus, puta cęlorum fuerit æternus, & alio modo, q; series motuum horum inferiorum fuerit perpetua, s. q; ante omnem generationem, & alterationem fuerit generatio & alteratio. Et æternitas primi motus est causa æternitatis seriei istorum. ¶ Ad rem ergo vt redeamus, intentio Arist. est, differere in his duobus capitulis generatim, an motus semper fuerit, semperque sit futurus.

Motus ab æterno esse bifariã accipitur.

Intentio Arist.

B Tres igitur particulas dignoscamus in hoc 1. textu, quas facit Simplicius. In prima enim sectiuncula proponit quæstionem, sit nè motus æternus secundùm duplicem sensum modo dictum acceptus in præteritum, s. & futurum, subiungitq; analogiam ad animalium vitam. Nam cùm natura (ut lib. 2. præhabitum est) principium sit motus & quietis eius, in quo est, consequitur, vt res quælibet naturalis principium in se habeat sui motus: actiuum uidelicet, uel passiuum, hoc autem dignoscuntur a cæteris uiuentia (ut illic exponebamus) q; principium in se habeant actiuum sui motus: hoc est, mo-

C ueantur a principio intrinseco, in anima uerò, non, nisi passiuũ, ut moueantur ab alio, actiuumq;, ut moueant extra se alia. Constat ergo de analogia inter animam & formam generaliter materialium, q; sicut illa est actiuum principium sui motus, qui quidem motus est uita, sic & in genere materialis forma sit principium motus. Et ideo non ait, q; omnis motus sit uita, sed ueluti uita. Si modò uitam accipias, non pro actu primo, scilicet pro forma, sed pro actu secundo. Sic enim apud Arist. 2. de anima distinguitur anima. Cùm enim esse uiuentibus, idem sit quod uiuere, neque sint, nisi quandiu uiuunt, si rerum uniuersitati materialium fuerit motus inseparabile accidens, sit inde consequens, ut motus huiusmodi (de hoc enim corporali habetur hic sermo) analogiam in uniuersum hac parte habeat ad vitam animantium. Ita ut moueri corporibus, idem quodam pacto sit, quod esse. Nempè in hoc sensu, q; sicut ab anima necessario permanat uita, ita & à forma materialiũ mobilitas. Hanc forsan comparationem à Platone desumpsit Aristo. 10. dialogo de legibus, vbi per simile uerbum habetur, quò sit, vt pars sint hac ratione motus & mundus, puta, ut si motus ab æterno fuerit atque ęuiternus, & mundus quoque sit sempiternus. Quin uerò ex perpetuitate motus collecturus est post Arist. æuiternitatem vniuersi. D

Nota.

¶ In 2. particula (esse igitur) duo pariter expedit Aristo. eaque respondens latenti quęstioni. Etenim cum motum temporalem, æternumvè esse diuersæ sint qualitates motus, interrogare quis potuisset Aristo. cur quæstioni, qualis sit motus, non præmiserit duas alias, vt si sit, &, quid sit. Ait ergo quasi repetendo doctrinam superiorem librorum, quæstionem, an sit motus, non esse præscrutandam Physicis, sed esse illis potiùs supponendum, motum esse: vt prædixit lib. 1. tex. 11. Nam (vt illic præmiserit tex. 8.) illi, qui motum negant, non naturaliter loquuntur. Quid autem sit motus, definiuit lib. 3. vbi dicens, quòd sit actus entis in potentia, definiuit non esse per se ens, sed accidens rei. Aptissimè ergo hic vtrunq; ait: videlicet, & à cunctis, qui de natura loquuntur affirmari, hoc est supponi, notum esse, & eundem innotuisse per ea, quæ rebus accidunt. Nempè propterea, quòd sunt qui mundum faciunt, hoc est factum fuisse adstruunt, & de generatione & corruptione contemplantur. Haud veruntamen hallucineris affirmare hic Aristo. quòd fuerit vniuersorum opinio mũdum fuisse factum, quippè qui id ipse diffitetur planè, sed ait, quòd cum Philosophi E F

Responsio tacitę quæstionis.

A partim affirment mundum fuisse genitum, & vniuersi saltem de generatione rerum elementarium, corruptioneque loquantur, omnibus in comperto est, & confesso, motum esse, eundemque non per se ens, at entis indiuiduum accidens. ¶ In tertia demum particula, sed quotquot &c. Postquàm cõsensum proposuit Philosophorũ vnanimiter recipientium, motum esse, subdit eorum dissensionem de eiusdẽ æternitate, de qua proposita nimirum fuerat quæstio. Hanc autem dissensionem ut explicatiùs commõstret, distinguit inter philosophos: quorum alij plures excogitabant mundos: eosdéq; B infinitos, alij uerò vnum eundemque aut æternum, aut talem, qui initium habuisset: plures enim finitos neminẽ commemorat constituisse. Auctor primus huius mundorum infinitatis fuit Anaximander, à quo per Leucippum deriuata fuit opinio ad Democritum, quam deinceps professi sunt Epicurei, laborabant enim hac intellectus lippitudine, vt cogitarent, mundum ex atomis, quod est insectibilibus corpusculis constare, quæ quidem in continuò erant motu ad eorum porrò instar, quæ ad radium solis motitantur, ex quorũ utiq; uario congressu, ac cõplexu, uaria conflabantur indiuidua. C Neq; uerò ea tantùm, sed pari rõne, & mũdi innumeri, quorũ alij aliis absq; termino succedebant. Hos igitur, probe ait Arist. æternitatem motus planè confiteri, nam huius mõdi generationes mũdorum esse nequiuerant absq; perpetua motuum successione. Itaq; nullum adstruebant cõtinuum & sempiternum motum, qualem Aristo. concedit in cęlestibus orbibus, sed æternum mundorum fluxum, vt ipse de indiuiduis arbitratur. Sequitur in tex. opinio altera. [Quicunque autem.] Hic veruntamen textus corruptus est in trãslatione illa ueteri, ubi habetur. Quicunque autem unum, & non esse semper. Nam græcè non est, &, sed, aut, ut hic iacet. Quicunque aut unũ D aut non esse semper. Est autem sermonis breuitas nimium concisa eademque adeo manca, ut Simplicius adnotauit, explicandaque cum Argiropilo hoc modo. Qui uerò unum, eandemque semper, aut unum, & non semper dicunt, ubi bipartita discernitur opinio statuentium unum mundum: nempè quorum partem affirmabant eum esse æternum, partim uerò habuisse: seu initium, seu finem, seu utrumque. Ait igitur, quòd quicunque unum professi sunt mundum, utrolibet modo de illo loquantur, pari ratione loquuntur & de motu: hoc est, si mundum illum opinentur esse E æternum, idem & de motu dicant oportet: si uerò temporarium & finitum secundum eandem rationem, respondendum ab illis est & ad quæstionem de motu negantur, puta neque fuisse semper, neque fore: siquidem mundum & motum coæua esse necessum est.

Dissensio Philosophorum de motu.

Tex. 2.

Si igitur contingit aliquãdo nihil moueri, dupliciter necesse est hoc accidere, aut enim, ut Anaxagoras dicit. Inquit enim ille, simul omnibus existentibus & quiescentibus in infinito tpe intellectum fecisse motum, & disgressasse. Aut ut Empedocles, in parte moueri, & rursus quiescere, F moueri quidẽ, cum amicitia ex multis facit unum, aut lis multa ex uno, quiescere uerò in intermediis temporibus, sic dicens. Quatenus unũ quidem ex pluribus consueuit nasci, Et rursus uno generato plura perficiuntur. Eatenus quidẽ & fiunt, & nõ est ipsis firmum æuum. Quatenus uerò permutantur omnino neq; simul desinunt, eatenus semper sunt immobiles secundùm circulum. Hoc.n. quatenus permutantur: hinc illuc dicere ipsum opinandum est.

¶ Sequitur

A ¶Sequitur secundus tex. quo dilucidatur, quibus modis excogitari potest, tempus fuisse aliquando, in quo nullus fuisset motus. Quos quidem modos proponit Arist. tanquàm scopum quem suis telis confodiat, ut suã contrariam sententiam statuat de motus æternitate. Bifariã enim id potuit accidere, scilicet, aut secundùm Anaxagoram, aut secundum Empedoclẽ, Anaxagoras enim arbitratus ẽ omnia fuisse per infinitum tempus in unum chaos congesta, commixtaq; ex quo tandem mens puta intellectus separatus, & impermixtus per disgregationẽ similarium particularum singula indi-
B uidua ac perinde ipsum orbem construxit. Secundum quam opinionem infinitum tempus, seu duratio uacuit motu. At postquam mundus semel fabricatus est, nũquam motus cessauit. Qua itaque ratione motus exordium quidem habuit, finem uerò minimè est habiturus. At uerò Empedocles poeta, non quidem mentem cõstituebat effectricem causam mundi: sed litem, & concordiã. Existimabat enim mundum per uices infinities ædificari, & rursum exædificari. Effingebat enim non atomos, uti Democritus atque Anaxagoras sed elemẽta in vnũ coaceruata, quæ quidem per subortã
C litem ex uno illo globo prodeũtia efficiebant multa puta diuersa mixta secundum diuersum, ac diuersum coitum elementorum in alio & alio mixto. Sed rursus eisdem elementis concordiam reconciliatis fiebat unum chaos ex multis. Itaque lis illa generalis dissoluendo illum confusum globum per dissociationem elementorũ mixtorumq; generationes, quæ erant particulares cõcordiæ, extruebat mũdum. Sed rursus redeunte generali concordia inter totam elementorum substantiam diruebat mundus resolutus in illum confusum globum, attribuit autẽ Arist. Empedocli, ꝙ illæ generationes corruptionesque mundi interrumperẽtur per quietes medias. D
Idemque sentit Themistius, secundũ quod interpretamentum non semel, temporeq; infinito, ut dixit Anaxagoras, sed infinities recurrebat tẽpus, in quo nullus erat motus. Alexãder verò, cui libentius subscribit Simplicius cogitat Aristotelẽ imposuisse Empedocli eiusmodi quietes intersecantes motum, cum potius Empedocles docuisset perpetuum esse illum circulũ generationis, corruptionisque mundi absq; ulla intercepta quiete. Sed illã perpetuitatẽ reciprocationis in generationibus & corruptionibus appellabat immobilem circulum. Neq; ve- E
rò huic opinioni admodum refragantur Empedoclis carmina. quæ subsequuntur. Quatenus unũ quidẽ ex pluribus [verba sunt Empedoclis] consueuit nasci, hoc est, unus globus ex multis indiuiduis, dũ mundus corũpitur. Et rursus uno generato plura perficiũtur, dum scilicet uice uersa ex illo rursus globo dissociantur elementa ad Tex. 38.
generationem mundi. Eatenus quidem & fiunt, & nõn est ipsis firmum æuum, siquidem neq; globus ille perpetuus est, neque uerò indiuidua, quę ex illo conflantur. Sequitur in carminibus. Quatenus verò permutãt omnino, hoc est, globus dissoluitur in F
indiuidua, rursusque indiuidua resoluuntur in globum. Neque simul desinunt, nam cum globus desinit, indiuidua fiunt, quibus desinentibus reficitur globus. Eatenus semper sunt immobiles secundum circulum. Deprauatus est textus, ubi habetur, immobilem, ueluti adiectiuũ accusatiui circulum. Est quippe gręcè nominatiuus pluralis, estq; Aristotelis sensus, ꝙ res oẽs tam globus ille q̃ indiuidua sunt semp immobiles secũdùm circulũ .i. vicissim quiescunt interpollatis tẽporibus inter generationes generales, & corruptiones. Alexan. autẽ, nõ ita sentit Empedoclis mentem, at quòd nunquam quiescunt, verùm sunt in continuo

A tinuo circulo, & vicissitudine, sed dicuntur immobiles quia certum immobilemq; ordinem seruant in circulo illo generationis & corruptionis. Ac si dixisset immobili ac firma lege versantur semper in gyro. Veluti si affirmes orbes cælestes immobilem seruare legem in suo perpetuo circulo. Subdit Aristo. expositionem illius verbi Empedoclis. Quatenus permutantur. Intelligebat enim hinc illud, hoc est ab illo confuso aceruo ad generandum mundum, & rursus à corruptione mundi ad eundem aceruum.

Tex. 3. Considerādū igitur de hoc, quomodo se habet, operæpretium enim B est, non solum ad eam, quæ natura est, considerationem aspicere hanc ueritatem, sed & ad scientiam, quæ de principio primo est.

¶ Sequēter in 3. tex. admonitos nos vult binæ vtilitatis huius disputationis. Prima spectat ad naturaliū cognitionem. Etenim quoniam motus est accidens rerum naturalium, & accidentia multum conferunt ad cognitionem subiecti, per æternitatem motus rimatur. Phi. secundùm suam opinionē æternitate orbis. Altera vtilitas est plusquam Physica: videlicet respectu C primæ causæ, quæ ad Metaphysicam spectat considerationem. Nam ab æternitate motus argumentum ducitur, vnam esse primam causam, eandemq; sempiternam. Quinnimò ab utraque quæstionis parte efficax nobis extruitur argumentum vnius eiusdemque sempiternæ primæ causæ. Nam si æternus mundus absq; vno æterno motore consistere non potest, multò minùs si mundus initium habuit temporis, fieri nequiuit nisi ab vna prima sempiternaque causa. Aliàs abitio esset in infinitum in causis.

Incipiamus autem primùm ex definitis à nobis Physicis priùs. Dicimus itaque motum esse entelechiam D mobilis secundùm quod est mobile. Necesse est ergo existere res, quæ possunt moueri secundùm unumquemque motum, & sine etiam motus diffinitione omnis utique confitebitur necessarium esse, moueri id, quod potest moueri secundùm vnumquemque motum. ut alterari quidem alterabile, ferri autem secundùm locum mutabile quare priùs oportet cōbustibile esse, quàm comburatur, & combustiuū priùs quàm comburat.

E

¶ Præiactis ergo huiusmodi præambulis exorditur in hoc text. 4. suam Tex. 4. persuadere sententiam de motus æternitate, quam in his duobus capitulis instituit triplici via. Primum rationibus sumptis ex reipsius natura, mox confutando aduersariorum opiniones: ac tertiò respondendo eorum rationibus. Sumis ergo disputationis exordium à loco diffinitionis. Hanc autem, ait, constituisse in Physicis, hoc est naturalibus libris, sic enim apellat priores. quarto Physicorum libros, in quibus agit de principiis, nam quatuor reliquos inscripsit de motu. Primus autem syllo- F gismus, quem hic extruit Aristotel. est huiusmodi, Omni motui præsupponitur mobile, & motiuum, sed omne mobile applicatur ad maiorem, produciturque antea per motum, ergo omni motui antecedit alius motus. Vnde liquet, non esse eius nunc intentionem statuere motum aliquem singularem, esse perpetuum, sed id tamen, quod in præterritum ante omnem motum. Maiorem autem patefacit præsenti textu. Primo ex diffinitione motus, quam tradidit in tertio Physicorum: vbi, ait, motum esse entelechiam, quod est actu mobilis, inquantum mobilis,

A bilis, tandiu enim durat motus, quandiu potentia nobilis ad formam uel terminum, cessatq; cùm mobile consequitur terminum, Hinc enim planè colligitur, necessarium esse, ut mobile substernatur motui tanquàm subiectum quo recipitur accidens, Secundò eandem præmissam corroborat, præter definitionem ex communi animi concessione, & cõfessione, quam termini ipsi præseferunt. Nihil enim mouetur aliqua specie motus, nisi qđ suapte natura est tali motu mobile, nihil inquam calefit, nisi quod est calefactabile, neque fertur localiter, nisi quod est mobile secũdum locum neque
B verò generatur (vt ad mutationes quoque protendatur sermo) nisi quod est generabile. Potentia ergo præcedit actum, ut necesse sit combustibile esse antequàm comburatur. Neque uerò solùm potentia passiua præcedit receptionem, uerùm potentia actiua productionem, ut combustiuum combustionem. Hæc asserta propositio, si hoc sensu intelligatur, ut cuius motui antecedat mobile, & motiuum natura compertissima est. Inde tamen non fit palam consequens, non esse dabilẽ primũ motum. Nam cum ignis (v.g.) eodem instanti, quo genitur, incipiat moueri, posset eiusmodi motus designari
C primus, ante quem nullus præfuit. Si uerò uelit Arist. ut mobile prę fuerit motui tempore, & successione, hoc certè falsum est: ut patet in motu cœli, qui eodem momento tẽporis cœpit quo cœlum. Et in motu leuium, & grauium secluso impedimẽto idem contingit. Argumenta sunt Philoponi, quæ commentator nititur diluere. Item generationi non supponitur generabile: quinimò fit per ipsam. Hoc autem examen iuxta institutum nostrum quæstione prima fiet exactius. Nunc autem ad intelligentiam Aristo. satis est adnotasse, quod supponit illud axioma antiquis receptissimum. Ex nihilo nihil fit. tũc nanque in mobilibus, quæ generabilia D sunt, & corruptibilia. necesse est, ut mobile præcedat motum tempore, uel quod mouetur illa specie uel alterum. Nam si ignis (v.g.) moueatur sursum, necesse est ipsum natura saltem præexistere. Qui cùm non sit perpetuus, necesse est fuisse genitum, cũ aut generatio non sit motus, sed terminus motus, ignis non præsupponitur suæ generationi, sed tamen præsupponitur aliud mobile, quod mouetur ad talem generationem, ut puta lignum, quod præuia altera mutatione uertitur in ignem. Qua ratione fit manifesta demonstratio, ante omnem motum fuisse alium motum. Ab- E negata uerò illa maxima receptoque aliquid exortum fuisse de nihilo, tota argumentatio corruit. Sed de hoc in quæstionibus. Regrediamur ergo ad Aristotelem.

Ergo & hæc, necessarium est, aut facta aliquando esse cùm non essent, aut perpetua esse. Tex. 5.

¶Facta ergo hypothesi, ante omnem motum esse & mobile & motiuum, in tex. 5. proponit dilemma sub disiunctione neque opus fuerat, ut tã minuatim. Commẽtator dissecuisset hos textus, sed aptius totam rationẽ F comprehendisset uno. Dilemma autem est, quòd hæc scilicet mobile, & motiuum, antecedentia motum, necessarium est, ut sint, uel facta, uel perpetua, & ex utroque membro demonstratur sempiternitas motus, nempe ante omnem motum fuisse motum.

Si igitur factum est mobilium, ac motiuorum vnumquodque necessarium est, priusquàm accepta aliam esse factam mutationem, & motum, secũdum quem factum est id, quod potest esse motum, aut mouisse. Tex. 6.

¶Si enim, inquit, primum dederis membrum, uidelicet, unumquodque

A mobilium, aut mouentiũ factũ fuisse, tunc necesse est accipi mutationẽ aliã priusquam hæc accepta per quam mobile, & motiuum facta sint, puta alteratione subiecti, ex quo sunt genita.

Tex. 7. Si antem quæ sunt, ante erat semper motu non existent, irrationabile quidem uidetur etiam iis, qui à se ipsis sciunt. At uerò magis ultra progressis hoc necessarium est accidere. Si enim aliis quidem mobilibus existentibus, aliis autem motiuis, aliquãdo quidem erit quid primũ mouẽs, aliquid autem, quod mouetur, aliquando autem nihil, sed quiescit, B oportet hoc mutari prius, erat enim aliquid causa quietis, quies enim priuatio motus est, quare ante primam mutationem, erit mutatio prior.

¶ Prosequitur in tex. 7. ut oppugnet alterũ membrum. Si.n. alterã (inquit) malueris partem admittere, nẽpe mobile, & motiuum infinito tpe durasse anteq̃ efficerent motum, (quibus uerbis vr̃ Anaxagoram aspicere) qui opinabatur infinito tpe mẽtem expectasse, ut ex chao mobili, per infinitũ tempus immoto fabricaret mundum, tũc C duplicato spiculo læderis. Primũ nanque & iis etiam, inquit, ipsis, qui à seipsis sciunt. i. qui absque doctrina arbitratu suo de rebus iudicant, uidebitur Priuationis. irrationabile. Sciscitabuntur enim, q̃d per infinitum tempus expectaret causa illa effectrix, quominus antea moueret mobile, quandoquidem inclinatio naturalis illius sit, ut moueat, huius autem ut motum subeat. At uerò magis (inquit) ultra progressis, hoc est rerum causas penitus perscrutantibus, necessarium est accidere, ut illud uideatur irrationabile. Enimuerò cum quies priuatio sit motus, puta carentia ipsius, ad quem suapte natura, & motiuum, & mobile inclinata sunt & propensa, neutiquam possent motiua, & mobilia D à motu quiescere, nisi aliquo obstãte impedimento, uel distantia. Ait aliis mobilibus, aliis uerò motiuis existentibus, quoniam natura nõ fecisset mouẽtia, nisi simul faceret mobilia. Quin uerò, ut lib. 3. tex. 8. edoctum est, omne passiuum est actiuum, & è diuerso in rebus creatis. Igitur si eiusmodi motiuum, & mobile per infinitũ tempus cessarunt, motus ille, quo motiuũ mouet mobile, esse nequit primus: quippe cui præire necessum est alium motum, uel mutationem, per quam uel applicatio fiat, uel dimoueatur obstaculum. Haud enim cognouit Aristot. positum esse in immutabili uoluntate, E & arbitrio Dei, ut dum ipse uellet, absque motu ex nihilo depromeret orbem. Quòd si eò perfugeris, illum ut motum, uel mutationem, per q̃ sit applicatio, amoueturve impedimentum exhibeas tanquam primam, nondum dissoluisti nondum: nam tunc respondendum tibi restat, cur prius non fuerit facta appropinquatio, sublatumuè impedimentum, Neque ullũ inuenies responsum nisi aliud antiquius impedimẽtum allegaueris, q̃d necessarium fuit auferri per priorem aliam mutationem, & sic in infinitum.

F

Tex. 8. Alia enim mouent singulariter, alia autem secundùm contrarios motus, ut ignis quidem calefacit, frigefacit autem non, scientia autem uidetur contrariorum esse una. Videtur igitur & illic esse aliquid eiusmodi, frigidum enim calefacit uersum quodammodo, & abscendẽs, sicut & peccat uoluntarius, sciens quando è contrario utitur scientia. At uerò quæcunque possunt facere, aut pati, aut mouere, aut moueri, ea moueri non penitus possunt, sed si sic se habeant, & appropinquent sibi inuicem. Quare cùm propinqua fuerint,

& ita

A & ita fuerint, ut sit hoc quidem motiuum, illud autem mobile: aliud quidem mouet, aliud autem mouetur.

¶Tex. hic 8. depulsio quædam est exceptionis, quam quispiam posset meditari aduersus rationem proximam, ac perinde eiusdem rationis confirmatio. Aiebat enim, quòd mouente, & mobili existentibus perpetui, non est posibile, ut motum inchoarent, cum antea quieuissent, nisi alio peunte motu, per quem causa remoueretur quietis. Sed excipere quis fortasse posset, non esse id necessarium in causis ratio B nalibus, & per intellectum agentibus, ut à quibus exoriri de improuiso uidetur posse motus absque ulla præuia mutatione per solum arbitrium motricis causæ. Obidque subdit duo mouentium genera. Quædam enim sunt quæ mouent singulariter, hoc est, unico modo ad quem suapte natura sunt destinata, ut ignis, qui suaptè natura calefacit, frigefacit autem minimè, nisi autem è conuerso. Sed alia uidentur esse causæ contrariorum, ut medica, quæ causa est, tum sanitatis, tum etiam aduersæ ægritudinis. [Videtur igitur &c.] Commẽtator uidetur hoc loco intelligere Aristote. quasi admit C tentem prędictum discrimen inter causas naturales, & causas rationales, puta quod ille non agant nisi uno per se, determinatoque modo, sed contrario per accidens, iste uerò utroque modo per se, licet forsan priori modo per se primò, contrario uerò per se secundò. Sed tamen profecto Aristot. nullum uult admittere discrimen, quinimmo hinc exorditur responsum, ut talem repellat differentiam. Ait quippe, & illis quoque, puta in causis naturalibus idem usu unire, quod in sciẽtia: frigidum enim, quod per se frigefacit, est etiam contrariorum per accidens, quoniam bifariam per accidens calefacit, scilicet & uersum quodãmodo hoc est, dum circundans sapiensque calorem, ad interiora eum cogit, D & per antiparistasin inflammat, ut patet de nube obsessa frigore inflammante inclusam exhalationem: & in putealibus aquis hyemali tempore. [& abcedens.] Nam sicuti absentia nautæ causa est subuersionis nauis, ita & abscedens frigus, causa est per accidens ut calidum, cui admouebatur, calorem suum recuperet: sicuti è conuerso abscedente igne frigescit aqua. Paribus autem modis ars medica, quæ per se est effectrix sanitatis, esse solet per accidens ægritudinis causa: nempe dum uel sciens, idest artis peritus E medicus meditato, iniquaque uoluntate cogitat ægrotum enecare, abutendo scientia, uel dum imperitus ob inopiam, absentiamque scientiæ ipsum interimit. Tametsi ab hoc secundo exemplo abstinuerit. Aristot. ut ab eo, quod ex superioribus facilè colligitur. [Ait uerò.] Concludit ergo ex his uniuersaliter, quòd quæcunque facere possunt, aut pati, puta calefacere, aut frigefieri, &c. [Aut mouere, aut moueri] quod propter motum localem adhibuit, ea nec facere possunt, nec pati, nec mouere nec moueri, sed si sic se habeant, & appropinquent sibi inuicem: nam F quæ per se naturaliter mouent, id non agunt, nisi certo spacio applicata, ut sit hoc quidem motiuum, hoc est in potentia propinqua accommodatum ad mouendum, illud autem mobile, hoc est in ultima dispositione, ut moueatur. Et idem patet in mouentibus per antiparistasim: & suo modo in his, quæ mouent per abscessum: ut ignis nisi ad bonam distantiam elõgetur ab aqua, non erit causa per accidens, ut illa frigescat. Idemq; & in sciẽtia meditari tu ipse potes, quæ nõ operatur, nisi applicata ad opus.

Tex. 9. Si igitur non semper mouebatur manifestum est, quòd non sic se habebant

A bant, ut posset hoc quidem moueri, illud autem moueri, sed oportebat mutari alterum ipsorum, necesse est enim in iis, quæ sunt ad aliquid hoc accidere: ut si non erat duplum, nūc duplum est, mutari, si non utrunq;, alterum, erit ergo quædam mutatio prior prima.

¶Tex. 9. supremum continet collectionem totius rationis. Cōcludit (inquam) quòd si motiuo & mobili existentibus perpetuis (de his nanq; perpetuantur adhuc sermo) non semper fuit motus, manifestum est (ex his nimirū, quæ dicta sunt) id fuisse in causa B quòd non sic se habebant, scilicet non erant in tali propinquitate, & dispositione, ut posset motiuum quidem mouere, mobile uerò moueri, sed oportebat mutari alterum ipsorū: quæ quidem mutatio iam esset prior, quòd illa, quam tu dabas tanquàm primam. Interserit autem nouam huius probationem, ubi ait oportere alterum mutari: nam motiuum & mobile relatiuè dicuntur, in relatiuis autem, si quippiam (v.g.) nunc incipit esse duplum, necesse est, si non utrunque saltem alterum mutari. ¶ Atqui hic locus insignis est ad dissuadendum relationē distingui à subiecto. Vt enim ego duplus efficiat ad meam umbram, quæ modo C est mihi ęqualis, nulla mei prorsus necessaria est mutatio, sed satis est, quòd ascendente sole, umbra decrescat ad subduplum. Ac pari modo, ut incipiat esse mutatio mobilis à mouente, necessaria est alia prior, seu in motiuo, seu in mobili, utpotè approximatio. Et rursus anteapproximationem pręterea alia, per quam sublatum sit impedimentum, quo minus antea approximabant. Et sic absque initio ullo. At uerò statim hinc se illuc confert cogitatio, ubi uera est, horum enarratio: nempè, quòd uoluntas immutabilis Dei esse potuit causa, ut primò res fierent, mouerenturque nullo antecedē D te motu. Hanc nihilominus solutionē abigere conatus est Commentator. Ait enim. Id quod dicunt loquentes nostræ gentis, puta Saraceni, (ut ait alibi) qui hoc loco ueritatem catholicam amplexi sunt, uidelicet, quòd per uoluntatē Dei absque ulla pręuia trāsmutatione fieri id potuit, quod antea non extiterat. Hoc (inquit) non est intelligibile: quia necesse esset tūc aliquam exoriri concupiscentiam in uolente, quæ citra mutationem non innascatur. Hinc autem mahometicus non nouit quemadmodum Deus in tempore absque ulla sui mutatione potuit ex nihilo fabricare mundum, id quod 1. E quæst. explicaturi sumus.

Relatio nō distinguitur a subiecto.

Ad hæc autem prius & posterius quonammodo erunt, tempore non existente: aut tempus non existente motu? Si uerò tempus est ipsius motus numerus, aut motus quidam, si quidem tempus semper est, necesse est & motum perpetuum esse. At uerò de ipso quidem tempore præter unum concordes esse uidentur omnes, ingenitum enim esse dicunt, & propter hoc Democritus monstrat, quòd impossibile est omnia esse facta, tempus enim ingenitum dicebat, Plato uerò ipsum cum cœlo fa- F ctū esse, cœlum autem factū esse, ait. Tex. 10.

¶In tex. 10. pergit eandem conclusionem demonstrare ratione prioris & posterioris, quæ sunt differentiæ temporis. Attamē prima uerba huius tex. historiam interpretari possumus. Primò, ut sit per se una ratio, quæ concedentem primum motum contradictione conuoluit, hoc pacto. Qui concedit primum motum, fatetur ante hūc nullum fuisse alium, in hoc autem ꝙ ait, ante, confitetur ordinem prioris. Arguit ergo Aristo. Prius & posterius intel-

A intelligi nequeunt, nisi in tempore: nã ut habetur in 4. tex. 101. nihil aliud est tempus, quàm successio ipsa prioris & posterioris: ergo qui dat primum motum, concedit prius tépus, in quo non fuit motus, tempus autem non est sine motu, nam tépus est numerus motus prioris & posterioris: ergo cõcedit ante primum motum fuisse motum. Et ad hanc expositionem inclinat Themestius, secundùm quam in illo uerò tẽpus, incipitur secunda ratio. Possunt ueruntamen secũdo modo legi ambæ particulæ, ut non sunt duæ rationes, sed duo potius præfata, & supposita duobus subsequẽtibus rationibus seruientia. Prior hypothesis est, prius, &

B posterius esse nequeunt nisi in tempore. Et hæc ancillatur rationi sequentis tex. Posterior uerò est, quòd neq; tempus intelligitur esse sine motu. Vtrunque uerò hypothesim manifestam facit ex diffinitione temporis, est quippe tempus, numerus motus secũdũ prius & posterius. Subdit autem, aut motus quidam, quia hic non erat locus disceptandi, esset ne tempus accidens motus (ut uult Aristot.) an motus ipse, ut aliorum ferebat opinio. Instituit ergo rationem ex posteriori hypothesi, hoc pacto. Tempus nõ est sine motu, tempus est perpetuũ: ergo & motus. Minorem autem probat auctoritate

C hic, & ratione in sequenti textu. Ait ergo, quòd de tempore præter unum Platonem omnes Philosophi fuerunt concordes fuisse ingenitum: adeo; ut Democritus inde demonstraret impossibile omnia esse facta, quòd receptissimum esset, tempus esse ingentium, quod tamen inter entia connumeratur. Ex eo nanque, quòd æternum diuiditur contra temporale, colligebant, quicquid fit in tempore fieri. Si ergo nihil nisi in tempore fit, consequitur, ut ante omne tempus fuerit tempus: nam aliàs dabis tempus factum non in tempore. Hoc autem, quod hic Arist. enunciat de Platone, censent Platoni-

Prima ratio.

ci, quorum est Simplicius, impositionem esse. Nam genitum, & factum nõ uno, sed duobus accipitur modis. Dicitur nanque factum, id, quod esse habuit, cum prius non fuisset, & altero modo, id, quod licet sit perpetuum, habet tamẽ effectricem causam, unde esse recipit. Quando ergo Plato in Timæo cœlum edocet, sicuti omne sensibile esse factum, non id quidem intelligit (aiunt isti) priori, sed posteriori ratione. Quocirca tempus, quod accidit cœlum, secundùm Platonem nec initium habuit, nec habiturum est finem, cuius hic contrarium, citat Aristot. At de Platonis sententia quæstione prima exactius. D

Frustra dn pliciter dicitur.

E

¶ Si igitur impossibile est, & esse, & intelligere tempus sine ipso nunc, nũc autem est medium quoddam, & principium & finem habẽs simul, sed principium quidem futuri temporis, finem uerò præteriti: necesse est semper esse tempus, ultimum enim finiti accepti temporis in aliquo ipsorum nunc erit, nihil enim est accipere in tempore præter nunc. Quare quoniam est, & principium, & finis ipsum nunc necesse est ipsius utraque ex parte semper esse tempus. At uerò si tempus: manifestum est, quòd necesse est, & motum esse, siquidem tempus, passio quædam motus est. F

Tex. 11.

¶ In tex. 11. probat eandem subsumptam propositionem ratione à natura ipsius, nunc accersita. Etenim nunc momentum, & instans est illud, per quod fluxæ partes temporis continuantur, sicuti per punctum partes lineæ. Quò circa de tempore nihil potest esse præsens nisi nunc. Et hoc est, quod ait impossibile esse intelligere tempus sine ipso nunc. Quodquidem medium est, & principium habens præteriti temporis, & finẽ futuri, sunt ergo, qui hoc

pacto

A pacto hanc intelligunt Arist. rationē. Ante omne nunc est tempus: aliàs non omne nunc esset initium & finis temporis, ergo tempus est perpetuum: tēpus autem non potest esse sine motu, ut superiori textu monstratum est, ergo & motus est perpetuus. At statim hæc ratio suam prodit ægritudinem, & fallentiam: nam sicuti in linea alia sunt interna puncta continuantia, alia uerò extima, ueluti termini lineæ, ita de ipsis nunc, & momentis temporis respondere utique licèt, quòd nō omne est finis temporis: imò ante primū, nunc non est tempus, neque post, ultimum. Quapropter sicuti ratione punctorum demonstrari nequit lineā esse B infinitam, quin verò supponendum est esse infinita ad demonstrandum, omne punctū, & finem esse vnius partis, & alterius initium, ita & Arist. ineptè indoctèq; supponeret, omne nūc, & finem esse elapsi temporis, & principium uenturi ad probandum tempus sempiternum. Quin potius vice uersa deberet præmonstrare temporis æternitatem, ut id, quod deipso nunc supponit, inde colligeret. Neque uerò coloratio Commentatoris, ullius est momenti. Ait quippè diuersam esse rationem partium temporis, eò quòd fluxę sunt, & continuò cursu dilabentes ab ea, quæ est partium lineæ. Coloratio C hæc fucus est potiùs, nam fluxus partium solùm facit, quòd idem nunc nō permaneat, sicuti punctum lineæ, sed tamen nihil uetat, quominus possit ita initium esse, ut non sit finis: atque ita finis, ut non sit initium, quandoquidē terminatio finitioq; in omnibus continuis eiusdem fit rationis, seu fluentia sint, seu permanentia. Alia ergo est ratio, quam hic Arist. meditabatur, quippè qui illam substrauit priorem hypothesim in superiori textu, nimirum, ꝙ priùs, & posteriùs designare non valent, nisi in tempore, ex hoc enim argumentatur æternitatem motus hoc pacto. Si tempus non est æternum, detur ergo nunc, atque instans, quod primū D fuit, unde incipit tempus. Quod quidē si primum est, fit, ut illud sit instans, ante quod nullum fuit tempus. Tunc sic. In hoc, quod ais, ante, seu, priùs, iam denotas tēpus, ut patet ex hypothesi, ergo nullum indicabis instans, cui nō præfuerit tempus, atque adeo fateberis compulsus tempus esse perpetuū. At vt probè respondet Philop. & hęc quoq; ratio sophistica est. Cùm enim probemus primum nunc, uolumus affirmare ante illud, id est præterito tempore, nihil fuisse, sed neganter loquimur: hoc est, quòd nihil temporis præcessit, illo enim nūc, quo creauit Deus cœlum, uihil antecessit, indeque adeo cępit tam tempus, quàm motus. E

Tex. 12. ¶ Eadem autem est ratio & de eo, quod est, incorruptibilem esse motum. Vt enim in eo, quod est, factum esse motum, accidit quandam esse priorem mutationem prima: sic hic posteriorem ultima. non enim simul desinit moueri & esse mobile: ut comburi & combustibile. contingit enim combustibile esse, quod nō comburitur, nec motiuum & mouens. Et ipsum autem corruptibile oportebit corruptum esse cùm corrumpitur, & huius corruptiuum rursus posterius, corruptio enim mutatio quædam est. F

¶ Quoniam utrunque in quæstionē protulerit, utrum motus, scilicet, & ita incęperit, vt nullus ꝓcesserit alius, & sic cessabit, ut nullus sit alius successurus, & horum priùs iam hactenus expediuerit, aggreditur hic posterius membrum, ut pari ratione cōmostret perpetuitatem motus in futurum. Proponit ergo Aristo. dicens eandem esse rationem, cur motus non sit corruptibilis, s. cur post omnem motum futurus sit motus, cum illa, qua monstratum est, ante omnem motum fuisse

motum

A motum: nam pari artificio, quo deductum est dato primo motu accidere, ut sit mutatio prior prima, deducetur dato vltimo, vt sit & posterior, q̃ vltima. Subiungit autem probationē nimis concisam, eandemq; subobscurā. Quia nō desinit (inquit) simul moueri & esse mobile. Enititur ergo probatio hoc axiomate, ꝙ omnis potentia diuturnior est suo actu, siue actiua sit, siue passiua: inde nanq; extruit Arist. in virtute hunc syllogismū. Sicuti prius est res mobilis, q̃ moueatur, ita postq̃ moueri desinit, superstes est res mobilis: nā eadem est vtrobiq; ratio, nēpe diuturnitas maior potētię, q̃ actus. Et hoc est, qđ ait. [Contingit combustibile esse, qđ non comburitur.] Des igitur

B (v.g.) vltimū motū esse combustionē, tūc fit, vt dēt posterior postremo motu: nā postq̃ mobile puta combustibile superstes est, fit, vt tandem corrūpetur, cuius ideo corruptio, quæ est motus, vel mutatio, erit posterior combustionē. Similem syllogismū insinuat à parte motiui: cessante enim motu, qui designatus est vltimus, permaneat necesse est motiuū, à quo motus ille emanabat, quod cùm sit corruptibile, posterior erit eius corruptio. Hęc aūt ratio trifariam vr̄ delinquere. Primò vr̄

Quæst. maxima Arist. suo se exemplo perimere. In ea siquidem re, quę localiter mo

C uetur, verùm apparet, ꝙ cessante motu, restet mobile: in re aūt, quæ comburitur, nō item, nam cùm combustio motus sit, per quem stuppa (v.g.) corrūpitur, non est necesse absoluta combustione, vt superstes sit stuppa. Quòd si intentio fuit Arist. distinguere inter combustionem, quæ est alteratio ad corruptionem tendens, & corruptionem ipsam substantię, quæ non est motus, sed instantanea mutatio, atq; posterior combustione, tūc signabo corruptionem ipsam veluti postremam mutationem, qua profectò Arist. non demonstrat superesse posteriorem. Secundò peccat ratio ex parte motiui,

nam dicam, ꝙ licet post illū vltimum D motū superstes sit motiuū, illud nō est necessarium esse corruptibile: nam licet non admiserit Arist. Deum se solo esse causam alicuius corruptionis, saltem vbi defixus imbecillus oculus in solem corrumpitur, sol remanet, qui non est corruptibilis. Et idem patet de plantis, quæ eius ardore exiccantur. Et tertiò manca est eadem ratio, quippe vbi nulla fit mentio motiui, & mobilis incorruptibilium. Sicuti neq; in alia ratione, quæ fiebat in præteritū. Posset enim respondere quispiam, cessare vltimum motū, quiescentibus in perpetuū motiuo, & mobili. Sed vt ab hoc postremo exordiamur, dicen- E dum, ꝙ abstinuit Arist. à mentione in- Dilucid. corruptibilium, pro eo, ꝙ q̃ facillimè potest ratio superior huc vice versa applicari. Nam tunc pariter inquiritur, cur perpetua illa motiuum & mobile à motu nunc cessant? ꝙ si respondeas, propter aliquod impedimētum fit, vt illud intercedat per motū, qui superuenit, fitq; posterior alio cessante: & si iste cessat, cessabit per impedimētum aliud: & sic in infinitum. Sed in rebus corruptibilibus verū est, quod ait Aristo. sanè intellectus: cessante enim cōbustionis motu, cuius terminus est corruptio cōbustibilis, necesse est corruptibile manere, vel illud, vel aliud. F Est enim corruptio vnius generatio alterius ex eadem materia. Itaq; sicut in inceptione non est necessarium, quòd res mobilis antecedat suum motum nisi natura, necesse est tamen præcedere aliam tempore, ex qua hæc fuit genita, ita in corruptione restat semper aliud corruptibile, quod est post corrūpendum. Sed quantum ad motiuū negaret Aristo. solum, & superiores causas agere nisi mediantibus secundis, quæ sunt corruptibiles. Si sol enim corrumpit, vel visum, vel plantam, id facit per infectū aerem, qui post corruptionem plantæ restat incorruptibilis. Rōnes ergo istæ, quæ rerū naturis com-

A committuntur, pro articulo per fidem nostram iugulentur, & clarè monstrabitur quæstione prima.

QVO' ADVERSARIORVM sententię obuiatur.

CAPVT II.

Tex. 13. SI igitur hæc impossibilia sunt, manifestum est, quòd est perpetuus motus, & nō aliquando quidem est, aliquando autem non. Etenim sic dicere figmento magis assimilatur.

B ¶In hoc 2. cap. per 8. tex. distributo, descendit ad particulares aduersariorum opiniones confutandas: quæ est secunda uia demonstrandi ueritatē. In quarum confutatione speciatim lucescunt rationes istæ, quæ factæ sunt. Cōcludit ergo, quòd si hæc impossibilia sunt, nempè, quòd uel post motum corruptionis non restet aliud corruptibile, vel quòd deturmutatio, aut prior prima, aut posterior ultima, consequēs fit manifestum, ut motus sit utrinque perpetuus: nam dicere; quòd aliquādo fuerit motus, futurusvè sit, aliquando verò non, nisi rationem subdideris, fig-C mento assimilabitur. Est enim figmentū quod ad libitum absq; vllo exemplari, & arte, & ratione confingitur. Nisi vbi diuina intercesserit fides, quæ Philosophos latuit.

Tex. 14. Similiter autem & dicere, quod aptum natura sic est, & hoc oportere putare principium esse. Quod quidem uidetur Empedo. dixisse, quòd uincere, & mouere in parte amicitiam & litem inest rebus ipsis ex necessitate, quiescere uerò in medio tempore.

¶Quoniam dixerat per simile esse figmento, quicquam absque ratione adseuerare, pro fert in medium Empedoclis opinionem, qui huiusmodi cōmittebat peccatum. Aiebat enim motum & quietem alternis uicibus se cōsequi, dum enim discordia & lis uincebat, fiebat mundus per motum elemētorum disgregātium se ex chao: ac rursus cū per amicitiam se illuc recipiebant, manebant in requie. Quòd si ratio huius ab eo quærebatur, nullā redebat, sed talem aiebat esse rerum naturam: quapropter illud supponebat tanquam principium, quòd omne totum est maius sua parte. Reprobat ergo hoc Aristot. eò quòd hæc rerum uarietas, & uicissitudo non potest esse ut primum principium, sed est potius E prioris causæ effectus: nam omnis ordo in aliquam causam referendus est, ut cur motus augmenti in animalibus usque ad certam progressus ætatem illic sistat. Est enim causa tam defectus caloris, quàm humidi. Et cur hyems usque ad certum tempus protendatur unde incipit uer, in causa est obliquus motus solis.

¶Fortasis autem & unum principium facientes, ut & Anaxagoras sic utique dixerint. At uerò nihil inordinatum est eorum, quæ natura, & secundùm naturam fiunt, natura enim causa ordinis est omnibus, infinitum autem ad infinitum nullam rationē habet, ordo autem omnis ratio est. Infinito autem tempore quiescere, postea motum esse aliquando, huius autem nullam esse differentiam, quare nunc potius, quàm prius, neque rursum aliquem ordinem habere nō amplius naturæ est opus, aut enim simpliciter se habere oportet id, qđ natura est: & non aliquando quidem sic, aliquando uerò aliter, (ut ignis sursum natura fertur: & non aliquando quidem, aliquando uerò non) Tex. 15. D F

aut

A aut rationem habere quod non simpliciter. ¶ Quare melius est, ut Empedocles, & si quis alius dixit, sic se habere in parte uniuersum quiescere, ac rursus moueri, ordinem enim iam quendam habet, quod tale est. Sed & hoc dicentem oportet non asfirmare solùm, sed & causam ipsius dicere, & non ponere, neque censere ullam sententiam irrationabilem. Sed aut inductionem, aut demonstrationem afferre. hæc enim, quæ supposita sunt, causæ non sunt. Neque hoc erat litis uel amicitiæ esse, sed huius

B quidem aggregare, illius verò disgregare. Si uerò insuper determinetur ipsum in parte, dicendum est in quibus sic, ut quòd est aliquid, quòd cōgregat homines, scilicet amicitia, & fugiunt inimici ab inuicē, hoc enim supponitur, & in toto esse, uidetur enim in quibusdam sic esse, hoc autem, & per æqualia tempora indiget aliqua ratione. ¶ Omnino autem existimare principiū esse hoc sufficiens, quòd semper aut est sic, aut fit, non rectè est opinari, ad quod Democritus reducit de natura causas, quòd sic &

C prius fiebat, ipsius autem semper nō uult principium quærere dicens in quibusdam rectè, in omnibus autem non rectè. Etenim triangulus habet duobus rectis semper angulos æquales, sed tamen est quædam perpetuitatis huius altera causa, principiorum tamen, quæ perpetua sunt, non est altera causa. Quòd igitur nullum tempus aut erat, aut erit, quando motus, aut non erat, aut non erit, tot dicta sint.

Tex. hic 15. iusto sanè longior est, qui idcirco congruè à Commentatore in tres poterat distingui, quos nos per paragraphos designauimus. Inducit enim primum Aristot. Anaxagoræ dogma irrationabilius opinionē Empedoclis. Mox regreditur ad reprobādum Empedoclem, ac demum elidit unum cauillum, qui erat usurpatus à Democrito. Ait ergo fortasse & Anaxagoram suum dogma pariter statuisse, tanquam primum principium, uelu ti Empedoclem. Vbi adnotandū Anaxagoram longo interuallo discrepasse ab Empedocle. Haud enim docebat uicissitudinem generationis & corruptionis mūdi per uices motus & quietis: sed dixit tempore infinito uniuersa delituisse in chao, unde postea mens

E cuncta congregauit, dissociauitque locis. Huius autem causam nullam reddebat, sed id putabat, ueluti primum principiū naturale, scilicet congruens naturæ illius effectricis mentis, quæ erat sempiterna. Monstrat ergo Arist. huiusmodi opinionem maiorem præseferre absurditatem, quàm illa Empedoclis. Ille siquidem per definita, stataque tempora defensare poterat ordinatam uicissitudinē motus, & quietis, quamquam illic deficeret, quòd nullā speculabatur illius ordinis causam, Anaxagoras autem non solum in hoc delinquebat, sed in eo præterea, quòd inter duo infinita tempora motus & quietis nullum quiuerat consti

F tuere ordinem. Est ergo ratiocinatio Aristot. Nihil inordinatum conuenit rebus natura sua: quandoquidem natura causa ordinis est omnibus: inter illud infinitum tempus, quo omnia requieuerunt in chao, & hoc infinitum, quo eadem mouentur, nullus potest esse ordo: quia infiniti ad infinitū nulla est ratio, hoc est, proportio (ordo aūt idē est, quod ratio, & proportio) ergo quies infinita, & motus infinitus non possunt accipi ueluti primū principium ex rerum natura desumptum, & præterea nulla, inquit, potest constitui differentia, cur potius nunc incipiat motus, quàm prius, immo uerò, (ut

Tex. 15.

Nota.

Nihil inordinatum conuenit naturæ.

A (ut referēte Simplicio ait Eudemus) neque potest afferri ratio talis ordinis, quòd quies, quæ est priuatio motus, antecesserit motum, quin potius uidetur motum debuisse præcedere. Ait ergo, quòd non habere ordinem, non potest esse opus naturæ: quoniam ea, quæ à natura proficiscuntur, aut simpliciter & perpetuò eodem se habent modo, sicuti ignis semper natura sua sursum fertur, ac terra simpliciter deorsum, & non aliquando sic, aliquãdo nõ: aut si sit aliqua uariatio naturalis, illa procedit certo ordine, & modo ob causam, quæ fixa est, & firma: vt hyems semper sequitur autumnum, hyemem autem ver, deinde ver primũ
B mox æstas propter motum solis subflexo Zodiaco. Confessus est hic meritò Commentator authores suæ legis, velut Christianos, ad rationis metũ prius accedere, quàm Axanagoram, quippe qui rationem, cur potius tunc mundus incœpit, quàm antea, non in rerũ naturam, sed in diuinam referũt voluntatem: immeritò tamen & hanc nixus est demoliri rationem, ut q. 1. elucidabitur. Neq; verò Christani cõcedimus cũ Anaxagora infinito tempore quieuisse Deum: quia ante conditum orbem nullum fuit tempus. Sed de his. q. 1 absolutius. [Quare melius
C est] in secunda ergo particula text. regreditur ad Empedoclem, quem fatetur vtcunq; melius dixisse, quàm Anaxagoras, eo quòd inter definitas portiones temporis poterat utcunq; excogitare ordinem inter succedentes sibi inuicem, & quietem, & motũ, [illegible] finiti ad finitum nihil vetat esse ordinem, at verò non omnino fuit absque reprehensione: quoniam supposuit illam sententiã irrationabilem, hoc est, nulla ratione suffultam: cùm potius deberet assumere cãm rationabilem sine inductione, (per quam viam dilucidantur principia, sine demonstratione) per quam constituuntur conclusiones. Nam causa, quæ ab ipso supposita est, nulla est prorsus. Si enim tantùm D
hoc asseruisset, quòd lis esset causa disgregatiua rerũ: amicitia verò cã congregatiua, & hoc prouenire ex natura rerum, nihil sanè tunc dixisset absurdum: nam talis est natura litis, talisq; item amicitiæ: sed insuper addere, ꝙ vicissim per stata tẽporalis modò vinceret amicitiam, amicitiaq; postea litem, hoc non potest ex hmõi rerũ natura promanare. Sed perspice egregiã probationem Aristot. Id quippe, quod vt primum principiũ proponitur, debet saltem à posteriori per inductionẽ manifestũ fieri. Inductio aũt est, quando indicatis dinumeratisq; singularibus, quæ experimento nouimus, colli- E
gimus ita esse in aliis, quæ à sensib. nostris absunt: vt si hic ignis calefacit, & hic, & hic, documentũ est talem esse naturam ignis. Et hoc est, qđ ait Arist. Si verò insuper determinetur ipsum in parte, hoc est, concludatur vniuersale principium per aliqua singularia, debent recenseri illa, & ostendi, in quibus ita contingit, vt nos modò faciebamus. Empedocles verò bene poterat inductionem facere ex his, quæ hominibus accidunt, ad colligendum, ꝙ lis disgregat, amicitia verò congregat. Experimur enim amicos libentissimè conuenire, inimicos verò à se inuicẽ diffugere. Obidq; ex hoc particulari supposito colligimus ita esse in toto F
vniuersali, scilicet, ꝙ lis disgregat, amicitia verò congregat. Sed hoc tamen, quod insuper addebat, nimirum, quòd hoc fieret per æqualia tẽpora, vt nunc amicitia vinceret, post verò lis, nulla potest inductione fulciri, sed opus habet noua ratione, quæ causa sit illius vicissitudinis, atq; ordinis. [Omnino autem.] Tertia deniq; particula confutatio est cuiusdam cauilli. Potuisset cauillare, seu Empedocles, seu ex discipulis eius quilibet nullam esse exigẽdam causam, cur nũc amicitiam lis vincat, mundumq; constituat, nunc verò superior lis ipsum diruat: nam cùm hoc semper

Principia inductione monstrantur.

A ſemper æternumq́; ita fiat per æqualia tpa, ſuſcipiendum eſt tanquam principium, cuius non eſt expectanda alia cã. Ad hunc enim modum philoſophabatur Democr. quippe qui diuerſarũ congreſſionum complexionumq́; atomorum, ex quibus varia, diuerſaque conflãtur mixta, nullam afferebat cauſam, ſed ſatis eſſe aiebat, ita ſemper fieri, ut habeatur uelut principium. Repellit ergo Ariſt. hanc inſcitiam: nõ enim ob id, quòd aliquid eſt æternum, aut ſemp eodẽ modo fit, caret cauſa quinimmo cùm res eandem uim habeant in eo ꝙ ſunt, & in eo ꝙ uera ſignificant, fit, ut quẽadmodum in cõuitiationibus perpetuæ ueritatis aliqua ſunt prima prin-

Aeternorum, & neceſſariorũ eſt cauſa.

B cipia, ut oẽ aĩal rationale eſt riſibile: alia verò habeant cãm, ut omnis triangulus hẽt tres, &c. ita & res extra infraque Deum, licet concederentur æternæ, dependerent nihiloſecius ex ſuis cauſis. Doctrina eſt memorabilis eiuſdem Ariſtot. 2. metaphy. tex 4. ex qua colligitur, quòd & ſi concedatur eiuſdem fuiſſe opinionis, ut mundus fuerit ab æterno non ſubinde cenſendus eſt negaſſe, quin dependeat à Deo tanquam à prima cauſa.

Tex.16. ¶ Contraria autem his non difficile eſt ſoluere. Videbitur autem ex hiſce conſiderantibus cõtingere

C maximè, motum eſſe aliquando, cũ non eſſet omnino. Primò igitur: quia nulla ꝑpetua mutatio eſt, mutatio enim omnis apta natura eſt eſſe ex quodã in quiddam, quare neceſſe eſt omnis mutationis terminum eſſe contraria, in quibus fit, in infinitum autem moueri nihil.

¶ Tribus uiis dicebamus ſuper tex. 4. proſequi Ariſt. hãc ſuam diſputationẽ: nam in ſuperiori capitulo monſtrauit ęternitatem motus rationibus ſumptis à re ipſa: & in his proximis tribus textibus confutando aduerſariorum dicta, hic autẽ iam aggreditur eorum rationibus reſpondere. Reſpondet autem hic D potiſſimũ ad tres. Prima eſt huiuſmodi. Nulla mutatio eſt infinita, ergo neque ulla poteſt eſſe perpetua: atq; adeo motus incœpit poſtquam non fuerat. Primum aſſumptum probatũ eſt lib. 6. a tex. 91. vſq; ad fi. cuius probationem hic ſummatim repetit. Oĩs enim mutatio eſt inter duos terminos. ſ. à quo, & ad quem, quos neceſſe eſt eſſe duo cõtraria, aut ſecundum poſitionem loci, ut ſurſum & deorſum, &c. aut ſecundum qualitatem, ut à nigro in albũ, aut ſecundum contradictionem, ut à non eſſe hominem ad eſſe hominem: inter duos autem tales terminos non poteſt eſſe infinita diſtantia, aliàs nunquã per E

ueniretur ad finem: nulla ergo eſt infinita mutatio ſecundùm latitudinẽ, quare nec perpetua eſſe poteſt ſecundùm tempus. Hæc autem ratio debiliſſima eſt, ut iacet: nam neque de motu circulari arguit non eſſe perpetuum, neque admiſſo nullam eſſe mutationem perpetuam demolitur illam rationem perpetuitatis in motibus infinitis, ne ante omnem motum fuerit motus. Quid autem uirium afferat, liquebit ex ſubſequentibus.

Tex.17. ¶ Amplius uidemus, quòd poſsibile eſt id moueri, quod neque mouetur, neque habet in ſeipſo vllum motum, vt in inanimatis, quorum neque F

pars vlla, neque totum mouetur, ſed quieſcens mouetur aliquando. Oportebat autem, aut ſemper moueri, aut nunquam, ſi non fit, cùm non eſſet. Multò autẽ magis, ꝙ tale in animatis eſſe, manifeſtum eſt, cùm enim nobis nullus inſit motus aliquãdo, ſed quieſcamus, mouemur tamen aliquando, & fit aliquãdo in nobis ex nobis ipſis principium motus, & ſi nihil extrinſecus moueat, hoc enim in inanimatis ſimiliter non uidemus, ſed ſemper mouet ipſa aliquid aliud eorum, quæ

A ſunt extra. Animal autem ipſum, dicimus ſe ipſum mouere. Quare ſi quieſcit aliquando penitus, in immobili motus vtique fiet à ſeipſo, & non ab externo. Si autem in animali hoc poſsibile eſt fieri. quid prohibet idé hoc accidere & in uniuerſo? ſi enim in paruo mundo fit, & in magno, & ſi in mundo, & in infinito, ſi cótingit quidem moueri infinitum totum & quieſcere.

¶Adhibet in tex.17. ſecundam rationem, quam accipit ab experientia mobilium particularium. Et eſt enthimema tale, uel forſan inductio. Experi-
B mur in ſingulis ſublunarium mobiliũ ſic motum nouũ gigni in aliquo mobili, vt neq; in illo, neq; ĩ aliqua eius parte anteceſſerit alius (nã ſi nó inciperet nouus, oporteret hmôi mobilia, uel ſẽper moueri, vel nunq̃: quorum vtrunque aduerſatur experientiæ) ergo idẽ exiſtimãdũ eſt de toto uniuerſo, cuius partes ſunt indiuidua hæc: nẽpe, ꝙ aliquando in mundo exortus fuerit nouiter motus, quẽ nullus præceſſerit, quoniã eadem eſſe vr̃ natura totius, & partium. Ponit exemplum in inanimatis, quæ ſimul incipiunt moueri ſecũdum
C totũ, & partes eò, ꝙ animal prius mouet unam partem, quàm aliam, in quo ideo non uſquequaq; liquet, motum incipere in mobili ſecundùm totum.

¶In ſecunda verò parte textus ſubdit tertiam (vt alij volunt) rationem, veluti ſecundæ confirmationem: quæ tamen potius eſt confirmatio eiuſdem antecedentis ad eandem concluſionẽ: & idem non eſt prorſus diuerſa ratio, etenim cùm inanimatum non moueatur à ſe, ſed uel à generante, uel à remouente prohibens, vel à violentiam inferente (vt in tex.33. patebit) cauillari quis poſſet exemplum Ariſtotelis, dicens, ꝙ cum graue præcipitari incipit, vel leue ſubleuari, ante illum motum fuit alius mouentis tale mobile, ſed tamen animal, cùm in ſe hẽat principium actiuum ſui motus (ut lib. 2. q. 2. diſſerebamus) maius de ſe præbet documentum inchoationis motus: ſaltim ad ſenſum. Dum enim homo uel ſurgit vt ambulet, vel expergeſit à ſomno, vr̃ à ſeipſo motum nouum ingenerare, cui neque in ſe, neque in alio præfuit motus alius. Infert ergo per locum à parte ad totum, ꝙ ſi in homine hoc experiẽtia teſtatur, nihil uetat, quin etiam in uniuerſo ſimpliciter de nouo fuerit inchoatus motus, ſi enim in paruo mũdo, hoc eſt in homine, qui dicitur microcoſmos, id uſu uenit, quid prohibet & in magno idem mundo accidere? Quod ſi mundo accidit, E conſequens fit, ut poſſit & ipſi contingere infinito. Alludit, ſecundùm Alexandrum ad infinitum chaos Anaxagoræ, vt potẽ ex atomis infinitis congeſtum: nam hoc ille fortaſſe argumẽto colligebat potuiſſe extemplo incipere moueri in tempore. Addit autem ſi cõtingit infinitum moueri totũ, aut quieſcere, quoniam lib.3. palam fecit, infinitum non poſſe motu cieri, neque ſi moueretur, à motu ceſſare. Explicant nonnulli hominem inter animalia rationem habere microcoſmi propter id, quòd habet quatuor humorum complexiones vice quatuor elementorum, & præterea mixta organica membra, & rurſus viuit, ſentit, & F intelligit, vt (quod ait magnus Gregorius) ſit uelut omnis creatura. At teſte Albeto congruentior pręſenti loco eſt ſimilitudo quantùm ad eius partes motrices & motas. Habet enim intellectum, ceu primum motorem, phantaſiam verò & appetitum, tãquam mouentia mota, ſed corporea membra, tanquam ſimpliciter mota. Hac enim ſimilitudine forſan Anaxagoras ratiocinatus aiebat, quód ſicut in homine intellectus per phantaſiam inchoat in tempore motum corporis: ſic & ſeparata mens cępit diſgregare atomos ex chao: mundumq́ue compingere.

D (margin)

Accõmoda ratio cur hõ microcoſmus dicatur.

¶Horum

A Tex. 18. ¶ Horum igitur id, quod primũ dictum est non eundem semper, & unum numero esse motum, qui ad opposita fit, rectè dicitur, hoc enim fortasis necessariũ est, si non semper unum, & eundem numero esse posibile est unius & eiusdem motus. Dico autem, ut utrũ unius chordę unus & idem sonus sit, an semper alius ipsa similiter se habente & mota. Attamen qualitercunque tandẽ se habeat, nihil prohibet unum & eundem esse aliquem, quo continuus est, atque perpetuus, manifestum autẽ erit magis ex iis, quæ posterius. B

¶ Soluit, quo ordine propositæ sunt præfatas instantias. Ad primam distinguit assumptum, concedit inquam, ꝙ motus, qui est à cõtrario in contrariũ, qualis est alteratio, & rectus motus localis, esse nequit continenter vnus durationis infinitæ, alias nunq̃ mobile attingeret metam, & sic motus esset frustraneus, vt in calce lib. 6. visum est. Negat verò omnem motum fieri à cõtrario in cõtrarium, vt in cœlorum circulatione compertũ est: cuius ideo naturæ nihil obstat, quò minus iugis, semperq; sit, ac sine fine perpes. Attamen C ne quis obiiciat priori membro, cõtingere motum à contrario in contrariũ, qui tamen infinitum durat, argutissimè respondet occultæ huic obiectioni. Posset enim quis falsò cogitare identitatem motus attendi penes vnitatem mobilis, & mouentis: nempe ut unius mobilis unus sit motus, tunc uel maximè, cùm nulla sensu percipitur pensatio: ut dum chorda lyræ identidem percussa nunquam motari cessat sursum, ac deorsum. Tũc quippe idem semper vr̃ esse sono, atq; adeo idẽ motus. Hinc enim (vt ait Albertus) argumentari qs posset, pariter iuges, assiduasq; alterationes horũ inferiorum eiusdẽgeneris vnã intexuisse continuã, eandemq; infinitam motionem ab æterno hucusq; D per reciprocationem. s. à calore in frigus, & è cõuerso, & ab albore in nigredinem, & uice uersa, si quidem omnes fiunt ab eodẽ primo motore per obliquum motum solis continenter mouẽte eandem materiam, quæ una est horum inferiorum, in qua perinde generatio unius est corruptio alterius. Negat ueruntamen Arist. eundem esse, uel sonum, uel motum chordę identidem tactæ, ac multò minus idem motus conflatur ex contrariis reuersisque alterationibus: quia omne mobile in pũcto reflexionis quiescit. At quia non est huic disputationi proprius hic locus, prætermittit illã, & ait (quid sit de motu inter contraria, possit ne unus, infinitusque esse, nec ne) illi tamen, qui nõ est inter cõtraria, vt circulationi, nihil E aduersatur, quominus perpetuus infinitusque esse possit, uti in subsequentibus manifestum fiet.

Nota de motus idẽ titate.

¶ Moueri autem id, quod nõ mouetur, nullum est inconueniens, si aliquando quidem sit id, quod mouet, extrinsecus, aliquando autem non. Hoc tamen quomodo utiq; erit, inquirendum est, dico autem, ut idem ab eodem motiuo existente, aliquando quidem moueatur, aliquando autem nõ, nihil enim aliud dubitat hoc dicens, quàm propter quid non semper eorum quæ sunt, alia quidẽ quiescunt, alia uerò mouentur. Tex. 19. F

¶ In tex. 19. progreditur ad secũdam rõnem diluendam: quam facilè dat expeditam per ea, quæ dicta sunt. Negat quippe assumptum: nempe dum inanimatum moueri incipit secũdum se totum, tunc de nouo simpliciter exoriri motum: quandoquidem mouẽtur eiusmodi mobilia ab extrinseco, ut dicebamus tex. 17. Obidq; ꝙ moueri incipiãt post quietẽ, aut hoc cõtingit, quia mo-

A uens nondum erat, puta quia mouens erat corruptibile, vt tex.6. proposuit, & tunc necessarium est, vt præcesserit motus, per quem tale mouēs genitum fuit, & ante illum eadem ratione alius in agentibus corruptibilibus. Si uerò causa motrix perpetuò fuerat cum mobili, tunc redit (inquit) eadem inquisitio, cur videlicet mobili & mouēte super existentibus, non sequitur semper motus. Ad qđ iam partim responsum est paulò superius, pleniusq; infra rñdebitur, nimirum, quòd uel non est agens applicitū passo, vel non est impedimentum sublatum. Quamobrem necesse est (vt iam ante dicebat) præcedere alium motum ante hunc, quem B arguens asserebat primum.

Tex. 20. ¶ Maximè autem uidebitur tertiū habere dubitationē, propterea ꝙ fit, cùm non esset prius motus, id uidelicet quod accidit in animatis, quiescēs enim prius postea uadit mouente exteriorum nullo, ut uidetur: hoc autem falsum est, cōspicimus enim semper aliquid eorum, quæ congenita sunt, moueri in animali: huius autem motus ipsum animal causa non est, sed continens forsitan. Ipsum autem dicimus seipsum mouere, non secun-C dùm omnem motum, sed secundùm motum secundùm locum. Nihil igitur prohibet, magis autem fortassis necessarium est, in corpore multos fieri motus à continente, horum autem quibusdam intellectum, aut appetitū mouere, illo autem totū iam animal mouere, quale accidit circa somnos, sensibile enim nullo existente motu, inexistente tamen aliquo rursus excitantur animalia, sed manifestum erit & de his ex sequentibus.

¶ In hoc tandē 20.tex. dissoluit argumētationē tertiā, q̄ erat secundæ cōfir. Et perspice ꝙ potuisset Aris. ad eādem rñdere negādo consequētiā hāc. In singulis indiuiduorū innascitur de nouo D motus, ergo in toto vniuerso simpliciter exortus est: q̄ idcirco non tenet, qđ motus hmōi sublunarium oīs est inter cōtraria, quæ iō nō pōt esse in infinitū perpetuus, orbicularis verò cęlorū pōt fuisse ab ęterno, vt paulò ante dicebat. Attñ qa nō solū hoc perseuerat sustinere, verū ꝙ in his quoq; corruptibilibus ante oēm motū fuerit motus, ꝓspectius rñdet negando aūs, nēpe ꝙ motus aīaliū, de quo apparētius ostēditur à nullo priori extrinsecus depēdere, sit simpliciter primus: quinimmo hēt extrariā motricē cām, in qua necesse est prius fuisse motū, q̄ aīal moueatur. Adnotari hic E aūt oportet, quo textus hic planus fiat, motū localē, propriè esse motū aīalis, quo secernitur ab insensibilibus. Enim uerò & si grauia & leuia secundū locū moueantur, nō tamen nisi secūdū vnā dñiam positionis: illa quidē deorsum, hæc verò sursum: atq; id à generāte, dū extra suā sunt naturalē dispositionē. Et plātæ q̄uis moueātur a prīcipis intrinseco motu augmentationis, nō tamen propriè secundū locum, qm̄ non relinquūt priorē, sed protēdūtur ad ampliora. At aīalibus sic natura prospexit, vt per motum progressiuū, perque alios locales mēbros conquirerent sibi alimenta. Et hoc est, quod ait hic Aris. Ip-F sum dicimus seipsum mouere nō secūdū oēm motū, sed secundū localē. Calefit nāq; & frigefit animalā circūstante, sicuti inanimata, quorū motuū nō hēt in se principium, nisi passiuū. Ait ergo Ari. falsum esse illum motum localē, q̄ proprius est aīalis, esse simpliciter primū: nam conspicimus (inquit) semper aliquod eorū, quæ congenita sunt, hoc est hoī innata, puta sensum, uel phantasiā antea moueri: quorum motuū aīal nō est cā. s. effectrix; tanq̄ animal per appetitum, sed fit circunstante nimirum ab aere, (v.g.) infrigidante corpus, introrsumque concludente calorem naturalem ad digestionē perficiēdā, unde obor-

Proprius motus animalis ē localis.

A oborta fames, quæ est appetitus cibi, mouet aïal ad ipsum conquirendũ: & sic de aliis alterationib. corporis, unde exercitaĩ appetitus ad suas voluptates ꝑ motũ localẽ disquirendas. Atqui in spũalibus obiecta mouẽt sensũ, & per sensum intellectũ, qui est primum mouens in hoĩe, is aũt per intentionẽ finis mouet appetitũ & ꝑ ipsum mẽbra ad persequẽda media. Ecce quẽadmodũ licet motus localis sit à principio intrinseco, nõ tñ ẽ simpliciter primus, quippe quẽ alij externi antecedunt. Et hoc est, quod cõclusit hoc loco Arist. Nihil igiĩ prohibet, magis aũt fortassis necessariũ est multos fieri motus à cõ B tinẽte. Vbi fortassis, nihil dubitationis ꝑfert, sed stilus est peripateticus. Quod aũt ait, multos fieri motus à cõtinente puta, qui sunt merè naturales, insinuat alios itidem esse purè naturales internos. Tres.n. motuũ differentias dignoscimus in animali. Primi sunt merè naturales, quorũ in ipso tñ est principiũ passiuũ, uti calefactio in uere, & frigefactio in hyeme: alij sunt similes istis, à principio tñ intrinseco actiuo, vt nutritio, & augmẽtatio, qui sunt proprij formæ viuentiũ, atq; adeò cões plantis: quæ quidẽ dicunĩ merè naturales, q̃a nõ fiunt per cognitionẽ, & appetitũ. Alij deniq; sunt proprij aïaliũ: vt ꝑter spũales, localis motus, qui fit ꝑ ap- C petitũ sensitiuum. Vbi aũt subdit, quibusdã motibus moueri intellectum & appetitũ, ostendit quatenus in nos dominiũ exercẽt cęlestia corpora. Haud enim proximè afficiunt aïam, sed omnino corpus, cuius affectionibus sæpè intingitur anima trahitur q; voluntas; nunq̃ tamen necessitate patitur: adeo eius libertas est ab omni cęlestium terrestriumq; coactionibus exempta. Cũ autem subdit, appetitum à continente motu submoueri totum animal secundùm locum, exemplum supponit doctissimè in illo, qui excitatur à somno: idcirco, quod talis motus videtur de repẽte exoriri nullo præeunte alio.

Motus naturales animalis triplices.

Causę somni.

Ait ergo ꝙ licèt nullus sensibilis appa D reat antecessisse in dormiente: præcesserunt tamen intus quippiã: sunt enim in causa somni, uapores exhalati à cõiunctione cibi usque ad cerebrum, indeque recidentes ad cor, infrigidantesque ipsum, impedientesque perinde spiritus vitales, & ex alia parte humectantes, hebetantesque organa sensuum, quorum cessatio & quies est somnus. Haud veruntamen eatenus quiescit dormiens, & nullatenus moueatur: est enim intus iugis continuaque actio caloris in cibum, quo digesto, calefactoque corde resolutisque vaporibus subsequitur vigilia sensuũ. Refert se de his tamen ad subsequen- E tia, nempè ad tex. 51. sed fortè & ad libros de motu animalium, & de somno & vigilia. Expediuit igitur Aristot. hoc membrum, quo (vt in sua erat opinione) constituit nunquàm fuisse genitum primò motum, sed ante omnem fuisse alium. Idque argutissimè postremò patefecit exemplo animalis, quod licet videatur aliquãdo quiescere, ac deinceps moueri (vt dũ quis post somnum euigilat) nunquàm tamen viuens quiescit. Huius enim instar censendum est & de toto vniuerso, ut poté quòd nũquàm simpliciter moueri cępit.

QVO DIVISIO MEMBRORUM quinque discutitur. F

CAPVT III.



Rincipium autem considerationis id erit, quod & dictæ dubitationis: quare quædam eorum, quæ sunt, aliquando quidem mouentur, aliquando aũt rursus quiescunt. Necesse est autem, aut omnia quiescere semper, aut oĩa semꝑ moueri, aut alia quidẽ moueri, alia aũt q̃escere. Et rursus horũ aut ea, quæ mouẽtur, moueri semꝑ q̃ quiescunt, quie- Tex. 21.

A scere, aut omnia apta nata esse similiter moueri & quiescere, aut reliquum adhuc & tertium. Contingit enim eorum, quæ sunt, alia quidem semper immobilia esse, alia uerò semper moueri, alia autem utraque participare. Quod quidem à nobis dicendum est. Hoc enim habet solutionem omnium dubitatorum, & finis nobis est huius negotij.

¶ Postquàm id cõstituit Arist. quod semper fuit motus, & lib. 7. text. 3. & infra cõstitutum reliquerit in mouentibus & mobilibus non esse abitionẽ in infinitum, eò iam nunc pergit, ut B conditiones primi motus, ac primi motoris speculetur. In hoc autem tertio capite membratim examinat partitionem quandam generalem omnium euntium respectu motus & quietis in quinque membra distributam: quam utique partitionem proponit in hoc textu 21. At quoniam inter soluendũ rationem secundam prædixerat eum, qui inde arguit motum, aliquando incæpisse, quòd aliàs, uel omnia semper mouerentur, uel nunquàm, eum inquam nihil aliud exigere arguendo, q̃ cur res quæpiam quandoque moueantur, quandoque uerò rursus quiescat, ait modò hinc sumendum esse princi- C pium subsequentis considerationis, unde & prædicta dubitatio ortum trahit. Quod quidem ut perspectius fiat, distinguendum in uniuersum censet de his, quæ sunt in rerum natura. Nec esse quippè est (inquit) aut omnia semper quiescere, aut moueri omnia semper, aut alia quidem moueri, alia autẽ quiescere. Sed tertium hoc membrum, rursus subsecatur in tria. Aut enim illa, quæ mouentur, semper mouentur, & quæ quiescunt semper quiescunt, aut omnia apta nata sunt quandoque moueri, quandoque uerò quiescere, aut (quod reliquum est ac tertium) tria sunt rerum genera, nempè, ut sint ali- D qua semper immobilia, alia uerò semper mobilia ac mota, sed alia quandoque mota, quandoque uerò quiescentia. Vide quanta arte uniuersam rerum naturam in quinque membra partitus est in ordine ad motum & quietem. In tribus quippe membris non fit subiectorum diuisio, sed qualitatis puta motus & quietis, ut omnia entia se habeant similiter. Est, inquam, primum membrum, utrum omnia entia semp quiescant, quod fuit Zenonis placitũ cum Parmenide, & Melisso. Secundũ uerò, Utrum omnia semper moueantur, quæ fuit opinio Heracliti. Et sunt ista duo membra simpliciter contraria, tàm ex parte subiecti uniuersalis, quàm ratione modi prędicati semper. Nota. B E Sed quartũ est, Utrum omnia aliquãdo moueantur, & aliquando quiescant, ut explicatum supra est de Anaxagora & Empedocle, & sunt quidem isti duo modi subcontrarij ratione modificationis prædicati aliquando, sed contrarij ex parte subiecti omnia. At uerò in tertio & quinto membro res ipsæ diuiduntur, dum in tertio quæritur, Utrum rerum, aliquæ semper moueantur, & aliquæ semper quiescant, quod referente Alberto, fuit in dogmatibus Pythagoræ, & post Epicuri. Hi autem modi sunt uice uersa ex parte subiecti subcontrarij, sed à parte prædicati contrarij propter aduerbiũ, C semper. Tu ipse rotulum oppositorũ F constitue. Sed tamẽ in membro quinto quæritur. Utrùm eorum, quæ sunt, alia quidẽ semper sint mobilia & mota, alia uerò semp immobilia, sed alia quæ quandoque moueantur, & quandoque quiescant. Atque hoc quintum membrum pertinet ad Aristotelicam sententiam: sunt enim intelligentiæ semper immobiles, & omnium maximè prima causa, cœlestes uerò orbes semper moti, at sublunaria uniuersa, quandoque mouentur, quandoque uerò quiescunt. Obidq; concludit, hoc scilicet postremum, solutionem habere

A bere omnium dubitatorum huius libri,& finem esse totius negocij,nempe dum monstratum fuerit,non omnia moueri vicissim acquiescere, sed esse vnum primum mouens immobile, & alia mobilia sempiternè mota, atque adeo ab vno primo motore immobili per cęlestes orbes, perpetuò motus,vicissitudines subinde fieri iugiter sublunarium mutationum, vt potè rerum', quæ quandoque mouentur,& quandoque quiescunt. Quæ quidem mutationes,sicuti neque motu ipsi cœlorum, neque initium habuerunt vllum, nequam habituræ sunt finem. Et notato cur de priori membro nõ dixit, quòd illa sint semper quiescentia, sed immobilia,nempe, quoniam quies est priuatio motus in subiecto nato moueri,prima autem causa non est apta moueri: neque verò intelligentiæ loquendo, vt hic sit sermo, de motu sensibili.

Nota.

B

Tex.22.

¶ Dicere igitur omnia quiescere, & huius rationem quærere, dimittentes sensum, infirmitas quædam est intellectus Et de toto aliquo,sed non de parte, ambiguitas est neque solùm contra Physicum sed ad omnes scientias (ut ita dicã) & omnes opiniones, propterea quòd motu vtuntur omnes. Ampliùs autẽ de principalis instantiæ, ut in his, quæ circa Mathematica sunt, rationibus nihil sunt ad Mathematicum,similiter autem & in aliis, sic neque de eo,quod nunc dictum est ad Physicum. Suppositio enim est, quòd natura principium motu s est.

C

¶ Repellit subinde quatuor priora membra præfixæ diuisionis, ut quintum (quæ sua est sententia) statuat.Exorditur autem in hoc 22.text. ab opinione Zenonis, quæ longè minimum præsefert probabilitatis, eamque ideo quatuor argumentis repræhendit. Primũ. Dicere omnia quiescere, huiusq; perpetuæ quietis rationem quærere, post habendo, negandoque sensibile experimentum motus, infirmitas est imbecillitasq; intellectus,futilis igitur est talis opinio, & à veritate detorta. Perspice Aristotelis acutiem. Quoniã vis intellectus inde resplendet,quòd rerum rationes exquirit,redarguit è contrario Zenonem, ꝙ excogitare rationes contrarias experientiæ sensuum, argumentum est potissimum tenuitatis,inconstantiæq; intellectus,nescientis discernere inter id,quod perspicuũ est,& euidens,& id, quod est dubitabile, atque ideo neque valentis consistere, vbi rei euidentia deberet ipsum affirmare. Eo præsertim,ꝙ principia naturalis philosophiæ sensibus noscuntur, vt 1. Posteriorum author est Aristoteles. Quocirca, cùm motum esse, tam certa sensuum experientia depræhendatur, vitium est corrupti intellectus asseuerare vniuersa quiescere. De hac delira opinione diximus in primo aduersus Parmenidem,& Meliss.dicentes, omnia esse vnum principium immobile. Vsque adeo enim isti sensibus desipientes diffidebant: vt nullam eorum apparentiam existimarent veram, sed semper veritatem crederẽt pugnare cum sensibus. Qui ideo iam nunc, quid per eiusmodi phãtasmata sibi vellent, haud sanè possumus intelligere. Secunda ratio. Qui motum abnegat rebus naturalibus, licet solã videatur partem tollere uniuersi,putà vnã eius qualitatem, totũ tamen funditus euertit,nam cùm quies sitpriuatio motus negando motum,negat & quietem,atque adeo generationes omnes omniũ rerum subcœlestiũ. Quinimmo & cœlos ipsos,generationũ causas, in cassũ esse profitetur:non ergo auscultandus est,sed explodendus. Tertia.Immo verò ta is philosophus,non modò philosophiæ naturali, verùm & scientiis cũctis,& artib.bellum indicit,haud enim solùm physicus naturam motus specu-

D

E

F

A latur, verũ & Metaphysicus de altissimis eius causis, & principiis. Sed & moralis philosophia, & Rhetorica de actionibus docet, quæ in motu consistũt, de quib. & Dialectica ratiocinat. Quin verò & Mechanicæ artes motuũ sunt ẽt directiuæ: vt ars extruẽdarum nauiũ, & nautica motũ nauis considerant, sicut ars equestris & frænefactiua motũ equi. Adde ꝙ & mathematicus, q abstrahit à motu, nonnullã eius imaginationem habet, dum ait, à quolibet in quodlibet punctum lineã duci. Qui ergo motum aufert, omnes vult scientias & artes de medio sublatas: est ergo intolerabilis talis oprnio. Quarta rõ,
B nulli scientiæ licet de suis principiis, uel disputare, uel certè hæsitare vt puta, quæ in vnaquaque præsupponenda sunt. Mathematicus enim sua statim figit principia, de quib. citra disputationem quidẽ habet: cũ ergo motũ esse, principium sit Physicũ, nullatenus incumbit philosopho eiusmodi dubitatio. Neque hic Aristoteles tam disputat contra negantes principia, quàm eorum prodit, traducitq; prauitatem ingenij. Repulsa ergo est Zenonis opinio de uniuersali rerum quiete.

Tex.23. ¶ Ferè autem & omnia dicere moueri, falsum quidem est, minus autẽ
C hoc præter methodum. posita enim est natura physicis principium sicuti motus, & quietis. Similiter autem Physicum est motus. ¶ Et dicũt quidam moueri, eorum, quæ sunt, non aliqua quidem, alia verò non, sed omnia & semper, sed latere hoc nostrũ sensum. Ad quos quamuis non determinent, quo motu dicant, an vniuersis, non est difficile occurrere, neq; enim augeri, neq; minui possibile est continuè, sed est & medium. Est autem similis ratio illi, quę est de eo, quod est guttã conterere, & enascentia lapides discindere, non enim si tantum expulit, aut remouit gutta, & dimidiũ in dimidio tempore prius. D
Sed vt nauis tractio, ita & guttæ tot tantũ mouent, pars aũt illarum in nullo tpe tantum, diuiditur enim, quod remotum est, in plura, sed nihil eorũ motum est seorsum, sed simul. Manifestum est igitur, ꝙ nõ est necessariũ semper aliquid abire: quia diuiditur ipsa diminutio in infinita, sed totum aliquando abire. Similiter aũt, & in alteratione qualibet, nõ enim si partibile est in infinitũ id, quod alteratur, ob id & alteratio, sed simul uniuersa fit sępe, sicut congelatio. Amplius cũ ęgrotauerit aliquis, necesse est tempus fieri, in quo sanabitur, & non in termino temporis mutari, necesse est autẽ E in sanitatem mutari, & in aliud nihil. Quare dicere cõtinuè alterari, valde manifestis est aduersari, in contrariũ enim alteratio est. Atque lapis, neque durior fit, neque mollior.

¶ In tex. hoc 23. expugnat Heraclitũ, qui secũdum membrum præpositæ diuisionis opinabatur: nẽpè omnia semper moueri. Quin verò sunt inter Italos cõmentatores, qui eius opinionẽ prætendunt defensare, vt est Nyphus, F qui ait nihil aliud hic cõdemnare Ari. q̃ ꝙ omnia per se semper moueantur, quod aũt à se, uel extrinsecus, omnia sunt in perpetuo motu, id (inquit) nõ negat. At verò isti non modo Aristo. (ut tex. 74. euidentius est) verùm experientiæ sunt prorsus infensi. Ecquis. n. ambigat motũ quiescere simpliciter? De quib. sanè inanimatis assertio fuit superius Aris. ꝙ incipiunt simpliciter secundum se tota moueri, ut in quib. nullus præfuerat motus. Ad rem ergo ut redeamus, cùm dixisset, eum qui negat motum, non solum ipsum, uerum & quietem pariter & totũ uniuersum diruere, subdit comparationem, ꝙ qui ne-

A negat quietem, dicens omnia semper moueri, falsum quidem profert, attamē mitius pugnat cum rerum natura: quoniam minus loquitur præter methodum, hoc est minus aberrat à uia: nam etsi quies propriè non sit nisi in re apta moueri, pōt tamen esse motus in re quæ non est apta quiescere, vt patet in cœlo: unde licet qui tollit motum, tollat pariter quietē, tñ dicens oĩa moueri, etsi quietem prorsus eliminet, nō omnino totam naturam exterminat: qm̃ retinet motum, atq; adeo rerū generationes, & causarum deniq; fines. sit ideo dixit. [Ferè falsum] puta quasi tā falsum. Neq; id solum, verum neq;
B tam apertè cōtradicit experientiæ, nā sunt aliqui motus tam patentes, ut sit prorsus stolidorum hominum eos dif fiteri, quietes uerò non sunt usq; adeo patulæ: nam cùm sint aliqui exiles occultissimiq; motus (vt patet in altissimo somno) posset quis dicere illa, quę apparent, quiescere latente motu cieri, vt ianuam in Heraclito deprehendetur. Quod autem subdit. [Posita enim est natura &c.] bifariā pōt ad superiora referri, vno mō, ut sit probatio illius falsum quidē dicere, qui negat quietē, siquidē natura principiū est, sicuti motus, ita & quietis. Sed tunc duriuscule assumitur subsequens particula, simili
C ter physicū est motus. Nam quæ consequentia est, ꝙ si natura est principium quietis, sicuti motus, ꝙ similiter motus sit quid naturale, hoc est passio naturalis entis, ut quidam glossant? Nisi dicamus deesse particulā, ut, & reddere sensum, ꝙ similiter quies, est q̃d physicum, vt motus. Tunc.n. pertinebit ad probādum falsam esse negationē quietis. Attamen si phrasis Græca libenter ferret uersionem Argiropili, libentissimè dicerē, totum hoc referri ad probandum, non ꝙ sit falsum negare quietem, sed quòd sit minus falsum, quàm negare motum. Est namque uersio Argi. hæc, quamquam enim in naturalibus posita est natura motus & quietis, tamen motus naturale magis esse uideatur. In Græco tamen codice, neque est tamen, neque magis, sed similiter. Nisi forsan Argi. alium nactus est codicem. [Et dicunt quidam.] Descendit igitur Aristot. ad Heraclitum affirmantem omnia moueri, cuius itidem opinionis, & Plato meminit in Cratilo. Hic Heraclitus cum obiiciebatur illi experientia eorum, quæ apparent quiescere, respondebat, quòd omnia quidem mouentur, sed tamen multorum motiones latent sensum nostrū. Putabat namque omnia, sicuti flumen esse in perpetuo fluxu augmenti, uel decrementi, uel alius cuiusuis motus. Hanc utique opinionem reuincit hic Aristot. tribus argumentis. Primum exorditur à motibus augmenti & decrementi, in quibus Heraclitus potissimum fundabat suum dogma, sic. quam uis isti, (inquit) non se explicent, an uno genere motus quiduis semper moueatur, an uerò uno tantum, facilè tamen demonstratur id non posse consistere de motibus augmenti & decrementi: nam si animal (v.g.) ubi est maior probabilitas perpetui augmenti, & decrementi augeatur usque ad certum ætatis tempus, atque inde incipiat senio consumi & decrescere, necesse est, vt in illo puncto reflexionis quiescat, atq; adeo iterpelletur motus per quietem: quod & in lapide sursum proiecto apparet, dum incipit cadere. Vnde si complexim sumas ambos motus, nō continuantur. Sed neq; diuisim sumpti sunt continui. Arguebat enim fortè Heraclitus, vt hinc colligitur, cōtinuitatem motus augmētationis hoc pacto. Si animali (v.g.) in uno mense crescit certa quantitas, fit, ut indiuiduato mense crescat medietas, & in una hebdomada una quarta, & sic continuò diuidendo tempus iuxta diuisionem motus, vt lib. 6. text 33. & infra uisum est. Tametsi quod in singulis horis augetur, non percipiatur. Atq; idem sentiebat de rebus caducis

D (margin, right column top) · E (margin, right column middle) · F (margin, right column lower)

A ducis in uniuersum. Etenim cùm vniuersa tempus augeat primùm, mox corrodat, & tandem absumat (ut natura docet, & experiẽtia contestatur) documentum est, omnia perpetuò moueri. Subuertitur ergo Aristoteles eius fundamentum inficiando consequentiam illam. Si animal in tẽpore certo certã acquirit partem quantitatis, fit, ut in dimidiato tempore acquirat dimidium, & in subquadruplo subquadruplum, &c. Et peccatum illationis patefacit exemplo triplici. Est enim inquit, simile labide frequentia cadentis guttæ excauatio, ubi contrarium apparet: uidemus enim certo tempore diuelli certam lapidis particulam, cuius medietas non fuit effosa in medietate temporis, nec quarta in quarta parte, siquidem uidetur quandoque tota simul abrumpi. Et hoc est quod ait, diuidet enim quod remotum est in plura, sed nihil eorum motum est seorsum, sed totum simul. Quod confirmat altero exemplo trahentium nauim, qui licet certo tempore pertrahant ipsam, haud tamen dimidius numerus hominũ in medietate temporis mouebit eandem per medietatem spatij: quia neque dimoueri loco fortasse ualent, ut in calce septimi physicorum explicauimus.

Triplex exemplum contra Hera.

B

C Pari ergo modo priores guttæ nihil distrahunt lapidis, sed emolliunt, preparantque ad discessionem. Tertium exemplum est, quando dumus, uel caprificus enascitur per medium saxum licet illud diffindat dum prorumpit foras, non consequitur, ut in præcedenti tempore continenter ipsum diuiserit, sed præparabat, ut tandem perforaret. An uero augmentatio si motu scontinuus, necne, in libris de generatione copiosius disputabitur. Est enim Commen. opinio augmẽtationem fieri per minima, ita ut nihil accrescere possit ligno minus minimo: aliàs daretur (ut puta) minus minimo. Et quia requiritur tempus antequàm generentur singula minima, hac ratione cõmentatur hic Aristo. dicentẽ non esse motum cõtinuũ sed interpollatũ, sicut dũ gutta cauat lapidẽ. Haud verumtamen necessariũ, est incidere in talẽ opinionẽ: qa licet in animalis augmentatione minus minimo accrescat priori substantiæ, non sequitur ut detur per se minus minimo, quãquidẽ ex alimento non prius gñeratur substantia aliti, quàm ei vniatur. Est nihilominus discontinuus motus pro eo, quòd non in quacunq; temporis particula, qua nutritur animal, augetur. Sed disponitur ad augmentum. Quin uero defectu alimenti nonnunquam exinanitur. Nunquam enim fit augmẽtum, nisi dum copiosius fuerit versum alimentum in substãtiã aliti, quàm fuerat exhaustum per actionẽ calidi in humidũ, At de hoc aliàs (similiter autẽ) secundo argumento procedit ad alterationẽ, quàm triplici ratione probat, non necesse habere, ut sit motus continuus. Primò, quia nõ semper successiuè inducitur in accidens subiectũ, ut prius sit in parte, quàm in toto: idque palam facit in parua aqua, quam sæpè contingit simul totã cõgelari. Animaduerte, quòd non negat hic continuam successionem intentionis, prius enim frigescit aqua, quàm indurescat, sed negat successionem ad diuisionem subiecti, eò quòd simul in tota incipit esse idem gradus propter equalem applicationem agentis. Vbi tamen est aquæ plurimum, prius congelabuntur exteriores partes, quàm intimæ. Secunda ratio est hec alteratio est motus à contrario in contrarium, ut sanatio ab ægritudine in sanitatem, que ideo latitudo finita est: cum ergo alterabile peruenerit ad terminum, cessabit alteratio: neque enim restat quo progrediatur vlterius: igitur alteratio non est motus perpetuus. Tertia experimento didicimus, lapidẽ, ut adamantem, quàm longissimo tempore neq; molliorem fieri, neq; duriorem: signum

D Augmẽtatio nõ est continua.

E

Nota.

F

Alteratio nõ est motus continuus.

A gnũ ergo est alterationem nõ esse motum continuum, neque per minutissimos abditissimosque gradus: aliàs uel longissimo tempore innotesceret.

Tex. 24. ¶ Et de ipso ferri mirabile est, si latuit lapis deorsum ferri, aut manere in terra. amplius autem terra, & aliorum vnumquodque ex necessitate manet quidem in propriis locis, mouentur autem violentè ex his. Si igitur quædam ipsorum sunt in propriis locis, necesse est neque secundùm locum omnia moueri. Quòd igitur impossibile sit, aut semper omnia moueri, aut semper omnia quiescere, ex his & aliis similibus crediderit utique aliquis. B ¶ At uerò neque alia quidem contingit semper quiescere, alia uerò semper moueri, aliquando autem nihil quiescere, aliquando uerò moueri. Dicendum est autem quòd impossibile sit, quemadmodum & in dictis priùs, & in his. uidemus enim in eisdem fieri dictas mutationes. Et ad hæc, quia aduersatur manifestis, qui contendit, Neque enim augmentatio, neque violentus erit motus, si non mouebitur C præter naturam quiescens priùs. Generationem igitur aufert & corruptionem hic sermo. Ferè autem & ipsum moueri, fieri quippiam, & corrumpi uidetur omnibus, in quod enim mutatur fit hoc, aut in hoc, ex quo autem mutatur, corrumpitur hoc, aut hinc.

Motus secundum partes animalium.

¶ Tertium principale argumentum accumulat in prima particula tex. 24. de motu locali, idque bipartitum. Aiebat enim Heraclitus, omnia semper moueri, sed nonnulla latenter redarguit Aristoteles id non esse possibile de motu locali, quippe qui adeo est oculis patens, vt delitescere nequeat. Est enim nobis de lapide patentissimum, quòd D dum deorsum fertur, tunc mouetur, sed & quod tunc etiam quiescit cùm terram pertingit: quare si montes, & ingentissima saxa secundum locũ mouerentur, non posset hoc nos cœlari. Sed & manifestæ experientiæ adiungit naturalem rationem. Naturale quippe terræ est, & unicuique rerum naturalium, ut in suo quæque proprio loco quiescat, unde non nisi per uiolẽtiam depellitur, quæ quidem quietis inclinatio in causa est, ut grauia sublato impedimento corruant ad centrum: leuia uerò ferantur sursum: cùm ergo proculdubio sint aliqua in suis ꝓpriis locis, siquidem neque centrum terræ uacuum est, sed illic est terra. neq; uerò concauum lunæ, quia illic est ignis: E fit ut illa diutissimè quiescant, tantùm abest, ut perenniter motitentur. Concludit igitur Aristot. ex hac inductione facta per omnes species motus, nõ posse consistere opinionem Heracliti adstruentis omnia iugiter mutari, seu certo genere motus, id sentiat, seu cũctis: atque adeo duo priori membra expedita relinquit: uidelicet, quòd neque omnia semper quiescunt ut post Parmenidem & Melissum philosophabatur Zeno, neq; uerò omnia semper mouentur, ut placebat Heraclito. [At uerò &c.] Progreditur ad confutan- F dum tertium membrum præfixæ diuisionis: ubi multò aptius designasset Commen. commentum 24. postquam incipitur noua materia, q̃ in ꝓcedente particula: quæ sanè germanior erat superiori disputationi. Erat ergo tertiũ membrum per diuisionem rerum, s. quædam moueri, & alia quiescere, sed tamen uniuersaliter, uidelicet omnia, quæ mouentur, semper moueri, & omnia, quæ quiescunt, semper quiescere, neque dari medium mobile, quod aliquando moueatur, & aliquando idem quiescat. Hoc autem confutat prius experientia, deinde ratione. Ait enim perinde hoc esse impossibile, atque superiora.

A periora. Etenim quemadmodum experimur aliqua moueri, per quod damnatur prima opinio, & itē aliqua quiescere, per quod condemnatur secunda, ita & experimentum quorundam habemus, quæ vicissim quiescunt, & mouētur: idque maximè liquet in motu locali. Sed & ratione id confirmat: nam qui hæc, inquit, contendit, manifestis aduersat: qui enim ait nihil posse prius moueri & post quiescere, aut uice uersa denegat imprimis augmentationis motum & violentum localem.

Motus violētus quis sit.

Et quidem de violento patet: nam motus violentus est, quo inde submouetur res, vbi naturaliter quiescebat, fit ergo in eadem re uicissitudo quietis,
B & motus. De auctione autem prætermisit idem probare. Quod ideo Alex. sic colligit. Accretio in animali nō fit, nisi priùs nutrimentum quiescat, deinde concoctum ad superiora feratur, qui est motus præter naturam grauis: igitur sublato motu violento aufertur & augmentatio. At forsan aliud voluit Arist. uidelicet, quòd augmētatio est motus, qui terminatur ad quietē: augetur nanque homo ab infantia vsque ad terminum iuuentutis, tunc demum in uirilitate fit illi status, ac deinde in senio fit diminutio, composuit ergo duos cōtra se motus, scilicet motum adolescendi, qui terminatur ad
C quietem, & motum qui cōtrario proficiscitur à quiete. Neque hos tantum motus, inquit, sed generationem quoque & corruptionē abnegat, quæ non fatetur idem moueri & quiescere. Primum, quia non admisso violento motu, impossibilis est corruptio, qui est motus contra naturam eius, quòd corrumpitur, puta quo res à sua naturali abducitur quiete: tametsi non sit simpliciter uiolentus ob naturalem appetitum materiæ, qui est in passo ad aliā formam: si autem non est corruptio, neque generatio: quoniam corruptio vnius, est generatio alterius. Præterea omni generationi admiscetur augmētatio vel diminutio: fiunt enim ex uno pugillo aquæ decem aeris, & è conuerso: neque semen animatur quò ad certam augescat quantitatem: ergo dempta augmentatione pereunt generationes. Addit denique Aristo. ꝙ generatione sublata, & corruptione ipsum moueri, hoc est motus, in uniuersum de medio tollitur. Quoniam in omni, inquit, motu, fit terminorū summutatio: quæ est formarum corruptio, & generatio secundum quid. Quandocunque enim res aliqua mouetur, fit hoc ex hoc, puta album ex nigro, aut calidum ex frigido per alterationem: aut fit in hoc, ut cum per motum localem aliunde peruenitur huc. Ex quo
E autem mutatur, corrumpetur hoc, puta nigredo, & frigiditas, quæ erat terminus à quo in alteratione, aut, hinc, puta ubi ꝙ erat terminus a quo motu locali. Neque tamen intelligas, ubi, esse aliquam rem distinctam a locato, nihil enim aliud vult, ꝙ per motum localem alius locus amittitur, & alius acquiritur. Nota.

¶ Quare manifestum est, quòd alia quidem mouētur, alia uerò quiescunt, censere aut omnia aliquando quidem quiescere, aliquando uerò moueri hoc iam coniungendum est ad olim dictas rationes. Tex. 25.

F ¶ Concludit igitur hoc tex. 25. præmissorum conclusionem: vt potè, necessariū esse aliqua confiteri, quę quandoque moueantur, & quandoq; quiescant: quapropter repulsum est tertiū membrum, puta omnia, quæ sunt, in duo tantum diuidi membra, s. in ea, quæ semper quiescunt, & ea, quæ semper mouentur, sine medio. At uerò quartum membrum illud erat, quod hanc modo conclusam particularem faciebat uniuersalem, s. omnia quandoque moueri, & quandoque quiescere, ita ut nihil detur semper immobile, neque aliquid semper motum. Sed hoc tamen, inquit, quartum membrū,

censere

A censere coniungendum est ad olim dictas rationes, uidelicet factas contra Anaxagoram, & Empedoclem, quorũ primus dicebat omnia infinito tempore quieuisse in chao, posteaque inde moueri: alter uerò per uices oĩa qñq; moueri, quãdoq; quiescere, alteratione litis & amicitiæ infinities mundũ constituentium, ac destruentium.

Text. 26. ¶ Principium autem rursus idem faciendum est à nunc determinatis, à quo quidem incepimus priùs, aut enim omnia quiescunt, aut oĩa mouentur, aut eorum, quæ sunt, hæc quidem quiescunt, hæc autẽ mouentur. B Etsi eorum, quæ sunt, alia quidem quiescunt, alia uerò mouẽtur, necesse est, aut oĩa aliquando quidẽ quiescere aliquando uerò moueri, aut ipsorum quædam quidẽ semper quiescere, alia uerò semper moueri, alia aũt aliquando quidem quiescere, aliquãdo uerò moueri. Quòd igitur nõ possibile sit oĩa quiescere, dictũ quidem est & priùs. Dicamus autem & nunc, etsi enim secundùm ueritatem sic se habet, sicut quidam dicunt esse id, quod est infinitum & immobile, attamen non uidetur aliquid secun- C dùm sensum, sed mouẽtur multa eorum, quæ sunt. Si igitur sit opinio falsa aut omnino opinio, & motus est, etiam si phantasia sit, etsi aliquando quidem sic uideatur esse, aliquando autem aliter, phantasia enim & opinio motus quidam esse uidẽtur. Sed de hoc quidem considerare & quærere rationem eorum, quæ meliùs habemus, quàm si ratione indigeremus, male iudicare est id quod melius est & peius, & credibile & non credibile, & principium & nõ principium. Similiter autẽ impossibile est, & omnia moueri, aut alia quidẽ semper moueri, alia uerò semper quiescere. D Ad omnia.n. hæc sufficiens est una fides, uidemus enim quædã aliquando quidem moueri, aliquando quiescere. Quare manifestum est, ꝙ impossibile sit similiter, omnia quiescere, & omnia moueri continuè, eò quòd alia quidem semper mouẽtur, alia uerò quiescunt semper.

¶ Cõsequẽter in hoc tex. 26. ut hoc quartũ membrũ accuratiùs repudiet, suumq; quintũ introducat, repetit prę fatã iam supra diuisionẽ, dicens ab eis resumẽdũ esse principiũ, quæ determinata sunt, & quãuis Cõmẽ. hanc clausulã in calce collocet superioris tex- E tus, huic tñ aptiùs intexit. prætermittit aũt in repetitione diuisionis hoc quartũ membrũ, s. ꝙ oĩa qñq; mouentur, qñq; quiescant: tum quia iam proximè dixerat, impugnatũ esse superiorib. aduersus Empedoclẽ, tum ẽt quia statim resumpturus ipsum est, & robustiùs expugnaturus. Repetit ergo ex ordine singula iam refutata membra. Quòd igitur, inquit, non sit possibile oĩa quiescere, dictũ est quidẽ priùs, sed superaddenda est ẽt nunc alia ratio ad hoiem, vt qui contraria dicunt, suis ipsorũ dictis reuincantur. Nã esto, illud uerũ esse, quod Melissus aiebat, s. oĩa esse vnũ infinitũ & immobile, quanquã id nõ appareat secũdùm sensum, F sed uideamus multa moueri (quã quidẽ apparẽtiã ipse negare nequiuerat) inde nihilominus conuincitur, motũ cõfiteri: nã sit. v.g. nostra opinio falsa, uel sit prorsus opinio, siue uera, siue falsa: inde fit consequens motum esse: etenim Opinio est assensus inter duo contraria. s. assertio vnius cum formidine alterius, quæ ideo esse nõ potest, nisi de rebus, uel secundum rem mutabilibus, uel secundum apparentiã. Dupliciter ergo sequitur motum esse, si opinio est: primùm in anima, quæ ex quibusdã rõnibus, uel coniecturis mota procedit ad assensum, quẽ antea nõ habebat:

A habebat: deinde in phantasia ipsa, quę est locus phantasmatum in sensu communi. Adiecit mentionem phantasiæ, vt valentius esset argumentum: nam etiam si nihil moueretur in rebus, sola apparentia sensuum faceret motum phantasmatum in sensu communi, ut patet in dormientibus. Et id inde potissimùm confirmatur, ꝙ hæc sensum apparentia variatur ad uariationem rerum, iudicamus enim quandoque sortem sedere, quandoque uerò ambulare, fit ergo uariatio opinionũ ac phantasmatum ex diuersis rerum apparitionibus, non ergo negari potest motus aliquis in rebus. Dum enim collum columbæ diuersorum apparet colorum, B quanuis illic fit illusio sensuum iudicantium colorem, ubi non est, tamen colorum varietas ex diuerso situ columbæ ad radios solis compareat, sicut varietas colorum in Iride ex diuerso aspectu solis [sed de hoc &c.] Deinde tandem repetit explicatiùs rationem, quam supra fecerat: nempè, ꝙ isti, qui contra euidentiam sensuum, qui circa propria obiecta non falluntur, causas exquirunt, nihil aliud agunt, quàm eorum perscrutari rationes, quæ meliùs habemus, hoc firmiori perspicatiorique cognitione tenemus, quàm ut ratione alia indigeant, eo, quòd habétur vt per se nota. Quod quidem perinde C est, ac siquis diiudicare nesciat inter melius & peius, credibile, & non credibile, principium & non principium: meliùs siquidem scitur per experientiam res quàm per probabilem rationem. Et ideo talis optat id, quòd peius est: & illius rei, quæ per se est credibilis, rationem rimatur, ac si non esset credibilis, nisi per aliud: tandem id, ꝙ est principium, contendit ex alio priori deducere, quæ omnia uitia sunt phi. [Similiter autem.] Transit deinde ad secundum membrum Heracliti, quòd impossibile, s. est omnia moueri, deinde ad tertium iam impugnatum, videlicet, ꝙ impossibile sit, omnium, quæ sunt alia quidem semper moueri, alia D uerò semper quiescere, sine tertio medio: quæ quidem tria membra unica experientia simul repellunt: nempè cum uidemus quædã, quæ medio modo se habent nimirum quæ quandoq; mouentur, eademque quandoq; quiescunt. Concludit igitur confutationes trium membrorum, scilicet quòd sit impossibile, uel omnia quiescere semper, uel omnia semper moueri, uel aliqua semper moueri, & alia semper quiescere, sine mediis rebus, quæ vicissim moueantur, & quiescant.

¶ Reliquum est igitur considerandum, utrùm omnia sint huius modi, vt moueantur & quiescant, an aliqua quidem sic, aliqua uerò semper quiescant, aliqua autem semper mouẽatur, hoc enim demonstrandum est à nobis. Tex. 27. E

¶ In tex. iam demum. 27. ad disputationem descendit, quam prætendit ab initio: nempè cum constitutum iam sit aliqua uicissim moueri & quiescere, utrum omnia sic se habeant (quòd erat quartum membrum diuisionis) an uerò nonnisi aliqua; alia autẽ semper quiescant, quin uerò immobilia sint prorsus: sed alia præterea sint, quę F semper moueantur, ut in quinto tripartito membro propositum est. Hoc enim (inquit) demonstrandum est a nobis. Quod est dicere. Hoc est propositum nostrũ in hoc postremo libro, ut duo hæc demonstremus, puta & primi motoris immobilitatem, & sempiternitatem primi motus, quorum prius disputat usque ad tex. 52. posterius uero exinde.



QVOD

A QVOD OMNE, QVOD mouetur, ab aliquo mouetur.

CAPVT IIII.


Ouentium igitur, & eorum, quæ mouētur, alia quidem per accidēs mouent & mouentur, alia autem per se ipsa. Per accidens quidem, ut quæcunque ex eo, quia sunt in mouentibus, aut iis quæ mouentur: & quæ per partem. Per seipsa autem quæcunque non ex eo, quia sint
B in mouente, aut in eo, quod mouetur, neque ex eo, quia pars aliqua ipsorum mouet, aut mouetur. Eorum autem, quæ per se, alia quidem à seipsis, alia uerò ab alio. Et alia quidem natura, alia uerò uiolentia, & præter naturam, quod enim ipsum à semetipso mouetur, natura mouetur, ut unumquodque animalium, mouetur enim animal ipsū à seipso, quorumque autem motus principium in seipsis est, hæc natura dicimus moueri. Quapropter animal quidem totum natura ipsum seipsum mouet,
C corpus tamen contingit, & natura, & præter naturam moueri. Refert enim & quali motu moueatur, & ex quali elemento constet. Et eorū, quæ ab alio mouentur: alia quidem mouentur natura, alia uerò præter naturam, præter naturam quidem, ut terra sursum, & ignis deorsum, ampliùs autem partes animalium sæpe mouentur præter naturam: iuxta positiones & mutationis modos.

¶ Poterat quidem dispositiùs uel hoc caput designari in superiori particula, ubi est initium textus, uel hic distingui textus: sed noluimus demutare partitionem antiquam. Præmittit ergo in demonstrationis uestibulo diuisionem triplicem tàm mouentium, D
quàm mobilium. Prima est eorū, quæ mouent, alia mouēt per accidens, alia per se. Nomine accidentis complectitur & partes, ut illud dicatur mouere per accidens, quod mouet, uel ideo ꝙ accidit mouēti, uel quia mouit secundum partem: ut si dicas Musicus sanat: non enim necessarium est medico musicum esse, dum sanat, sed accidit ei. Vel si dicas medicus tangit pulsum qn̄ digitis tangit. Pariter moueri secundùm accidens est, uel quòd sit accidēs rei motæ, uel ꝙ res moueatur secundùm partem. Vt si dicas: musicus sanatur, uel homo sanatur, cum solus digitus recuperet sanitatem. Et vterq; modus per accidens uenit in subsequentibus ad propositum. Per se autem mouere & moueri definit per negationē: nempè ꝙ illa mouent per se, quæ mouent, non propterea ꝙ sunt in mouente tanquàm accidens, nec quia mouēt secundùm partem. Et pariter dicendū de his, quæ mouentur. Et licet uideatur artem peruertere definiendi, dum definit id, quod est per se, per id, ꝙ est per accidens: id tamen fecit Authore Alber. quia accidens notius nobis est, quàm intima natura rerum: obidque definit per ea, quæ nobis sunt notiora illa, quæ sunt notiora secundùm se. De hac autem diuisione in fronte libri 5. dictum est. Secunda diuisio. Eorū, quæ per se mouentur, alia quidem a seipsis mouentur, alia quidem ab alio extrinseco. Tertia. Et eorundem, siue à se, siue ab aliis moueantur, alia quidē mouentur natura, alia uerò per violentiā, & præter naturam moueri, vtrisque competere, scilicet tam his, quæ mouentur ab alio, quàm his, quæ à seipsis, & æqua ratione id, quod est per uiolentiā moueri. Et quidem, ꝙ ea, quę à seipsis mouentur, moueātur secundùm naturam, (cuius generis sunt animalia uniuersa, probat: quoniam (ut dictum est lib. 2.)

Moueri ꝑ accidēs, & per se.

E

F

Moueri à seipsis, uel ab alio.

Moueri secūdum naturā & ꝑ uiolentiā.

A lib.2.) illa mouentur secundùm naturam, quorum principium motus est in ipsis. Caue ergo fallaris arbitratus, idem esse moueri à principio intrinseco, & taliter moueri, vt principium motus sit in ipso, quod mouetur, hoc enim secundum plura comprehendit, quam illud. Enimuerò vt aliquid moueatur secundùm naturam satis est, quod principium motus sit in ipso, siue actiuum, siue passiuum: moueri autem à seipso est principium, non qualecunque, sed actiuum esse intus in mobili non uelut accidens, sed velut substantia. Procedit ergo syllogismus Aristotelis à superiori ad inferius sic. Omnia, quorum principium motus est intus in ipsis, siue actiuum siue passiuũ, mouentur secũdum naturam: omnia, quæ mouentur à seipsis habent intra se principium actiuum, ergo mouentur secundùm naturam. Et quanuis exemplum afferat animalium, conuenit tamen & plantis à seipsis moueri. At uerò quoniam animal ex anima constat spirituali, & materiali corpore, moderatur conclusionem: nimirũ quod animal, sit totum contempleris cõpositum, à seipso mouetur, ut inferius fiet patentius, sed tamen corpus animalis, si comparetur non ad motricẽ animam, sed ad elementa, ex quibus constat, potest moueri, & secundùm naturam, & præter naturam. Etenim quia in corporibus animalium terrestrium prædenominatur terra, fit, vt cùm homo ascẽdit, corpus moueatur contra naturam, non quidem totius animalis, sed elementi, & ideo id non fit sine lassitudine. Cùm autem descendit, mouetur secundùm naturam. Si autẽ daretur aliquod animal, cui prædenominaretur elementum aeris (vt aliqui fingunt) illius quidem corpori ascensus esset naturalis, descensus verò præter naturam, quò fit vt intelligentiæ citra lassitudinem circũagant orbes, non solùm quia ipsæ spirituales sunt, sed quia orbes nullum habent

B

Animalia & secundùm, & præter naturã mouẽtur.

C

elementũ repugnans suis nationibus. D Eorum pariter, quæ ab alio mouẽtur, alia mouentur secundùm naturam, ut grauia deorsum ad suum natiuum locum, quorum ideo principium passiuum est in ipsis, ut infra patebit: est.n. eorum forma sic inclinata, quæ ideo à generãte, ceu pulsa fertur deorsum, sicuti & grauia sursum. Subdit quod non solùm secundum corpus ob naturam elementi, verùm secundum partes cõtingit animalia moueri, & secundùm, & præter naturam propter naturales dispositiones & modos, quos mẽbra sortita sunt ad motum. Si enim tibias hominis specularis, quæ per genua retrorsum flectuntur, & formam pedũ, intelliges motum uersus anteriorem partem esse nobis naturalem, & illũ, E qui est retrorsum, esse præter naturã: sicuti manibus ambulare. Brachia nanque in anteriorem flectuntur partem ad amplexandum non ad ambulandũ. Sed in brutis pedes contra anteriores flectuntur retrorsum, & posteriores versus caput: quia ita adaptantur suo motui.

Motus secundùm partes animalium qui sint.

¶ Et maximè moueri ab eo, quod mouetur in iis, quæ præter naturam mouentur, est manifestum, propterea quòd manifestum est ab alio moueri. post ea autem, quæ sunt præter naturam eorum, quæ secundùm naturã, ipsa, quæ à seipsis, ut animalia, non enim hoc est immanifestũ, F an ab aliquo mouentur sed quomodo oportet accipere id ipsius, quod mouet & id, quod mouetur. Videtur enim vt in nauibus, & in iis, quæ nõ natura constant, sic & in animalibus esse diuisum id, quod mouet, & id quod mouetur, & sic totum ipsum seipsum mouere. Maximè autem dubitatur reliquum dictæ ultimæ diuisionis, eorum enim, quæ ab alio mouentur, hæc quidem præter naturam

Tex. 28.

po-

A posuimus moueri, alia autem relinquuntur opponi, quia natura. Hæc autem sunt, quæ dubitationem afferunt, à quo moueantur, ut leuia, & grauia: hæc enim ad opposita quidē loca uiolentia mouentur, ad propria autem leue quidem sursum, graue autem deorsum natura.

¶ Superiori præmissa diuisione, in textu hoc 28. disputationē init illius conclusionis, cuius in principio septimi meminerat, omne quod mouetur, ab aliquo mouetur, quæ quidē necessaria est ad demonstrandum primum motorem esse immobilem. Ob idque B non est inanis repetitio, ut quidā autumant: illic nāq; in ingressu disputationis de primo motu & primo motore demonstrauit hanc præambulā propositionē in genere ex natura motus, hic aūt ad ostendēdum quisnam, qualisq; sit primus ille motor, cōmonstrat eandem in singulis speciebus motus. Prætermittit autem illa, quæ per accidens mouentur, utpotè, quæ ad motum moueantur alienum: sed in ijs, quæ per se mouentur, illā patefecit. At uerò hoc in initio statim animaduerte, ꝙ axioma hoc non cōstituitur à philosopho sub hac forma, Omne quod mouetur ab alia mouetur, eò ꝙ moueri ab alio C pro eo vsurpat, quod est moueri ab extrinseco supposito. Sed est, omne qđ mouetur, mouetur ab aliquo: puta distincto, à mobili, siue illi intrinseco, siue extrinseco. Aliàs nihil esset dicere nec quicquàm proposito inseruiret. Incipit ergo à notissimo dicens id, qđ mouetur, moueri ab aliquo, in iis maximè manifestum esse, quæ præter naturam mouentur, eò ꝙ sit compertissimum moueri ab alio: uide quomodo moueri ab alio est moueri ab extrinseco, uiolentum enim authore Arist. 3. ethi. est, cuius principium est extra nullam cōferente uim passo. Vnde Them. nihil se (inquit) contra naturam mo-ueret, nisi externa uis cogeret & alienus impulsus. D Caue aūt à uersione illa, quę habet, moueri ab eo, quod mouet &c. Græcè nanq; non est nisi, ὑπότινος, hoc est, ab aliquo. Nec relatiuum refert dictum ablatiuū, sed sensus est, rem motā moueri ab aliquo (postea) diuisim legendum est. i. Post illa autē, quæ præter naturam mouētur, uti animalia, uidelicet habentur: hoc est, mouētur quoq; ab aliquo. Et quoniam de his non est euidens, sed sunt in secūdo gradu, non dixit, hoc esse manifestū, s. ad sensum, sicuti de uiolenter motis, sed non esse immanifestum an ab aliquo moueantur: qm̄ ratione & definitione animæ, & corporis depræhenditur illam esse, per se motricem, hoc ēt E per se motum. Est. n. anima, actus corporis physici organici potentia vitam habentis. Hoc ueruntamen non usque adeo patescit, qūo distinguatur in animali ipsius, hoc est, illa pars ipsius animalis, quæ ꝑ se mouet, ab illa, quæ mouetur: vtrum re. s. an sola ratione: nam prima fronte uidetur vulgo, ꝙ omnino in naturalib. animatis perinde res habeat, ut in his, quę non natura constant, puta in artificialibus: nempè ꝙ sicut in nauibus, & in curribus nauta, & auriga mouet gubernando nauim, uel currum, ad cuius motum sedens ipse per accidens mouetur, ita sit & de anima respectu corporis: quandoquidem per artem innotescit natura, quā F imitatur. At uerò, utrùm anima se habeat ut nauta, primo de Anima disputatur, ubi latum statuitur interstitium, nam anima est actus corporis, qualis non est nauta nauis. Quomodo autem distinguatur pars per se mouēs ab ea, quæ per se mouetur, statuere id pergit in subsequentibus. (Maxima aūt &c.) Trinam diuisionem præmiserat eorū, quæ mouentur, utpote eorum, quæ per se, & per accidēs mouētur. Et hoc secundo membro intermisso, ea, quæ per se mouentur, quædam, inquiebat, mouentur à seipsis, ut animalia, de

Quo pacto animalia à seipsis mouentur.

A quibus iam modo dictum est, moueri ab aliquo coniuncto principio. Eorũ autem, quæ mouentur ab alio (quam vocat hic vltimam diuisionem) aliqua mouentur præter naturam, quæ antea dixerat perspicuum esse moueri ab aliquo forinseco principio. Reliquum ergo, inquit, membrum dictæ diuisionis dubitationem habet: nimirum graue, & leue dum ad proprias mouentur sedes, à quo moueantur, nam dum ad opposita mouentur, ut graue sursum, & leue deorsum, iam constat moueri per violentiam.

Tex. 29. ¶ A quo autem, non adhuc manifestum: vt cùm mouentur præter naturam, etenim ipsa à seipsis dicere, im-B possibile est, uitale enim hoc & animatorum proprium. Et sistere possent seipsa, dico autem, ut si ambulandi causa sit sibi, & non ambulandi. Quare si in ipso igne est, sursum ferri, manifestum, quod in ipso & deorsum, rrationabile autem est illud, uno motu moueri solùm à se ipsis, si ipsa seipsa mouent.

¶ Dispertitur aũt disputationẽ hanc de motu naturali grauiũ, & leuiũ: quoniam primò constituit 4. argumentis nõ moueri à seipsis, & deinde ostendit à quo C moueãtur. Causa igitur dubitandi est, quod si secũdùm se, & naturaliter mouentur, fit, ut seipsis existat principiũ motus: est siquidem natura (ut in 2. visum est) principiũ motus eius, in quo est &c. Ex quo rursus videtur consequens, vt à seipsis moueantur. At primũ in contrarium Aristo. argumentũ est. Moueri à seipsis, est propriũ animatorũ, ueluti peculiare officiũ uitæ, grauia, & leuia non uiuunt, ergo neq; à seipsis mouentur. Prior assumpta est omnibus philosophis in confesso, ut patet ex Arist. 1. de Anima, & ex Platone, in phædro. Vbi ait quod externo cietur motore, in animum est: sed illud, cui internum adest mouens, & à seipso agitatur, animatum est, Animatũ, inquit, quia non D solũ animalibus, sed et uiuentib. plantis conuenit. Secundũ argumentũ est. Quæcunq; sibi sunt causa motus, sunt et & sibi quietis: nempe, ut sistere seipsa possint, ubi uoluerint: quæ. n. ambulandi potestate pollẽt, in potestate quoq; habent sua gradũ sistere, ut in animalibus compertũ est, grauia & leuia cessare nequeunt à naturali motu nisi extrinsecùs cohibita, ergo. At ne ullus sit locus cauillo, quod quiescunt in suis natiuis locis, adhibet syllogismum tertiũ validiorem. Si in igne v. g. esset ferri sursum, hoc est si principium & facultatẽ haberet mouendi se sursum, eadẽ ualeret mouere se deorsũ, & quoquò uersùm: cùm enim in animalibus, eò E quod à se mouentur, perspicuũ sit, non ad vnam tantum differentiam positionis moueri, irrationabile est illud igni & terræ tribuere, quod moueantur à seipsis, & tñ vnico rectissimo motu per lineã breuissimam. Hæc duo tñ argumenta, de motu locali, qualem grauibus & leuibus competere cernimus, propriè intelligito: nam planta licet à seipsa moueatur, motu. s. augmentationis, nõ tñ potest pausare motũ nisi alimentũ illi adimas: nec propriè mouetur, ad omnem differentiam positionis: quia nec mutat locum: mouet se tñ plurib. motibus: siquidẽ nutrimentũ alterat, quo F nutritur, & augetur. At quoniam motus localis ab intrinseco fieri nequeat nisi per appetitũ ide fit, ut quoquò uersũ procedat, & sisti quoq; possit ab intrinseco.

Grauia, & leuia non mouetur à seipsis.

¶ Ampliùs quomodo contingit, Tex. 30. continuum aliquod, & compositum ipsum seipsum mouere? Quatenus. n. vnum & continuum, non tactu, eatenus impassibile est, sed quatenus separatum est, eatenus hoc quidem aptum natura est facere, illud uerò pati, neque ergo horum vllum ipsum seipsum mouet (consita enim sunt neque aliud cõtinuum ullum, sed necesse

A cesse est diuidi mouens in uno quoque ab eo, quod mouetur, ut in inanimatis uidemus, cùm aliquod animatorum, mouet illa, sed accidit, & hæc ab aliquo semper moueri.

¶Quartum demum rõnem subtexit in textu hoc 30. q̃ paulò post est aliis inuolutior: in subsequentibus aũt textu.s.4. & infra perspectiùs explicatur, ubi in his, quæ à seipsis mouentur, discernetur pars per se mouens à parte per se mota. Nititur autẽ huic fundamento, quod moueri dicit potẽtiam, mouere uerò actũ, nihil.n.calefit, nisi quatenus caret gradu quopiã caloris, ad quem est in potentia, neq; mouetur B ad talem gradum nisi ab eo quod actũ habet illum, unde fit q̃ si aliquid mouetur à se, distinguendum sit pars quæ sit in potentia ad talem locum, uel formam, ab illa, quæ est in actu, ut totum secundùm diuersas partes, s. mouentẽ, & motã, moueatur, quę sint ideo quodammodo contiguæ. Est ergo syllogismus talis. Compositum quatenus vnũ simpliciter non tactu, hoc est, non contiguum, sed continuum, & consitum, hoc est unitas habens partes, impassibile est (scilicet à seipso) quia non potest seipsum mouere, at quatenus separatum est, id est constans ex partibus C quodammodo disiunctis, & tactu contiguis, ea ratione seipsum mouet, quia distinguitur in duo, quorum unum est aptum facere, & aliud pati elementa uerò, quibus primò conueniunt motus, de quibus nunc loquimur, sursum & deorsum, sunt simpliciter continua ex partibus haud quaquam dissimilib. ergo neque ipsa, neque alia similia continua possunt à seipsis moueri, sed necesse est uniuersaliter distinguere mouens ab eo, quod mouetur, ut patet in inanimatis, quando ab animalibus mouentur, ut cùm homo manu iactat lapidem, uel natura mouet nauim. Sed redarguet protinus quisque, sicut in animali distinguitur anima, uelut pars

Mouere & moueri dicunt actũ, & potẽtiã.

per se mouens à corpore, uelut parte D per se mota, ita & in graui & in leui distinguitur forma à materia, mouetur ergo graue à propria forma, sicuti & à sua animal. Responsio tñ est Cõmẽ. eademq; legitima, q̃ potentia materiæ tm̃ est ad esse simpliciter, qđ actu sortitur à forma: mouere autem & moueri supponit actu esse substantiale, obidq; in quocunq; motu distinguenda sunt duo actu entia, quorum alterũ sit mouens, alterum mobile. Vnde anima nõ dicitur actus materiæ, sed actus corporis physici organici &c. quod in inanimatis non comperitur. Sed de hoc limatiùs in quæstione secunda.

¶ Fiet autem utiq; manifestum diuidentibus causas: est autem & in E mouentibus accipere quæ dicta sunt, alia autem præter naturam ipsorum motiua sunt, vt uectis nõ natura ponderis motiuus est, alia uerò natura, vt actu calidum motiuum est calidi potentia. Similiter autem & in aliis huiusmodi, & mobile autem similiter natura, quod est potentia quale, aut quantum aut, ubi cùm habeat principium tale in seipso, & non secundùm accidens, erit enim idem, & quantũ, & quale, sed alterum alteri accidit, & non secundùm se inest. ignis itaque, F & terra mouentur ab alio uiolentia quidem, cùm præter naturam, natura autem, cùm ad suos ipsorũ actus potentia existunt.

Text.31.

¶Descendens in textu hoc demum 31. ut causas afferat, quibus, & grauia, & leuia mouentur, ait, q̃ sicuti inter mobilia, sic inter mouentia est distinguere, q̃ alia est causa per accidens mouens, ut uectis. Nomen est à vehendo tractum: & est palus vel ligneus, uel ferreus, qui cęmentariis in plurimis est usui: quibus asseribus (ut legitur in Exodo) baiulabatur arca testamenti. Alij (ut Albertus) volunt

A esse ferreas machinas ad iactandos lapides in bello: ac si dixisset ballista: huiusmodi enim instrumenta cũ sint grauia, & organis careant, non suapte natura mouent pondera, sed arte quandoquidem contra naturam grauis mouent illa, quandoq; sursum, alia uerò per se mouent, ut ignis per se calefacit: & calefaciendo per se sulphureos pulueres, per accidens emittit glandē. Similiter & mobile, aliud est, natura sua potentia mobile: uel ad qualitatē, vt aqua est potentia calida, uel ad quantitatem, ut exigua planta est potentia magna, uel ad ubi, vt ignis in furno calcis est potentia naturali in concauo lunę, & qui exurit lapidē, in cētro terræ.

B Et ne obiicias nō inesse istis intus principium actiuũ talium motuũ subdit, ꝙ habet unumquodq; principiũ per se, & non secundum accidens (quæ est definitio naturæ) passiuum saltem, quod sufficit, ut motus sit naturalis. Et quia dixit, non secundùm accidens, subiungit, ꝙ potest res eadem esse in potentia ad quantitatem, & ad qualitatem, ad vnam per accidens, & ad alteram per se: ut si dicas frigidus infans est in potentia procerus, hæc est per accidens: quia accidit paruo, ut sit frigidum, sed est per se in potentia ad calorem, sicut paruum ad magnitudinē. Itaque ignis & terra sunt in potentia

Sufficit principiũ passiuũ, ut motus sit naturalis.

C duplici, scilicet in nou naturali, & per violētiam, ut ille moueatur deorsum, hæc uero sursum, & naturali, cùm contra ad suas proprias sedes feruntur.

Tex. 32. ¶ Quoniam autem quod potentia est, multipliciter dicitur, hæc causa est, ut non sit manifestum, à quo hæc moueantur, ut ignis sursum, & terra deorsum, est autem potentia aliter sciens, qui discit, & qui habet iam, & non contemplatur, semper autem, cùm simul actiuum & passiuũ sint, fit aliquando actu, quod est potentia, ut ipsum discens, & ex eo, quòd potentia est, alterum fit potentia, qui enim habet scientiam, non autem contēplatur, potentia est sciens quodammodo, sed nō vt antea quã disceret, cùm autem sic se habet, si aliquid non prohibeat, operatur & contemplatur, aut erit in contradictione, & ignorantia. similiter autem hæc se habent, & in Physicis, frigidũ enim potentia calidum est, cùm autem fuerit mutatum, iam ignis est, urit autem; nisi quid prohibeat, & impediat, similiter autem se habet & circa graue & leue. Leue enim fit ex

D

E graui, ut ex aqua aer. hoc enim potentia primùm: & iam leue est, & operabitur confestim: nisi quid prohibeat. actus autem ipsius leuis est alicubi esse & sursum, prohibetur autē cùm in contrario loco est, & hoc similiter sese habet & in quanto, & in quali. Attamen quæritur hoc, quare ad suum locum mouentur leuia, & grauia. Causa autem est, quia apta natura sunt in aliquo. & hoc in est ipsi graui & leui esse, hoc quidē ipso sursum, illud autem ipso deorsum determinatum. Potentia autem est & leue & graue multipliciter, sicut dictum est, cùm enim est aqua potentia quo

F dãmodo est leue, & cum aer est, adhuc potentia est, contingit enim impeditum non sursum esse, sed si auferatur impedimentum, agit, & semper superius fit, similiter aũt & quale, ut actu sit, mutatur, illico enim contemplatur sciens, nisi aliquid prohibeat, & ipsum quantum extenditur, nisi quid prohibeat. Qui autem id, quod sustinet, & prohibet, amouit, est ut moueat, est uerò, ut non, ut qui columnam diuulsit, aut qui lapidem remouit à uase

in aqua,

A in aqua, secundùm accidens enim mouet, sicut reflexa sphæra non à pariete mota est, sed à proiiciēte. Quòd igitur nihil horum ipsum mouet seipsum manifestum est, sed motus habet principium, non mouendi, neq; faciendi, sed patiendi.

¶ In tex. igitur. 32. constituit huiusmodi motuum naturales causas, præmissa etiānū alia subdiuisione huius, q̄ est, esse potentia mobile: ob cuius inquit inscitiam, ignoratur à quo hæc moueantur. Est enim potentia, altera remota, altera uerò proxima: Discipulus namque est potentia remota sciēs, quandiu discens nondum acquisiuit B habitum: Philosophus verò doctor habituali scientia imbutus, dum dormit, uel alia curans, est proxima potentia sciens: quia non exercet contemplationis actum. At longum interest discrimen, quòd, qui priori modo est in potentia, non fit in actu, nisi per extremum agens: vt discipulus per doctorem: quia non habet in se formam, qua moueatur. Et hoc est, quod ait, quod semper, si actiuum & passiuum sint simul applicita, fit aliquando, id est aliquo tractu tēporis, in actu, quod erat in potentia: vt qui erat discens, fit doctus. Sed tamen ex priori potentia nascitur potentia alia: nam qui eua C sit doctus, dum non contemplatur, est in potentia quodammodo sciens: at, non uti antea: quia iam non eget extero motore, quin per se statim, nisi impediatur, reducetur ad supremum actum contemplando. (Similiter autem) Applicat hæc intellectu alia ad sensibilia Physica, & primò ad qualitatem. Id enim (inquit) quod est suaptè natura frigidum, vt aqua, potentia (scilicet remota, naturali tamen ratione materiæ) est calidum: cùm autem fuerit mutatum, hoc est, ex aqua ab extrinseco fuerit genitus ignis, iam actu calidum est, Quare statim vrit, nisi prohibeatur. At dum cohibetur,

Potentia propin. & remo.

erit in potentia propinqua vrens: quia D habet in se formam vrendi. Similiter, & se res habet circa graue, & leue: aqua enim est in potētia remota leuis: ad cuius actum forinsecus reducitur, quando uertitur in aerem: & tunc nisi impediatur confestim operabitur, ut pote ascendendo: sed quandiu inhibetur, est in potētia propinqua ascendēs: nam actus ipsius leuis est, alicubi esse, puta sursum. Et hoc (inquit) similiter habet in quanto, & in quali. Horum fortasse exempla ideo prætermisit noua, quod & pauxilum aquæ est in potentia remota adde culpam quantitatem, ad quā augescit dum transforma tur in aerem. At si hic distantiā nequi- E ueris tam lucidè deprehendere inter potentiam propinquam & remotā ad quantitatem, esto tibi exemplum, par uum animalis semen, quod in potētia remota est ad quantitatem animalis, cuius actum acquirit cum fit animal: sed deinceps ubi defectu alimenti, uel aliundè pausatio fit in augmento, augetur in potentia propinqua, idcirco q̄ habet formam, per quā augeri pōt. Atq; idem contempleris in qualitatibus: est.n. semen humanum in potētia remota ad risum, sanitatem, lętitiā &c. sed animatum, si uel per morbum uel per aliud obstaculum cohibeatur, erit F in potentia propinqua, sanus, lætus, ridens, &c. (Attamen quęritur) At cùm enuntiauerit, leue suopte ingenio sursum, grauè uerò, deorsum ferri, intertexit interrogationem, qua posset quispiam facere. Cur uidelicet ad talia loca mouentur: aliud enim est quærere, à qua causa moueantur, aliud cur. Et huius causam nullam præterea reddit, quàm ipsarum naturam rerum, quæ.s. apta sunt moueri aliquo.i. ad locum aliquem suæ quietis. Et hoc inest ipsis à natura, ut esse hoc scilicet ipsius leuis, ipso sursum determinatū sit, sicuti esse illud, puta ipsius grauis loco deorsum. Quasi dicat, hæc est differentia inter graue & leue: nam sicuti pro-

A prium hominis est ridere, ita propriũ est leuis, aptitudo ad sursum. (Potentia autem est &c. Repetit sum epilogo duplicè potentiam grauis, & duplicem leuis, quæ iam satis dilucidè expositæ sunt. (Qui autem id quod sustinet mouet &c.) Ex his demum colligit causas motricis grauium, & leuium, quarum altera est per accidens, altera uerò per se. At prætermittit repetere causam per se, quam textu sequenti palàm profert, & in superioribus satis ac super aperuit: nam generans aerem ex aqua impertiendo illi formam leuis effert per se illam sursum: & illa causa, quæ in sublimi ex

Causæ quæ mouẽtur grauia & leuia.

B vaporibus, seu aquam gignit, seu grandinem, defert illos deorsum. Sed tamen quoniam vsu venit hæc impediri à remorantibus eiusmodi motus, ait, quòd qui id amouit, quod sustinebat molem, est ut moueat, est uerò vt non moueat: hoc est, quodammodo mouet, quodammodo verò minimè. Vt qui columnam diuulsit, qua structura domus erat enixa, is quidem secundum accidens tectum deorsum mouit, tanquam remouens prohibẽs. Sicut ille, qui lapidem remouit à vase in aqua. Sunt, qui intelligant de lapide obstruente os vasis, quo ore effunditur aqua, veruntamen tã ratio, quàm

C phrasis aliorsum spectat. Exemplo nanque de casu grauis subiecit alterum de ascensu leuis. Appellauit enim uas, uel inflatum vtrem, vel vacuum doleum ligneum, quòd superposito lapide vter, propter inclusum aerẽ, ascendit protinus, vt supernatet aquæ. Sed intuere ingenium philosophi, quam pulchro exemplo, subtacitam per se causam pandit. Sicuti iactata (inquit) sphera, seu pila in parietem, à quo reflectitur, non per se mouetur à pariete motu reflexo, sed per accidens, per se autem à proiiciente, qui impressit impetum, sic generantis, per se mouent graue & leue. [Quod igitur nihil horum &c. Infert conclusionem cum moderamine, s. quòd nihil horum seipsum mouet, sed est nihilominus in ipsis principium talium motuum: non quidem actiuum, sed passiuum, tam uidelicet materia, quã forma, quam præterea grauitas, vt quæstione.2.explicabitur, & ideo sunt motus naturales.

D In graui est principal. suimotus.

Si igitur omnia quæ mouentur aut natura mouentur, aut præter naturam, & uiolentia, & quæ vi & præter naturam, omnia à quodam & ab alio, eorum autem, quæ natura rursus, & quæ à seipsis mouentur, ab aliquo mouentur, & quæ non à seipsis, ut grauia & leuia (aut enim ab eo quod generauit, & fecit leue, aut graue, ab eo, quod impedientia & prohibentia soluit) omnia vtique quæ mouentur, ab aliquo mouebuntur. Tex. 33.

E

¶ Text. hic denique trigesimustertius, inductio est, qua princeps conclusio colligitur. Si igitur inquit, omnia quæ mouentur, aut natura, aut præter naturam & uiolentia mouẽtur: & quæ uiolentia mouentur, à quodam mouentur, puta ab extrinseco: & eorum, quæ rursus natura mouentur, ea, quæ à seipsis motu cientur, ut uiuentia, ab aliquo etiam mouentur, scilicet à distincto à se principio coniuncto: sed & ea, quæ non à seipsis mouentur, ut grauia & leuia, uel à generante, vel à remouente prohibens mouentur, consequens fit, ut omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur. Intellige (vti supra præmonuimus) ab aliquo, quoquo pacto distincto, aliàs propositio non erat digna tanta dispu tatione, neque ad rem præsentem quicquam conduceret.

F

Nota.

DE

A DE IMMOBILITATE primi motoris.

CAPVT V.

Fragmentum eiusdem. Text. 33.

HOc autem dupliciter. Aut enim nō per seipsum mouens, sed per alterū, quod mouet mouens, aut per seipsum. Et hoc, aut primum post ultimum, aut per plura. Vt baculus mouet lapidē & mouetur manu mota ab homine, hic autem non ampliùs ex eo, quia ab alio moueatur. Vtraque igitur mouere dicimus, & primum, & ultimum mouentium, sed magis pri B mū. Illud enim mouet ultimum, sed non hoc primùm: & sine primo quidem ultimum non mouebit: illud autem sine hoc, baculus non mouebit non mouente homine.

¶ Hic disiungitur cap. 5. vbi potuisset Commen. designare tex. 34; sed maluit fragmentum hoc, ob perpetuitatem orationis assuere tex 33. Exorditur hic autem demonstrare immobilitatem primi motoris ex præfixa nūc conclusione, id quod per totum hoc capitulum absoluit textibus vndecim. C Procedit autem gradatione optima, ordine penè mathematico per propositiones. Præiacta nanque uti prima basi, omne quod mouetur, ab aliquo moueri, superstruit secundam propositionem, videlicet in mouentibus, & motis non abiri in infinitum, sed in vtranque partem perueniri ascendendo ad primum mouens, & descendendo ad vltimum. Huic autem præmittit talem diuisionem, quam appendit superiori fundamento. Cum omnia quæ mouentur, moueantur ab aliquo, hoc contingit dupliciter scilicet vel ab eo, quod non per se, hoc est, propria virtute mouens, sed est mouens per alterum, puta uirtute alterius: quod mouet uirtute propria: vt cum lapis mouetur à baculo, uel à manu, quæ non D per se mouet, sed uirtute hominis per se mouentis ipsam. Secundo modo aliquid mouetur ab eo, quod per se mouet: sicut lapis, & manus mouetur ab homine. Et quod mouet propria virtute dicitur primum mouens: mediū uerò mouens motū appellatur secundum: sed res mota non mouens, nominatur vltimum. [Et hoc.] Scilicet ꝙ aliquid moueat per seipsum, contingit dupliciter videlicet aut per vnum medium, vt principale agens moueat illud, quòd primum est post vltimum. Exempli gratia, quando homo mouet manu lapidem, mouet illam, quæ est E prima post vltimum, idest proxima lapidi. Aut per plura media: ut cum ludentes pueri certatim baculis agitant lapideum globum. Tunc enim baculus mouet lapidem, sed baculus mouetur à manu mota ab homine: hic autē puta homo, non amplius. s. mouet: ex eo, quia ab alio mouetur. i. tanquā ab alio motus, sed virtute propria. Hæc est expositio Alberti & S. Tho. sed tūc prætermittitur modus, quo aliquid mouetur sine medio ab ipso per se mouente, ut cum aer calefit ab igne, & cęlum voluitur ab intelligentia: quare forsan placebit alia lectio, ut (primū) non sit accusatiuus, sed nominatiuus F in hoc sensu, ꝙ per se mouens vno pacto mouet sine medio, sed est primū post vltimum, hoc est proximum rei postremò motæ, aut per unum, aut per plura media. [Vtraque igitur] Præhabitis diuisionibus adhibet documentum, quòd licet utraque dicantur mouere nimirum tàm ultimum, quàm primum mouentium, & pariter inter media, tamen primum, scilicet quòd propria uirtute mouet, & unde enascitur motus magis, potiusque mouet, tùm quòd illud ueluti motus origo, reliqua moueat, non autem conuersim mouetur ab illis, tum etiam quòd reliqua à primo depēdent, vt sine quo

A moueri nequeunt, non autem uice uersa, sed potest primum absque aliis mouere.

Tex. 34. Si ergo necesse est omne, qđ mouetur, & ab aliquo moueri, aut ab eo qđ mouetur ab alio, aut nõ, & si ab alio quidẽ, qđ mouetur, necesse est aliquid esse primũ mouens, quod nõ ab alio. Si aũt huiusmodi est primũ, non necesse est esse alterũ. Impossibile. n. est in infinitum abire mouens & ipsum, quod mouetur ab alio, infinitorum. n. nihil est primum. Si ergo omne quidẽ, quod mouetur, ab aliquo mouetur, primum aũt mouens mouetur quidem, non aũt ab alio, necesse est ipsum à seipso moueri.

B

¶ His præiactis: orditur in hoc text. 34. ratiocinationem ostendentem deueniendum esse ad primum per se mouens. Quæ erat secũda propositio. Est id ueruntamen operæpretium adnotare, ꝙ (ut hic Cõm. & infra tex. 39. & Eudemus referẽte ibidem Simplicio, & enarratores omnes aiunt) Plato persistit in illa sentẽtia, ꝙ omne, quod mouet, moueatur, atque adeò primũ mouens, cum non moueatur ab alio, moueri à seipso. Et ideo prius hic Ph. vsque ad tex. 39. constituit cum Platone non esse processum in infinitum in mouentibus motis, at deueniendum esse ad primum mouens, quod non ab alio, sed à seipso mouetur. Et deinde contra Platonem ex sua ipsius concessione infert perueniendum tãdem ad primum mouens immobile. At uerò de Arist. dubium multis authoribus ad huc est, quidnam de hac re senserit, uidelicet utrum primũ mobile seipsum moueat, & ideo uerba semper eius obseruabimus usque ad q. 3. in qua res examinabitur, & pro parte negatiua definietur. Attamen quia identidem hic recurrit hæc Platonis opinio, per-

Platonis dogma.

C

Nota.

D functoriè adnotabo, non esse tantam dissensionem inter eum & Arist. quantam apparere alicui fortè potest. Haud enim cogitauit primum mobile, hoc est cęlum, seipsum mouere: sed primũ seipsum mouens censebat esse animã, tam cęli quàm nostram: ut patet in Timæo, & in Phædone, & de legibus lib. 10. Neque uerò (ut S. Thom. in fine 7. & contra Gentiles c. 13. adnotauit) ita multum ab Aristot. differebat: haud enim dicebat animam per se moueri motu corporeo, sed solum motu spirituali: quod Albe. infra super tex. 42. admonet. Differebant ergo, quòd Plato ponebat animam cœli ex eo mouere orbem: quòd seipsa mouebat faciẽdo enim per intellectum in se formas intellectuales putabat mouere orbem. Id quod & nostris animis tribuebat respectu corporum. Aristo. uerò negat animam mouere seipsam propriè per se ut 1. de Anima latissimè contra Platonem & reliquos Phi. docet: ubi text. 45. refert uerba Platonis in Timęo, ubi dicebat animam reflectendo se supra se mouere se quodammodo circulariter, & ideo similiter mouere orbem. Aristot. igitur docet, id quod mouet, haud necesse esse, vt per se moueatur. Quin uerò intelligere animæ potiùs est quiescere: mouetur autem per accidens ad motum corporis. De hoc autẽ pleniùs q. 3. Hac ergo uia ingreditur ad demonstrandum primum motorẽ esse immobilem: nimirum partiendo in duo hanc disputationem, ut in quinque prioribus textibus demonstret, quòd neque si admittatur, omne mouens moueri, fit talis processus in infinitum, ut omne mouens moueatur ab alio, uerùm deueniendum esse ad primum mouens, quod nõ ab alio mouetur, sed à seipso moueat, & in quinque deinceps subsequentibus ex hoc ipso constituto elicit suam ueritatẽ: nempe inficias à nemine iri posse, cuiuscunque sit opinionis, quominus deueniendum sit tandem ad primũ mouens,

E

F

A uens, quod sit omnino immobile. Est ergo demonstratio huiusmodi. Cum omne, quod mouetur, moueatur ab aliquo, necesse est vt moueatur, vel ab eo quod ab alio mouetur, vel ab eo, q̃ nõ ab alio, sed à se mouet. Si ab eo, quod ab alio mouetur, necessarium sit, ut deueniatur ad primum mouens, non motum ab alio. s. supposito distincto. Si autem deuentum fuerit ad primum, non necesse est esse alterũ, unde motus dependeat, quoniam cũ illud non moueatur ab alio, in illo erit caput & origo motus. [Impossibile enim est in infinitum abire motum.] Hanc nõ existimes demonstrationem esse sententię huius

B proximæ, q̃ vbi peruenitur ad id, quod non mouetur ab alio, non necesse est esse alterum. Sed est demonstratio alterius sententiæ superioris. Si id, quod mouetur, mouetur ab alio, qđ mouetur ab alio, & illud rursus ab alio, deueniendũ est ad primum. aliàs abitio (inquit) esset in infinitum: quod est impossibile. Hanc enim impossibilitatem aliter stabiliuit in septimo, hic uerò hac ratione manifestam facit. Infinitorum versus illud extremum, quò procedũt, non datur primum: nam infinitum dicit negationem principij, ubi autem in mouentibus non est primum, nullus potest existere motus, quia (ut paulò ante dicebat) primum mouens sub-

C sequentia, quare vbi, non est primum mouens, nullum subsequentium mouebitur, vt si homo non moueret, neç moueretur manus, nec baculus, nec lapis. [Si ergo omne.] Concludit ergo, quòd si omne, quod mouetur, mouetur ab aliquo, scilicet vel coniuncto, vel extraneo: & primum mouens (vt ostensum est) non mouetur ab alio nimirum distincto supposito, mouetur tamen (vt ait vulgus Philosophorum) necesse est ut moueatur à seipso, hoc est, ut in seipso habeat prin-

Nota. cipium sui motus. Animaduerte, q̃ syllogismus non cogit, nisi statuẽdum esse primum, quod per se moueat, siue moueatur ipsum, siue immobile sit. At D admissa paulisper opinione Platonis, concludit solum, q̃ primum mouens non mouetur ab alio, sed vel à nullo, vel à se.

Amplius autem & sic ipsam hanc Tex. 35 rationẽ est aggredi. omne enim mouens, & aliquid mouet, & aliquo. Aut enim seipsum mouet ipsum mouens: aut alio, ut homo seipso, aut baculo, & uentus deiecit, aut ipse, aut lapis, quem impulit. Impossibile est autẽ mouere sine eo, quòd seipso mouet, id quo mouet: sed si ipsum seipso mouet, nõ necesse est aliud esse, quo mo- E uet, si uerò sit alterũ id, quo mouet, est aliquid quod mouebit, non quodam sed seipso, aut in infinitum abibit. Si uerò aliquid, quod mouetur, mouet, necesse est stare, & non in infinitum ire, si enim baculus mouet ex eo, quia mouetur à manu, manus mouet baculum, si autem & hanc aliud mouet, & hunc aliud aliquid mouẽs est. Cùm itaque aliquo moueat semper alterum, necesse est prius ipsum esse seipso mouẽs. Si igitur mouetur quidem hoc, non autem est aliud mouens ipsum, necesse est ipsum seipso F mouere, quare & secundùm hanc rationẽ, aut mox id, quod mouetur ab eo quod ipsum seipso mouet, mouebitur, aut venit aliquando ad aliquid tale.

¶In text. 35. rationem proximam, quam ascendendo deduxerat, conuersim descendendo magis illustrat. Quocirca mouere per se, uel per aliud, aliter hic quàm illic usurpat. Dicebat enim illic, mouere per se, idem esse, quod mouere propria uirtute, & mouere per aliud, uirtute aliena. Vt homo mouet per se, baculus autem

A autem per hominem: hic autē contra mouere per se, aut seipso, est mouere attingendo mobile absque medio, qđ sit eius instrumentum, & mouere per aliud, seu alio est mouere per instrumentum. Sicuti homo mouet per baculum: baculus verò per se. Habet quidem & hoc verum in quibuscunq; causis subordinatis, cęlum quippe mouet per causas particulares: sed tamen utitur exemplis instrumentorum, quę nostris sunt sensibus familiaria. Ait igitur, quòd eandem ipsam rationem aliter est aggredi, quia omne mouens, & aliquid mouet, & aliquo, igitur aut ipsum mouens seipso mouet absque B medio instrumento, vt intelligentia mouet cœlum, aut alio, ut uentus seipso mouet lapidem, lapide verò demolitur obiectam arborem, uel ædificiū. Et subdit differentiam, quòd id, quo mouet, puta instrumentum, impossibile est mouere sine eo, quod seipso mouet: vt baculus non potest mouere sine homine: quia cum omne agens agat per contactum, necesse est instrumenta attingi ab eo, quod seipso mouet: attamen non est uice uersa necessarium, quòd si aliquid seipso mouet, sit aliud quo moueat. Arguitur igitur inde, quòd si id, quo mouens mo- C uet, sit alterum ab ipso, tunc necesse est, vel quòd deueniatur ad aliquid, quod mouebit non quodam (scilicet distincto instrumento) sed seipso, uel procedatur in infinitū. Atqui hic processus utroque versus decurrit, & versum mobile descendendo per instrumenta, & versum mouens ascendēdo. Enimuerò nisi daretur instrumentum vltimum seipso tangens mobile, non magis sequeretur motus, quàm si non daretur primum mouens seipso tangens proximum instrumentum. (Si verò aliquid.] Cùm processus in infinitum monstratus iam sit esse impossibilis, cōcludit, quòd si aliquid, quod mouetur, mouet, id est quia mouetur, mouet, necesse est ascendendo stare, & nō abire in infinitū. Si enim baculus mo- D uet ex eo, quod mouetur à manu, & manum quę mouet baculum, aliud superius mouet, & hunc puta hominē, aliud aliquid mouens est, & sic in infinitum, nunquam sequeretur motus: igitur cum aliquo moueat semper alterum, id est cùm instrumento mouēs moueat, necesse est tunc, ut illud mouens, vel aliquod summum, quod sit caput omnium motuum, sit seipso mouens. Perspice & hic deductionem tantùm fieri ad illud, quod seipso mouet. Sed quia semper persistit in mouentibus motis iuxta vulgarem opinionem, Nota. colligit, quòd illud primum mouens mouetur, & non est aliud superius mouens, quia illud datum est primum, ne- E cesse est vt illud seipso moueat seipsum. Quare & secundum hāc, inquit, rationem, aut mox, hoc est statim sine medio id, quod mouetur, puta vltimò motum mouebitur ab eo, quod seipso seipsum mouet, aut si mouetur per aliqua intermedia, aliquando venit, hoc est, pertingit ad aliquid tale.

Postea autem, quæ dicta sunt, sic Tex. 36. considerantibus accidēt hæc eadē. Si enim ab eo, quod mouetur, mouetur omne, quod mouetur, aut hoc rebus ipsis inest secundùm accidens, F (ut moueat quidem id, quod mouetur, non tamen propterea quòd mouet ipsum semper) aut non, sed per se. Primum igitur si secundùm accidens, nō est necesse moueri id, quod mouetur. Si autem hoc est, manifestum est, quòd contingit aliquando nihil moueri eorum, quæ sunt. Non enim necessarium est accidens: sed contingit non esse. Si ergo ponamus possibile esse, nullum impossibile accidet, falsum autem fortassis. Sed motum non esse, impossibile est, ostensum enim est prius, hoc, quòd necesse est motum semper esse.

¶Ra-

A ¶ Rationes, quas hinc iam Aristot. orditur, plus efficiunt, quàm ipse concludit: nam eisdem post vtitur ad demonstrandum, perueniendum esse ad motorem immobilem, sed tamen ut à notioribus procedat, satis ducit persuasum id modò facere quod cęperat: nempe non abiri in infinitum in his, quæ ab alio extrinseco mouentur, sed primum mouens, si mouetur, moueri à seipso. Ait igitur, quòd post illa, quæ dicta sunt, sic id est hoc modo qui sequitur, considerantibus hæc eadem accident: hoc est, eadem conclusio, quæ modò demonstrabatur, fiet confirmatior. Arguit autem more suo bidenti B argumento. Si quicquid mouetur, mouetur ab eo, quod mouetur, ita vt vnũquodque mouens (vt vel Platonicis, vel certè vulgo placet) moueatur, aut hoc rebus ipsis per accideus inest, & non propterea quòd mouentes sunt, sicuti accidit, vt scribens calescat, aut non per accidens, sed per se: puta ea ratione, qua mouent. Si secundùm accidens, ergo non est necessaria illa connexio, sed potest primus motor nõ moueri, quod si dederis, sequitur hoc impossibile, quòd cessaret omnino motus in mundo: nam si primum mouens nõ mouetur, & tu ais omne, quod mouetur, moueri, fit vt tũc neque moueat: ipso autem non mouente vniuersus di C spersibit motus. Et nota, quòd unum impossibile sequi ad alterum, nihil prohibet, quòd autem possibile posito sequatur impossibile, hoc ratio priorum Analecticorum abhorret. Et ideo subdit, quòd id, quod accidit, idest quod est per accidens, non est necessariũ, sed contingit non inesse, vt patet per accidentis definitionem. Ponatur ergo illud, quod est possibile, scilicet primum mouens non moueri: hoc autem posito nullum secundum leges dialecticas deberet subsequi impossibile: tametsi sequatur fortassis, idest quandoque falsum, nimirum quando possibile est falsum. At verò motum simpliciter cessare, impossibile est, quia ostensum iã est, D necessarium esse, ut semper sit motus: ad impossibile ergo perducitur, qui simul affirmat, & primum mouens per accidens moueri, & tamen omne mouens moueri.

Nota.

Et rationabiliter hoc accidit. Tria enim necesse est esse, quod mouetur, & mouens, & id quo mouet. Id igitur, quod mouetur, necesse est quidem moueri: mouere autem non necesse est. Id autem, quo mouet, & mouere, & moueri. Pariter enim mutatur hoc simul, & secundum idem cum eo, quod mouetur existẽs. E Manifestum autem est in mouentibus secundùm locum. Tangant enim se inuicem necesse est sic usque ad aliquid. mouens autem sic, ut sit non id, quo mouet, immobile. Quoniam autem uidemus vltimum, quod moueri quidem potest, motionis autem principium non habet, & quod mouetur quidem, ab alio autem, sed non à seipso: rationabile est (ut necessarium dicamus) & tertium esse, quod mouet quidem, cùm sit immobile. Quapropter & Anaxagoras rectè dicit intellectum impaßibilem in F quiens & immixtum esse: quoniam motus principium ipsum facit esse. Sic enim utique solùm mouebit cùm sit immobilis: & uincet cum sit immixtus. Tex. 37.

¶ In tex. 37. adiungit & alteram eiusdem confutationem. Ait inquam rationabiliter hoc accidere: nempe quòd mouens non omne moueatur: & quia est ratio probabilis, dixit rationabiliter. Tria enim (inquit) est considerare in ordine motus, uidelicet id, qđ mouetur, & id, quod mouet, & quo mouet. Atque id quod mouetur, necesse qui-

A quidem est moueri: nimirum in sensu composito, si mouetur: non autem necesse est ut moueat: ei autem, quo mouet, utrunque necessarium est, scilicet & mouere, & quando mouet, moueri. Cuius ratio (inquit) est, quia pariter instrumentum mutatur, & particeps fit motus eius, quod mouetur. Participat enim instrumentum, & quæcunq; causa secunda, tam ratione primi mouentis, a quo recipit uirtutem motiuam ut moueat, quam ratione rei motæ: quia primum mouens non mouet rem postremò motam nisi mouendo intermedias causas. Et hoc est, qđ ait. Tangăt enim se inuicem necesse est sic

B usque ad aliquid: videlicet vt primum tangat secundum, & secundum, tertiũ usque ad aliquod mobile non mouẽs: quia non fit descensus in infinitum. Infert hinc ergo, quòd illud, quod nõ est id, quo mouet, puta quod nõ est instrumentum. sed mouens primum, nihil uetat non moueri, atque adeo esse immobile. [Quoniam autem.] Dilucidat planius consequentiam moueri namque & mouere iunguntur (ut fatetur aduersarius) per accidens: in hoc enim membro persistit: ergo sicut iungũtur intermedio motore, & moueri separatur ab eo, quod est mouere, vt patet in eo, quod postremò mouetur, quod nullo opus habet motionis principio

C rationabile (inquit) est, id est probabile (ut ne interim necessariũ dicamus) quia locus probandi, necessarium esse, inferius dabitur. Rationabiliter (inquit) colligitur, vt in tertio, puta in primo motore separetur mouere à moueri, ita vt sit immobilis. At verò apparet tibi fortasse duplex prodi peccatum in

Dubit. his rationibus Aristotelis. Primum si aduersarius diceret, moueri adiacere mouenti tanquam accidẽs proprium, non procedunt, sed neq; si sit accidens vt quintum prædicabile, vlla inest uis in hac secunda ratione, nam sicuti substantia esse potest sine accidente, non tamen naturaliter accidens sine subiecto, ita non sequitur, ut si in ultimo D

mobili detur moueri absque mouere, in primo mouente detur mouere sine Solutio. moueri. Responsio tamen est, quòd qui dat mouere, & moueri conueniri eidem per accidens, non intelligit tanquam proprium, aliàs conueniret illi moueri, inquantum mouenti, velut risibile homini inquantum homini. Atqui licet accidens accidat substantiæ, est tamen ei natiuum non posse existere sine illa: mouere tamen & moueri, non sic: sed conceduntur accidere tertio [quapropter] confirmat suam conclusionem auctoritate Anaxagoræ, cuius in hoc sententiam probat, quòd intellectum illum separatum, quem sta- E

tuebatut primum motorem, profitebatur esse impassibilem, hoc est undequaque immobilem, & non permixtum materiæ, ac denique simplicissimum: vt, quatenus immobilis fons esset uniuersi motus, & quatenus omni materia, & mixtione superior omnia subiugaret, proprioque agitaret nutu.

At uerò si non secundùm accidẽs, Tex. 38. sed ex necessitate mouetur mouens, si autem non moueatur, non utique mouebit: necesse est mouens quatenus mouetur, aut sic moueri, ut secũdùm eandem speciem motus, aut secundum alteram. Dico autem, quale est, aut calefaciens, & ipsum cale- F

fieri, & sanans sanari, & ferens ferri, aut sanans ferri, ferens autem augeri. Sed manifestum est, quòd impossibile est. Oportet igitur, usque ad indiuidua diuidentẽ dicere. Vt si quid docet geometricè operari: hoc docet geometricè operari secundum idem. Aut si proiicit: proiici secundũ eundem modum proiectionis. Aut non sic quidem: sed secundùm aliud ex alio genere. Vt, quod fert quidẽ, augeri: quod autem hoc auget, alterari

A rari ab alio. Quod autem hoc alterat: secundùm alium quendam moueri motum. Sed necesse est stare, finiti enim sunt motus ipsi. Rursus autem reflectere, & alterans dicere ferri, idē facere est, ac si mox dicat ferens ferri, & doceri docens, manifestum enim est, quòd & à superiore mouente mouetur id, quod mouetur omne, & magis à primo mouentium. At verò hoc quidem impossibile est. Docens enim accidit discere: quorum hoc quidem non habere, illud autem habere scientiam necessarium

B est. Amplius autem his magis irrationabile est: quòd accidit omne motiuum esse mobile, si omne, quod mouetur ab eo, quod mouetur, moueatur, erit enim mobile, ut si aliquis dicat, quòd omne sanatiuum, & sanās, & sanabile erit, & ædificatiuum ædificabile aut statim, aut per plura. Dico autē, ut si mobile quidem ab alio est omne motiuum, sed non secundùm eundem motum mobile, quo mouet propinquum, sed secundum alterum. Vt sanatiuum discibile. Sed hoc ascendendo perueniet aliquando ad eandem speciem: ut diximus

C prius. Alterum igitur horum impossibile est, alterum autem figmentū, inconueniens enim est alteratiuum augmentabile ex necessitate esse.

¶In tex. 38. prosequitur aliam partem dilemmatis, ut propugnet, ac defendat, quòd neque omne mouēs per se mouetur. Et vtitur familiari suo bipenni argumento. Si enim (inquit) cōtrarium dederis, aut intelligis eodem genere & specie motus per se moueri res, quæ mouet, aut alio, & diuerso. Si primum puta, quòd calefaciens per se calefit, & sanans per se sanatur, &c. manifestum est esse impossibile. Nam descendendū est ad specialissimas species (quas hic appellat indiuidua.) ut

D non modò qui docet, doceatur: sed q docet geometriam, eandem per se doceatur, hoc est eadem ratione, qua docet, doceatur. Et non solùm si mouet quis localiter, moueatur localiter, sed qui iacit lapidem, iaciatur & ipse. Quo nihil est absurdius, & sensibus magis obuersum. Potest quidem, qui docet, doceri inueniendo quæ ignorauerat, attamen nō docetur id numero, quod docet. Sicut qui calefacit uno gradu, non per se calefit eodem quippe, quo iam viget. [Aut non sic quidem.] Trāsit ad aliam partem, ut ostendat, quòd

E neq; omne, quod mouetur, per se mouetur alio genere motus. Hoc autem p̄suadet duabus rationibus. Prior est. Cùm motuum genera & species in numero sint finito, nō potes dicere, quòd homo (v.g.) qui mouet lapidem, per se tunc augeatur: & illud, à quo augetur, per se calefiat: & sic ascendendo in infinitū: quia necesse est perueniri ad vltimam speciem motus, & rursus reuerti ad primam. Si autem cauillando, reflexionem admiseris, ita ut illud primum mouens per se moueatur prima specie motus, scilicet locali: qua homo mouebat lapidem, idem, inquit, facere est, ac si mox dicas, ferrens ferri: hoc est in eandem absurditatem superioris ra-

F tionis relaberis, qui potè confiteris id, quod mouet, eadem per se specie motus moueri. Hoc autem est impossibile: nam licet accidat, vt qui docet grāmaticam, doceatur dialecticam, tamē eum qui docet vnam conclusionem, q se doceri eandem, & sic de aliis speciebus motus, est impossibile: siquidem mouere dicit actum, moueri autem carentiam. [Amplius autem.] Repetitio est ferè superioris rationis, nisi quòd illa gradiebatur in specie p motus particulares, hęc autem generaliter per rationes motus. Ait ergo, quòd magis irrationabile est his, id est quam hæc, quæ dicta sunt (est enim Græcæ quasi abla-

A ablatiuus, quod indè sequitur in genere, quòd omne motiuum sit mobile. Appropinquat enim iam ad suum propositum de immobilitate primi mobilis. Sequela autem patet. Si omne, qđ mouetur, mouetur ab eo, quod mouetur, fit tunc vt omne mouens sit mobile, nempe vt omne sanatiuum, sit sanans & sanabile, vt omne ædificatiuũ ædificans & ædificabile. Et tunc medicina erit sanabilis, & homo ædificabilis, quod ridiculum est. Et quòd sequatur, iam deductum est, siue statim, idest quòd absque medio sanans sanetur, siue per plura media, ut quod per se sanat, doceatur ab eo, quod per se ędificatur: nam cum species non sunt infi-

B nitæ, fiet renexio ad priorem: ut paulò ante præmonstrabatur. Et alterum (inquit) horum, scilicet prius, impossibile est, vniuersalem, vt nullus sanet, nisi ea ratione, qua tunc sanatur. Alterum autem, puta per plura media, vt nihil (v.g.) alteret, nisi dum augetur, est de genere impossibilium, quæ absque ulla ratione finguntur ab iis, qui suarum sunt opinionum pertinaces.

Tex. 39. Non ergo necesse est: semper moueri, quod mouetur ab alio, eoque moto. Stabitur ergo. Quare aut à quiescẽte mouebitur id, quod mouetur primum, aut ipsum seipsum mo-

C uebit. At verò si oportet etiam considerare, utrum causa motionis sit, & principium ipsum seipsum mouens, an id, qđ ab alio mouetur: illud omnis vtique ponit, id enim quod per se est causa, semper prius est eo etiam ipso, quod secundùm alterum est.

¶Concludit ergo in tex. 39. non esse necessarium omne quod mouetur, moueri ab alio semper, quod mouetur: sed standum esse in primo, quod vel moueat quiescens, idest tanquam immobile, vel moueatur non ab alio, sed à seipso. Concludit enim semper D

salua opinione Platonis, tunc vulgari, quam hic, Sãctus Tho. & Eudemus referente Simplicio, & Commentatore tribuunt Platoni: nempe quòd omne, quod mouet, mouetur. Sed de hoc quæst. 3. Subdit autem Aristot. in confirmationem suæ conclusionis, tanquã à Platone, vel à triuiali opinione accersitus, quòd si quis considerauerit, utrùm prima causa & origo motionis sit principium seipsum mouens, an id, quod ab alio mouetur, illud utique nimirum prius, omnis homo ponet: nã id, quod per se est causa, prius semper est eo, quod est secundum alterum.

E

Tex. 40. Quare hoc considerandum est sumpto alio principio, si quid mouet seipsum, quomodo mouet, & secundum quem modum. Necesse igitur est omne, quod mouetur, esse diuisibile in semper diuisibilia. Hoc enim ostensum est prius in iis, quæ uniuersaliter de natura, quòd omne, quod per se mouetur, continuum est. Impossibile igitur est: ipsum mouens seipsum penitus mouere ipsum seipsum. Ferretur enim totum, & ferret secundum eandem loci mutationem unum existẽs & indiuiduum specie,

F & alterabitur, & alterabit. Quare docebit utique, & docebitur simul & sanabit, & sanabitur secundum eãdem sanitatem. Amplius autem determinatum est: quòd mouetur id, quod mobile est. Hoc autem est potentia, cùm mouetur, non actu. Quod autem potentia est ad actum pergit. Est autem motus actus mobilis imperfectus. Mouens autem iam actu est. Vt calefacit calidum: & omnino id, quod habet speciem generat. Quare simul idem & secundum idem calidum erit, & non calidum. Similiter

autem

A autem & aliorum unumquodque eo
rum,quæ neceſſe eſt mouens habere
uniuocum. Eius ergo quod ſeipſum
mouet: hoc quidem mouet, illud au
tem mouetur.

¶ Peruenit ergo Ariſtot. ad ſuum
ſcopum, vt tandem demonſtret ad pri
mum motorem eſſe immobilem, ob-
idque ait conſiderandum eſſe ſumpto
alio principio, ſi quid mouet ſeipſum,
quomodo mouet, & ſecundùm quem
mouetur. Ait ſumpto alio principio,
uel quia diſtinctæ quæſtiones ſunt, u-
trum aliquid ſeipſum moueat, & quo
pacto ſe moueat, uel quia noua uten
B dum eſt diuiſione, & ratione, non u-
trum moueatur à ſe, uel ab alio ex-
trinſeco, ſed utrum totum à ſe toto,
uel à parte, uel una pars ab alia. Su-
mit autem exordium ab illa propoſi-
tione, quæ in ſuperioribus demonſtra
ta eſt, omne quod per ſe mouetur (mo
tu corporeo, de quo loquimur) eſſe
continuum, atque adeo diuiſibile in
ſemper diuiſibilia. Dixerim per ſe,
quia punctum & rationalis anima per
accidens mouentur. Atque id, inquit,
in iis oſtenſum eſt, quæ uniuerſaliter
de natura dicta ſunt. Simplicius pu-
tat Ariſtot. ſe citare in lib. 5. text. 41.
At uerò illic non tam de continuita-
C te mobilis tractat, quàm de continui-
tate motus. Sed citat ſe in lib. 6. tex.
31. ubi per hoc demonſtret omne mo
bile eſſe continuum, quod partim eſt
in termino à quo, & partim in termi-
no ad quem. Appellat autem præce-
dentes libros uniuerſaliter de natura,
nam priores quatuor inſcribit de prin
cipiis, & cœteros de motu in genere:
attamen in hoc præſenti agit ſingu-
lariter de primo mobili, motore, &
motu. Igitur Ariſt. duabus iam præ-
ſtitutis propoſitionibus, ſcilicet om-
ne, quod mouetur, moueri ab aliquo,
& perueniendum eſſe in mouentibus,
& motis ad unum primum, quod uel
ſit immobile, uel mouet ſeipſum, co-
pulat iam nunc tertiam, ſcilicet quòd D
cuiuſcunque mouentis ſeipſum (quod
iam ſupponitur eſſe diuiſibile in ſem-
per diuiſibilia) neceſſe eſt diſtinguere
duas partes, quarum altera ſit mouẽs:
& altera mota, ad quam demonſtratio
nem ſupponit, omne, quod mouetur
eſſe diuiſibile in ſemper diuiſibilia.
Et ſunt, qui putant primum mouens
ſeipſum ſecundùm Ariſt. eſſe cœlum,
quam diſputatione iam comment. 34.
in tertiam noſtram quæſtionem præ-
poſuimus. [Impoſſibile igitur eſt.]
Aggreditur demonſtrare tertiam com
memoratam propoſitionem hoc ſyl-
logiſmo. Impoſſibile eſt ipſum ſeip-
ſum mouens penitus mouere ſeip- E
ſum, quin ſit in illo aliquid mouens,
& aliquid motum, ſi quidem mouet
ſeipſum: id autem in quo eſt aliquid
mouens & aliquid motum, nec ſecun
dum ſe totum mouet, nec ſecundum
ſe totum motum eſt, ſed diſtinguitur
in duas partes alteram mouentem, &
alteram motam: ergo concluſio ue-
ra. Minorem probat: quoniam aliàs
recideretur in abſurditatem ſuperio-
rum rationum uniuerſalem, quod id,
quod mouet ſecundum locum, moue
bit eadem prorſus ſpecie motus: &
quod docet, docebit &c. quod mõſtra
tum eſt impoſſibile. Attamen, vt po
tentiorem faciat eandem abſurdita- F
tem ſubdit. [Amplius autem] Quod
non accipias tanquam rationem ſecũ-
dam, ſed tanquam manifeſtationẽ ab-
ſurditatis illatæ. Determinatum enim
inquit, eſt (in 2. ph. tex. 8. & 9.) quòd
id, quod mouetur, eſt in potentia qua-
ſi pergens ad actum. Eſt enim motus
actus mobilis imperfectus, qđ. n. nihil
hẽt de actu, nondũ mouetur, & ꝙ hẽt
cõpletum actũ, iã tunc non mouetur,
ſed illud (v. g.) calefit, qđ in acquiſitio
ne caloris. At verò mouens iã eſt actu,
vt in calidum, antequam calefaciat, &
homo anteꝗ generet hoĩem. [Quare
ſimul.] Cõcludit intentũ, videlicet im
poſſibile eſſe, vt totũ ſe totũ moueat.
Nam

A Nam tunc idem & secundum idem simul esse in actu & potentia, quod est contradictionem implicans: vt calidũ, & non calidum tantum & nõ tantum, homo & non homo &c. Ait autem, eorum quæ habent mouens vniuocum, vt in his inferioribus corporibus est necessarium, in quibus nihil calefacit, nisi sit formaliter calidum, neq; gignit hominem, nisi quod est formaliter homo: sol autem, qui est causa æquiuoca non est nisi altiori modo secundum virtutem calidus. In quo ideo & uerum suo modo habet, quòd non mouet, nisi res quę est actu talis. Vbi secundum Commen. momordit Arist. vellicauitque Platonem: nam etiam si animam,
B vel motorẽ cœli admitteremus mouẽdo se mouere corpora, ille motus quo aĩa mouet per se, nõ est eiusdẽ rationis cum motu locali, quo mouet corpus: nam tali motu solum mouetur per accidens. Concludit igitur, id quod seipsum mouet, de necessitate distingui in duas partes, quarum altera mouet, &
Nota. altera mouetur. At qui hoc memoria retine, ne in subsequentibus halluci-neris: videlicet ex hoc duntaxat, quod aliquid sit seipsum mouens, in quo iõ esse debet, & mouens & motum, adiũcto, quòd nihil potest seipsum secundum totum mouere sine alia præmissa propositione, uidelicet quòd tale seip
C sum mouẽs distinguat in partes duas, mouentem & motam. Et rursus hic ad
Nota. notato, ex eodẽ principio, quo fit manifestum, id quod seipsum mouet, non mouere se totum, secũdum se totum, consequi præterea, quàm neque ideo mouet seipsum, quòd totũ mouet partem, aut pars totum: nam si totum esset ratio mouendi, & pars moueretur, in illa esset simul actus & potentia, & eadem ratione si totum esset ratio mobilis, & pars moueret, in illa esset utrunque.

Tex.41. Quòd autem non est ipsum seipsum mouens sic, ut utrunque ab utroque moueatur: ex his manifestũ est.
D Nec enim erit primum mouens ullũ si utrumque, utrunque mouebit. Quod enim prius: magis causa est mouendi, quam sequens, & mouebit magis. Dupliciter enim mouere est: aliud quidem id ipsum, quod ab alio mouetur, aliud autem à seipso. Proximum autem est, quod longius est ab eo, quod mouetur, principio quã quod in medio est. Amplius non necesse est mouens moueri: nisi à seipsu. Secundùm accidens ergo contra mouet alterum. At sumpsi: contingere non mouere. Erit ergo aliud qui
E dem, quod mouetur: aliud autem mouens immobile. Amplius non necesse est mouens contra moueri: sed aut immobile aliquid mouere necesse est, aut ipsum à seipso moueri, si necesse quidem est semper motum esse. Amplius secundùm quem mouet motum, etiam utique mouebitur, quare calefaciens: calefit.

¶ Attentus semper sis ad ordinem, quasi mathematicum. Arist. quoniam admisso & confesso, illius, quod seipsum mouet, duas esse partes, mouẽtem & motum, nihil vetare videbatur, quo
F minus uel se mutuò mouerent, uel seipsam vtraque, has duas quoq; partes prosequitur destruere. Est ergo quarta propositio in tex. hoc 41. qua ad suum progreditur scopum. Id, quod seipsum mouens, non est idcirco seipsum mouens, quòd vtraque eius pars ab vtraque moueatur. Hanc probat quatuor rationibus, quæ sunt quasi repetitiones superiorum. Nam quæ in diuersis motoribus disseruit, eadẽ & ad diuersas partes eiusdem motoris accommodat. Prima igitur ratio est illatio huius absurdi, quod sequeretur inde, nullum existere primum mouens, atque adeo (vt mõstratum est tex. 34.) nec ullum motum

A motũ siquidem à motore primo dimanat motus omnis. Sequela est manifesta: nam si. a. pars mouet. b. & viceuersa. b. mouet. a. neutrũ est primũ. At ne quis cõmentetur, ꝙ. a. v. g. sit primũ; licet rursus moueatur. a. b. subdit elegãtem rationẽ ex tex. 33. Si enim a. mouet b. & b. a. reciprocè, neutrum magis mouet: sed primũ mouens magis mouet: ergo neutrũ est primũ. Sic formant hic quidã sillogismũ. At forsitan ratio altioris est sẽsus. Etenim si a. mouet b. & b. a. fit vt a. moueat se potius
Nota. quàm moueatur a. b. nã primũ inquit, magis est causa mouẽdi, quã sequens, vt si homo moueat baculum: & baculus
B lapidem, potiùs homo mouet lapidem q̃ baculus. Pari ratione, si. b. mouet a. & a. b. b. potiùs mouet se, quàm moueatur, a b. a. in quo ideo circulo non potest distingui, vtrũ sit prius atq; adeo nec das primũ. Et secundò reciditur in aliud superius impugnatum, ꝙ totum à mobile seipsum totum mouet. Quod aũt id, quod est prius, magis moueat, quàm id, quod est subsequens, quia id nõ patefaceret prius explicat modo. Dupliciter enim, inquit, contingit mouere, scilicet vt vel illa res moueat, quæ ab alio mouetur, vel illa, quæ se ipsa mouet: illa aũt, quæ lõgius distat ab eo, quod mouetur, putà
C quæ seipsa mouet, proximior est primo principio mouẽdi, quã illa, quę est in medio: vt homo baculo mouens lapidẽ, quò magis distat à lapide, coniũctior est primo principio, quàm baculus: atq; ideo primũ magis mouet, qđ erat illatum [Amplius &c.] secundã rationem variè subobscurè explicatam video à diuersis: videtur aũt esse ad hominem talis. Secundum Platonem (vt paulo ante dicebamus) quamuis omne mouẽs moueatur, primũ tamen non ẽ necesse moueri, nisi à seipso, distinctis ergo in primo motore duabus partib. si a. v. g. est primum mouens. i. prima ratio mouendi, illa non per se necesse mouetur nisi à seipsa, ergo si mouetur ab altera, id erit per accidens: at uerò
D (ut supra argumentatũ est, potest accidens à subiecto separari: separato ergo dabitur pars mouens nõ mota, qui est Aristo. scopus. ¶ Tertia ratio deriuatur ex eodem principio, uti supra dicebamus. Si pars illa primum mouens, per accidens mouetur ab altera, potest, non moueri, & si cum hoc pariter sustines, omne mouẽs moueri, fiet ut primum mouens non moueat, quo non mouente omnis motus peribit: ergo si motũ semper esse necesse est, consequens est, ut non omne mouens moueatur. Quarta ratio, resumptio est alterius supra formatæ in diuersis motoribus. Etenim si reciprocatio contin
E git in partibus seipsas uicariè mouentibus, fiet tunc consequens, ut primũ mouens moueatur eo motu, quo mouet, ut calefaciẽs calefiat: nam si. b. mouet a. quo motu mouetur ab ipso, palam id sequitur: quod autem moueatur diuerso, non est possibile, quia totius mouẽtis seipsũ unicus est motus.

At uerò neque ipsius primo seipsum mouentis, aut vna pars aut plures mouebunt, ipsa seipsam unaquæque. Totum enim si mouetur ipsum à seipso, aut ab aliquo eorum, quæ sunt ipsius mouebitur, aut totum à toto. Si igitur quia mouetur aliqua pars; ipsa à seipsa: hæc uti erit illud primum ipsum seipsum mouens. Separata enim hæc quidem mouebit ipsa seipsam. Totum autem: non amplius. Si verò totum à toto mouetur: secundum accidens hæ mouebunt ipsæ seipsas. Quare si non necessario accipiantur non moueri à seipsis. Ipsius igitur totius, non aliud mouebit, cùm immobile sit: aliud autem mouebit. Solùm enim sic possibile est: aliquid per seipsum motiuum esse. Amplius si linea tota ipsa seipsam mouet: hoc quidem Tex. 42.
F

Ee mo-

mouebit ipsius, illud autem mouebitur. Linea igitur à .b.& à seipsa mouebitur & ab a.

¶Tertius modus quo excogitari potest primum mouens moueri à seipso, est, ꝙ detur vna pars quæ seipsam moueat, aut plures, quarũ seipsã vna q̄q; moueat, quod reprobatur in præsenti text. duabus rõnibus. Prior est hæc. Si totũ seipsum mouet, aut hoc asserit, ꝓpterea ꝙ ab aliquo eorum, q̄ sunt ipsius, hoc est ab aliqua ex suis partibus mouet, aut q̄a mouetur à toto, si primũ dederis, illa erit primũ mouens: & ideo nõ totũ, sed pars illa est illud, qđ seipsũ est mouẽs: nã si illa primo mouet, separata quidẽ mouebit seipsam cessante motu totius. Et idẽ sequitur si largiaris, totũ esse seipsum mouens, propterea ꝙ mouetur à pluribus partibus; seipsam vnaquaq; mouente. Si aũt cõcesseris secũdum. s. ꝙ totũ à toto mouet, tunc fit, vt partes, nõ per se, sed per accidens seipsas moueant, nimirũ ad motũ totius: quare non est necessariũ vt per se moueãtur (videlicet à seipsis) obidq; põt contingere, vt nõ moueantur à seipsis. Cõclucludit igitur, ꝙ si detur aliquid seipsũ mouens, necesse est signare partẽ illius mouentẽ immobilẽ, & alterã, quæ mouetur: nã hoc, inquit, solum pacto cõtingere põt, vt aliquid seipsum moueat. Fit ãt subobscurè collectio hęc, nisi conside rate respexeris præcedẽtia. Etenim vt nos supra, & hic S. Thom. annotauit, non vult hoc loco elicere Aristo. ꝙ si detur aliquis mouẽs seipsum, illud diuidatur in duas partes, quarũ vna mouet, & altera mouetur. Hoc enim satis confectũ erat in tex. 40. At q̄a per hoc non excludebatur] quominus, vel vtraque vtramq; vicissim moueret, vel vnaquæq; seipsam, hæc duo deinceps mẽbra repulit: ex quibus iam nũc tribus membris facit hanc collectionem. Si totũ seipsum mouet, datur ĩ ipso pars mouens & pars mota, & ille nec se mutuo, nec seipsas mouent, ergo datur pars mouens nullatenus mota, quòd erat intentum, & altera pars mota, cõsequẽtia tenet ab omnibus modis sufficienter numeratis, quibus excogitari potest aliquid seipsum mouere. Et hoc est quod ait, hoc solum modo id contingere. Quamobrẽ non opus fuit Aristo. vti diuisione illa quinq; membrorum, quam designauit Themistius. Si primum mouens seipsum mouet, aut totum se totum, aut totum partẽ, aut pars totum, aut pars alteram, aut seipsam. Nam secũdum & tertium includuntur in primo, vt diximus commen. 40. qua namque ratione totũ nõ mouet seipsum, sequitur ꝙ nec totum moueat partẽ, ne pars totũ. [Amplius si tota] Adhibet secundã rationem ad eandem conclusionem, ꝙ si totũ seipsum mouet, non est pro eo, ꝙ aliqua eius pars seipsam moueat: nam arguitur de illa parte sicut de toto. Etenim cum illa non possit tota se totam mouere: aliàs idem secundum idem esset in actu simul & in potentia, fit, vt illius partis sit designare duas particulas, puta a. & b. quarum altera mouet & altera mouetur: quapropter illa, quæ mouet, erat primum seipsum mouens, & non tota pars a.b.

Necesse est peruenire ad motorẽ immobile.

Quoniam autẽ mouet, aliud quidem, quod mouetur ab alio, aliud autem immobile existens, & mouetur hoc quidẽ mouens illud autem nihil mouens: ipsum seipsum mouẽs necesse est ex immobili esse, mouente tñ, & adhuc ex eo, qđ mouetur, nõ mouet ãt ex necessitate, sed qualitercũq; euenit. Si. n. a. mouẽs quidẽ & immobile. b. verò id qđ & mouetur ab a. & mouet id, in quo c. Hoc aũt motum quidẽ ab ipso. b. mouens aũt nihil. Si .n. & per plura veniat aliquando in c. fit per vnũ solum. Totũ ergo a.b.c. ipsum Tex. 43.

A sum seipsũ mouet, sed si aufero ipsũ c. ipsum quidẽ a.b. mouebit seipsum, ipsum enĩ. a. est mouens: b. verò id, quod mouetur, ipsum aũt c. non mouebit seipsum, nec penitus mouebitur. At verò nec linea b.c. mouebit ipsa seipsam sine ipso a. Nã b. mouet ex eo: quia mouetur ab alio, non quia à sui ipsius parte aliqua. Ipsum igitur a. b. solùm seipsum mouet. Necesse est igitur ipsum seipsum mouens habere mouens, immobile nomẽ: & id, quod mouetur, nihil autẽ mouet ex neces-

Primum mouẽs immobile.

B sitate: tangentia autem, aut vtraq; se inuicem, aut alterum alterum. Si igitur continuum est id, quod mouet (quod enim mouetur: continuum esse necessarium est) manifestum est, quòd totum ipsum seipsum mouet, non eò quòd ipsius aliquid huiusmodi sit, vt ipsum seipsũ moueat, sed totũ mouet ipsum seipsum & mouens & motum, eò quòd ipsius aliquid est ipsum mouens, & id, quod mouetur. Non enim totum mouet, neque totum mouetur: sed mouet quidem ipsum a. mouetur autem ipsum. b. so-

C lùm. Ipsum autem c. ab ipso b. non ampliùs. impossibile enim est.

Tx. 43

¶ Constituto ergo, ꝙ si primum mouens seipsum mouet, necesse sit diuidi i duas partes, quarum vna moueat, sitq; imobilis, altera verò moueatur, adiicit demonstrare, non esse necessariũ, vt illa pars mota amplius moueat. Proponit ergo, ꝙ cũ duplex sit id, qđ mouet. s. vel ab alio motu, vel existens immobile: & pariter qđ mouetur, duplex: vtpotè vel quod simul mouet, vel quod nihil mouet, necesse est, vt id, quod est seipsũ mouens, constet ex parte ĩmobili. sed mouẽte, & altera, quæ moueatur, non tamẽ, quæ ex necessitate moueat. Vbi quod ait ex necessitate, bifariam ĩtelligitur: vnus enim sensus

D esse potest, ꝙ potest quidem mouere, sed non sit necessarium, vt moueat, & hoc est verũ, si intelligatur de mouere extra. Nihil enim vetat, quin pars illa mota moueat rem aliam supposito distinctã, vt si homo esset primum seipsum mouens, nihil prohiberet quominus anima moueret corpus, & corpus baculum. Alter verò sensus est hic Aristotelicus, nimirum, ꝙ sit impossibile illam partem motam mouere intus aliam tertiam eiusdem totius, si totum erat primum seipsum mouens. Itaque cum deuentum fuerit primũ mouens, quod seipsum mouet, necessariũ est dare duas tantum partes, puta vnã

E immobilem mouentem, & alteram motam nullo modo mouentem. Demonstratio autem est hæc, detur contrarium: nẽpe, quòd illius seipsum mouentis pars mouẽs immobilis sit a: mota verò b. moueat ergo. b. tertiam quæ si. c. nam quòd moueat seipsam, dici non potest, quandoquidem mouetur ab a. Illud autem c. sit. v.g. motum, nihic vlterius mouẽs. Nec refert, inquit si per plura veniatur ad c. hoc est si plures partes intermedie moueant & moueantur omnes ergo illas vsurpemus vice vnius, vt sint tantum tres ordines, scilicet mouens immobile,

F motum mouens, & motum non mouens, vt si homo verbi gratia sit primum seipsum mouens. a. sit anima mouens immobile, manus verò c. & omnia inter media, putà cor, nerui, & musculi. b. Arguit ergo sic demonstrando, quòd primum per se mouens non potest distingui in tales tres partes: nam si adimas c. ipsum quidem a. b. erit seipsum mouens, siquidem a. est mouens. b. verò id, quod mouetur. c. autem cùm non moueat, non mouebit seipsum, nec tota pars. b. c. mouebit seipsam absque a. nam b. non mouet nisi quia mouetur ab alio distincto, nimirum ab a. & non quia mouetur ab aliqua sui parte, quod requiritur,

A vt aliquid sit seipsum mouens, ergo a b. erit priùs seipsum mouens: quàm totum a b c. [Necesse est igitur] Concludit ergo necesse esse, ut ipsum seipsum mouens, puta primum, ex duabus tantum partibus constet, vel habentibus se per modum duarum, uidelicet altera mouente immobili tamen, & altera, quæ mouetur, nihil autem mouet ipsius per se mouentis, Quas quidem partes necesse est inquit, ut uel utraque se mutuò tangant, uel altera alteram, Hanc autem disiunctionem adiecit, propterea

Nota. quòd nondum hactenus meminit de primo motore, utrum sit simplex, plu

B resque, & materiæ omnino expers: quod in fine libri docturus est, id, quod & Plato etiam docebat: obidq; salua illa sententia, cum essent multi Philosophi, qui adstruerent, omne in substantiam, etiam primum motorem habere materialem magnitudinem, loquitur sub disiunctione. Etenim si tam mouens, quàm mobile, materialia sunt, mutuò se contingunt, si uerò mouens sit immateriale & incorporeum, tanget quidem uirtute sua mobile materiarum, haud tamen uicissim mobile attinget motorem. Sicuti intelligentia tangit cœlum nõ autem conuertitur (si igitur conti-

C nuum) colligit ergo quæ dicta sunt, dicens quòd si id, quod mouet, sit continuum, quemadmodum id, quod mouetur (quod de necessitate esse continuum probatum est in hoc, tex. 32.) factum est iam manifestum, id, quod seipsum mouet, non ideo seipsum mouere, quia aliqua eius pars seipsam moueat aliàs per accidens hoc conueniret toti, sed totum est, quod seipsum mouet, & quod est mouens, & motum. Tametsi hæc tria prædicata ratione diuersarum partium conueniunt toti, dicitur enim mouens ratione partis mouentis immobilis, & motum ratione partis motæ, sed mouere seipsum conuenit ei ratione am-

barum simul, nõ enim (inquit) totum per se primò mouet, nec totum per se primò mouetur, sed a. solùm mouet, & b. solùm mouetur. c. autem non ampliùs mouetur ab ipso b. imò hoc non est possibile: si dederis illud, quod est primum per se mouens, ut supra probatum est. D

Primum mouens immobile.

Dubitationem autem habet: si auferat aliquis, aut ab ipso a. si continuum est, id, quod mouet quidem, sed immobile est, aut ipso b. quod mouetur, an reliquum vtique ipsius a. mouebit, aut reliquum ipsius b. mouebitur? si enim hoc: non vtique erit, quæ primò mouetur à seipsa quæ. a. b. remota enim ab a. b. adhuc mouebit seipsam reliqua a. b. An potentia quidem utrumque nihil prohibet, aut alterum, idscilicet, quod mouetur diuisibile esse: actu autem indiuisibile, si autem diuidatur: non ulterius esse eandem habens potentiam, quare nihil prohibet in iis, quæ diuidi possunt, potentia primo inesse. Manifestum est igitur ex his, quòd est primum mouens immobile. Siue enim confestim id, quod mouetur, ab aliquo autem mouetur, stet ad immobile primum, siue ad id, quod mouetur quidem, ipsum autem seipsum mouens est & sistens, utroque modo accidit Vtique id, quod primum mouet in omnibus esse motis immobile. Tex. 44 E F

¶Mouet autem in hoc postremo text. dubitationem hanc. Cum continuum sit diuisibile in semper diuisibilia, unde lib. 6. text. 46. demonstratum est, quòd non datur primum esse motus ratione temporis: quia dato quocunque tempore motus, antea fuit motus, nec

A nec ratione continui, quia ante quālibet partem mouetur alia minor, ut alteratione: & pariter in motu locali dū continuum transit per transuersam lineam non datur pars, quæ primò transibit. Cùm hæc inquit Aristot. uera sint, uidetur nondum esse constitutū primum mouens seipsum. Enimuerò eadem arte qua dempta particula. c. residua puta abest prius seipsum mouens, demum aliquid ab. a. parte mouente, si est diuisibilis uel. a. b. mota, quæ de necessitate est diuisibilis, & tunc de residuo existit idem argumentum, quod sit seipsum mouens, ideoque. a. b. non sit primum seipsum mo-
B uens. Et eadem ratione demptis particulis ab illo residuo, id, quòd superfuerit, erit seipsum mouens: & sic in infinitum [An potentia quidem] Responsio consistit in hoc, quod licet omne continuum sit potentia diuisibile in semper diuisibilia, tñ pôt contingere, ut in ratione mouentis & in rōne mobilis deueniatur ad aliquid, quod non possit actu diuidi. In primis hoc patet, ubi mouens & mobile essent incorruptibilia, sicut si dates animam uel intelligētiam esse primam partem mouentem, & sol, uel aliud astrum, primam motam. Et prætera in caducis & corruptibilibus potest deueniri ad minima, sub quibus
C potest conseruari, tam uirtus motrix, q̄ ratio mobilis, ut ait Cōmentator: nam datur minimus ignis, & minima pars materiæ, quæ potest calorem recipere. Et in serpentibus sectilibus sic nominatis, eò quòd incisi uiuunt, id comperitur, quod dabitur tam parua pars animæ uiuentis, ut sub minore quantitate non possit uitam seruari: Quare nihil uetat, hac ratione signari primum seipsum mouens. [Manifestum est igitur.] colligit ergo conclusionem ab initio propositam, uidelicet quod utrauis procedas uia, siue ascendēdo statim ad primum mouens immobile, quæ est uia Aristotelica, siue ascendendo ad primum seipsum mouens, quæ erat Platonica, uel D
vulgaris, necesse est tandē deuenire ad primum motorem immobilem.

DE PERPETVITATE & primi motoris & primi motus.

CAPVT VI.



QVONIAM autem oportet motum semper esse, & nō intermitti: necessarium est esse aliquid perpetuum, quod primum mouet siue unum sit, siue plura, & primū mouens immobile esse. Tex. 45.

¶ Postquàm constituit de primo motore, immobilem esse, prosequitur in hoc capite alteram eius naturam, puta perpetuitatē demonstrare, ac simul unitatem, idque duabus vijs: prima usque ad text. 49. & deinde altera. At quia per hoc quoq; firmius stabilitur eius immobilitas, vtrunque proponit necessarium in hoc tex. 45. secundum & primum motorem perpetuum esse siue vnum sit siue plura, atque idē immobile. Et utique eandem tribuit necessitatē: ex eo enim inquit, ꝙ in prioribus duobus capitulis conclusum est oportere motum semper esse absque F
principio & fine, sit necessariū, ut detur primum mouens, tum perpetuū, tum etiam immobile: nā etiam si esset seipsum mouens, inesse illi oporteret [ut demonstratum est] partem mouentem immobilem.

Vnumquodque igitur immobiliū quidem, non autē mouentiū perpetuum esse, nihil ad pręsentem sermonem. Quod autem necessarium est esse aliquid, qđ semper immobile quidem ipsum sit omni extranea mutatione, & simpliciter & secundùm accidens, motiuum autē alterius mani- Tex. 46.

A festum est considerantibus sic. Sit autem, si quis uelit: in quibusdam cõtingens, vt sit aliquando, & non sit sine generatione & corruptione, fortassis enim necessariũ est, si quid impers aliquando quidem est, aliquando autem non est: sine mutatione aliquando quidem esse, aliquando autẽ non esse omne tale. Et principiorum immobilium quidem, motiuorum autem quædam aliquando quidem esse, aliquando autem non esse contingat & hoc. Sed nequaquam omnia quidem possibile est. Manifestum B enim est, quòd causa quædã iis, quæ ipsa seipsa mouent, inest, ut aliquando quidem sint, aliquando autẽ non sint, ipsum enim seipsum mouens omne necesse est magnitudinem habere, si nihil mouetur impers. Id autem, quod mouet, nulla necessitate est ex dictis. Vt igitur alia quidem generẽtur, alia verò corrumpantur, & hoc sit continuè, nulla causa est, immobilium quidem, nõ semper autem existentium. Neque eorum, quæ semper quidem hæc mouent, his autem alia. Ipsius enim, quod semper C est, & continui, neque unumquodq; ipsorum causa est, neque omnia. Nã sic se habere perpetuum, & ex necessitate est. Omnia autem infinita, & non simul omnia sunt.

¶ At quoniam à Peripateticorum ingenio alienissimum est, quæstiones permiscere, & confundere, & animalia omnia seipsa mouent, in quibus anima est pars illa mouens per se immobilis, & fuit Pythagoricorum opinio (vt extat 1. de anima) uniuersas animarum species esse perpetuas, abstinet modò ab hac disputatione, dicens, quòd unumquodque immobiliũ mouentium puta animarum, perpetuum esse, nihil ad præsentem sermonem: D quamuis sola rationalis sit perpetua. Appellat iam hinc animas mouentia immobilia secundùm propriam opinionem, contra Platonem, qui dicebat eas à seipsis per se propriè moueri, vt super text. 34. explicuimus. Sed tamen hoc tantùm constituere uult in singulari, quòd sit aliquid semper immobile omni extranea mutatione. Quod adiecit ne excluderet internam operationem intellectus animæ: quæ dum mouet corpus intelligit: & ideo quodammodo patitur, ut habetur 3. de anima: licet non sit propriè motus: id quod & intelligentiis, præterea conuenit, & citra fidem nostram opinari E quis poterat congruere primæ causæ, de qua nihil in superioribus definiuit. Sed ait immobile, & simpliciter, & secundùm accidens ad significandũ primum motorem altioris esse naturæ, & multò magis à materia abstractæ, quàm animam: nam hæc licet per se sit immobilis, mouetur tamen ad motum corporis per accidens: primus autem motor, nec per se, nec per accidens mouetur illo motu, quo mouet corpora. [Si autem si quis uelit.] Hic antequam ingrediatur ueram legitimamque rationem, refutat aliam, qua forsan antiqui utebantur ad ratiocinandum perpetuitatem primi motoris, quæ tamen non est concludens. F Arguebant enim sic fortasse ab immobilitate ad perpetuitatem. Nihil ingenerabile & incorruptibile potest quãdoque esse, & quandoque non esse: omne mouens immobile est ingenerabile & incorruptibile: ergo non potest quandoque esse & quandoque non esse, estque ideo perpetuum. At verò maior est falsa, si intelligatur de ingenerabili & incorruptibili per se, nam indiuisibilia puncta non per se generantur, aut corrumpuntur, quia neque per se sunt, immo non generatur, nisi compositum, vt habetur 7. metaphys. cætera verò congenerantur, & idcirco

A co absque generatione per se conuenit illis quandoque esse, & quandoque non esse. [Et principiorum.] Pari ergo ratione concedit principiorum immobilium mouentium tamẽ, ut potè animarũ aliquas quandoque esse, & quandoque non esse, atque adeo neq; esse perpetuas (excepta rationali in futurum) quamquam sint per se ingenerabiles, & incorruptibiles: siquidem non generantur per se nisi homo & equus, sed anima est id, quo generatur. Attamẽ quòd omnia immobilia mouentia quandoq; sint, quandoq; non sint, hoc
Nota. est impossibile. Animaduerte q̃ se acutè insinuat ad cœlestes motores omni
B no separatos, vt qui non sunt actus cõiuncti corporibus, ostendere pergit, omnes esse perpetuos. [Manifestum enim est.] Prima ergo uia demonstrãdi perpetuitatẽ primi motoris innuitur ex perpetuitate cursus generationum. Assumit enim concessionem, qđ sint quędam mouentia seipsa: uti sunt animalia, ex quo fit, ut ĩ illis sit aliqua magnitudo: nam quicquid mouetur, est partibile, ut ex lib. 6. identidem inculcat, quamuis id, inquit, quod mouet, non ex necessitate sit partibile. ut patet ex dictis de anima. Omne autem partibile si sit compositum, est generabile & corruptibile, fit ergo, ut talia
C seipsa mouentia aliquando sint, & aliquando non sint per generationem & corruptionem. Est ergo syllogismus talis. Huius quod est, aliquando esse, & aliquando non esse, idq; nunquam deficere, sed per continuas generationes & corruptiones perpetuari, aliqua est causa, nam nihil in natura fit sine causa, alias fieret à casu: eius autẽ causa non potest esse aliquid illorum immobilium non semper existẽtium, puta aliqua anima: quia temporariũ nequit esse perpetuitatis causa: neque uerò rationalis anima, quia licet sit in futurum perpetua, non tamen in præteritum, ergo cõfitenda est aliqua causa perpetua eiusmodi uicissitudinis.

Minorẽ subdit illic (vt igitur.) Quod autem sequitur: Neque eorum, quæ semper &c. in uniuersis translationibus, quas uiderim corruptum est. Habent enim. Nec rursus eorum, quæ semper quidem hæc mouent, horum autem alia. Quod nullatenus est intelligibile. Secundùm tamen ambiguos casus gręcos fuit illis causa uertendi per genitiuum, horum id, quod uertendum erat per ablatiuum, his. Est enim sensus. Nec aliquid eorum, quæ mouent hæc, his autẽ, id est, per hæc alia. At duo nihilominus sensus tribuũtur huic literæ. Aliqui enim, ut Nimphus, sentiunt literam hanc de cœlis, ut uelit Aristote. dicere, quòd neque aliquid immobilium, quandoque non existentium, ut puta animarum, neque rursus aliquid eorum (nimirum intelligentiarum) quæ mouent corpora cœlestia, & per illa hæc inferiora, potest esse causa perpetuitatis generationis. At uerò nulla hic intelligentiarum uidetur in mentem uenisse Aristotelis: nam illæ perpetuæ sunt apud ipsum, uult igitur hic prorsus ostendere (ut colligitur ex subiuncta statim ratione) quòd nulla causa eorum, quæ oriuntur, & occidunt, potest esse causa illius perpetuitatis generationis, Commentator ergo legit expositoriè, scilicet quod nullum immobilium aliquando non existentium, ut potè animarum est causa perpetuæ successionis per hoc, quod unum producat aliud, & aliud aliud. Sed hunc sensum nullo modo fert græca lectio. Sensus igitur planissimus est per negationem prius animarum, deinde totius generis formarum causarumque generabilium & corruptibilium. Quasi dicat, Causa illius perpetuæ successionis, nec est aliquid immobilium, puta animarum, quæ sunt partes mouentes suo gradu immobiles, nec uerò aliquid eorum, quæ mouent hæc, & per hæc alia: hoc est neque formarum omnino aliqua corruptibilium, neque sup-

A positorum ullum, ut ignis, qui generat alterum ignem, per quem rursus generat alium (ipsius enim.) Probat eandem minorem sic. Ipsius, quod semper est & continuum simul collectim: influxus autem generationum, perpetuus est & necessarius: ergo causæ corruptibiles non sunt causæ illius: Probat maiorem: nam quòd unum seorsum eorum non possit esse causa, manifestum est, cùm illa causa corrupta post durat generationis cursus: sed quòd neque omnes simul, patet duplici doctissimo uerbo sic: Causæ per se alicuius rei, si constaret ex pluribus causis, nec debent esse infinitæ: B aliàs non sequeretur motus (ut probatum est tex. 34.) & præterea debent esse simul, alias non essent ex se causæ, quandoquidem aliqua deficiente reliquæ nihilo secius agunt, quamuis possit præcedens disponere ad effectum subsequentis, ut usu fit in guttis perforantibus lapidem, istæ causæ corruptibiles, quia secundùm Aristotelem, non habuerunt principium, fuerunt infinitæ, neque verò sunt simul, sed dilabuntur curriculo temporis, ergo non sunt per se causæ talis perpetuitatis, obidque indaganda est alia perpes, perpetuoque mouens.

Tex. 47. C Manifestum est igitur, quòd quāuis decies millies aliqua principia immob[illegible]um quidem, mouentium autem, & multa eorum, quæ ipsa seipsa mouent, corrumpantur, alia uerò insuper generentur, & hoc quidem immobile existens hoc mouet, alterum autem hoc, at nihilominus aliquid esse, quod continet. Et hoc præter unumquodque esse id, quod est causa, ut alia quidem sint alia uero non, & continuæ mutationis. Et hoc quidem his, hæc autem aliis causa motus sint.

¶Cōfirmat ergo in tex. 47. apertius D prehabitam rationem dicens, ꝙ quamuis decies millies (accipit finitum numerum pro infinito) aliqua principia immobilium mouentium, nimirū animarum & multa eorū, quæ seipsa mouent, secundùm animalia corrumpantur: eorum loco generentur, subrogenturque alia: & inter hæc hoc quidem immobile existés, puta hęc anima moueat hoc animal, & hoc alterum: id est alia causa moueat alterum mobile, ita ut singulis mobilium singulæ adscribantur mouentes formæ & causæ, hoc non sufficit ad perpetuitatem generationis, eò quòd causæ huiusmodi classis succumbunt, & deficiunt, series E autem generationum perpetuò est permansura. Sed aliud est horum prima causa, cui nimirum hæc omnia competant. Primum, vt suprema sua virtute caducas has causas contineat. Secundò ut sit pręter hęc inferiora, id quod est, hoc est stabile, & firmum, & nunquam cessum principium, propterea enim substātia dicitur id, quod est, quia omnia sustinet. Et tertiò sit causa, ut alia dissoluantur, & pereant, alia uerò substituantur, sufficianturq; illis ad perpetuandam speciem, ne interrumpatur. Et quartò denique iis, neque aliis, nempe diffluentibus, ac sibi succedentibus particularibus causis causa sit uniuersalis motus: hoc est F fons sit, & origo unde uirtutes hæc inferiores motrices deriuentur. Ac si dicat. Nunquam hoc mixtum aliud gigneret, quod post se relinqueret: nisi à causa perpetua, cui negocium perpetuitatis competit, talem uirtutem susciperet.

Virtutes primi motoris.

Si igitur perpetuus motus est, perpetuum erit, & mouens primum, si unum est. Sin uerò plura, plura perpetua. Vnum autem magis, quàm multa & quàm finita, infinita oportet existimare, eisdem enim accidentibus semper finita magis accipere oportet, Tex. 48.

A oportet, in iis enim, quę natura ſunt, oportet finitum & id, quod melius eſt, ſi cõtingat, eſſe magis. Sufficiens autem eſt, etiam ſi unum, quod cùm primum in mobilium perpetuum ſit, erit aliis principium motus.

¶ In hoc utiq; tex. 43. quoniã propoſuerat in 45. ex perpetuitate motus, quæ neceſſaria eſt propter perpetuam generationum ſeriem inferre à poſteriori neceſſitate unius primi ſempiternique motoris, concludit eandem concluſionem cum eadem ratione dicens, quòd ſi perpetuus eſt motus neceſſum eſt, ut perpetuum ſit mouens, primum quidem ſi unum eſt: ſin uerò plura, quòd omnia ſint perpetua. Sed animaduerte, quòd intelligit de ſingulari motu cęli, de quo uſque ad textu 49. nihil meminit: ſed in genere ſicut dixerat textu 45. quoniam oportet motum eſſe [unum autem.] De unitate quidem primi motoris non erat hic proprius locus dicendi, ſed 12. meta 49. & 1. de cœlo, textu. 90. interne ctit nihilominus hic obiter aſſertionem hanc, quam duabus ratiunculis confirmat. Prima eſt peripateticis genuina. Fruſtra fit per plura &c. Ait ergo, quod ſi unum poſſit ſufficere, unũ potius aſſerendum eſt, quàm multa: quòd ſi multa ſunt neceſſaria, magis conſentaneum eſt, finita exiſtimare, quàm infinita. Eiſdem enim accidentibus: hoc eſt ſi indifferens eſt idemque effectus contingũt, magis accipere & confiteri oportet finita, quàm infinita: quia hoc melius eſt. Etenim ſi infinitum accipias ex parte formæ, & actus, puta infinitam uirtutem unitam in uno, quemadmodum Deus infinita uirtute poſſet, multò id præſtantius eſt, quàm finitum. Et de hoc infinito hic loquitur Ariſto. ſi autem accipias infinitum ex cauſa materiæ, uel quaſi materiæ puta infinitum numerum imperfectionem dicit, puta carentiam termini, qui eſt uelut rei forma. Atque id maximè in cauſis eſt impoſſibile. nam tunc, ut probatum eſt, nunquàm inciperet motus. Eadem ratione cùm pluralitas ad unitatem per ſe reducatur, unum ſupremum confiteri oportet, quod, cùm ſit primũ omnium immobilium, perpetuum ſit, & aliorum principium; à quo & intelligentiæ quoque ipſe quamuis) ſecundùm Ariſto.) ſint æternę, nihilominus ſecundùm eundem dependeant.

Nota.

B

C

D

Manifeſtum autem eſt ex his: ꝙ neceſſe eſt eſſe aliquid unum, & perpetuum primum mouens. Tex. 49.
Oſtenſum eſt enim: quòd neceſſe eſt ſemper motum eſſe. Si uerò ſemper, neceſſe eſt & cõtinuum eſſe. Etenim quod ſemper eſt, continuum eſt. Quod autem conſequenter eſt, non eſt continuum. At uerò ſi continuus eſt, unus eſt. Vnus autẽ, ſi & ab uno mouẽte & unius ſit, ꝙ mouetur. Si enim quiddã aliud & aliud mouebit: non continuus totus motus, ſed conſequenter erit.

E

¶ Subdit unitatis eiuſdem ſecundã rationẽ. Syllogiſmus eſt hic, Oſtenſum eſt in ſuperioribus, motũ ſemper eſſe: ſi autem ſemper eſt, neceſſe eſt & continuum eſſe: nam ſi motus non eſt continuus, ſed ſit fluxus tantùm diuerſorum motuum, non erit ſempiternus, ſed conſequenter ſe habens, atque deinceps citiùs puta unum poſt alium, quod autem ſic ſe habet, non eſt neceſſe eſſe ſemper: quoniam intercidi tur, ergo id, quod eſt ſemper, opus eſt eſſe continuum. In 5. enim libro diſtinctæ ſunt tres differentię quantitatis, ſ. continuę, contiguæ, & conſequenter ſe habẽtis: & idem eſt de motu, qui fit in tpe. Locus hic fauere uidetur Cõm. qui, (ut ĩ exordio libri annotauimus) opinatur illic conſtituere Ariſt. unum ſingularem motum ſempiternũ. Ait

F

Fauet commentator

ſiquidem

A siquidem, hic ostensum est, semper motum esse & si est, semper fit, & continuum esse, atque adeo vnum, hoc autem nullibi videtur ostensum, quàm in prioribus duobus capitulis. At dicendum est nihilominus, quòd phrasis ipsa testatur non esse ostensum, nisi in genere quòd semper fuerit unus, aut alter motus. Sed tamen quanuis sint, qui existiment, nullam hic subinferri mentionem unius singularis motus perpetui, qualis in cęlo est, arbitrantes in tex. 53. sermonem illius inchoari [cuius opinionis est illic San. Tho.] nihilominus iudicio meo manifestè fit hic descensus à motu in genere ad singularem perpetuũ, vt ex vno
B eliciat alterum, indeque ascendat ad demonstrandam perpetuitatem primi motoris. Sic enim palàm arguit ostensum est, quòd necesse est semper motum esse videlicet in genere. Si uerò semper, necesse est & continuum esse. Non intelligas eundem ipsum, quem ostensum est semper esse, sed nititur consequentia cuidam sententię, quam infra profert tex. 56. scilicet quòd motum, continuè esse contingit dupliciter: uno modo ut infiniti cõsequéter se habeant, & hoc pacto non est propriè sempiternus motus, eò ꝙ interrumpitur. Altero modo, ut sit unus cõtinuus: & hic propriè est sempiternus. Intendit ergo hic docere, ꝙ id, quod
C impropriè est sempiternum per successionem plurium, necesse est reduci ad unum motum, qui sit propriè sempiternus: nam quod imperfectè est tale, reducitur ad perfectum, ex quo pendet. Et hic sensus maximè cõfirmatur, quia profectò in toto hoc libro non est proprior locus, in quo demonstretur motus sempiternus continuus, quàm hic: vt textu 53. & 54. apertiùs monstrabimus. Arguit igitur, ꝙ cùm ostensum sit semper motum esse, fit, vt sit assignandus vnus motus continuus, nam quòd semper est, scilicet propriè, continuum est. Etenim quod consequéter est, licet sit quodammodo sem- D
per non est continuũ, sed est deinceps & contiguum per intercisas partes, quod idcirco referri superius oportet in motum propriè sempiternus.

Ex his igitur crediderit aliquis esse quid primum immobile: & rursus cùm respexerit ad principia mouentium. Esse igitur quædam entium, quæ aliquando quidem mouentur, aliquando uerò quiescunt, manifestum est. Et per hoc fuit manifestũ, quòd neque omnia mouentur, neque omnia quiescunt, neque alia quidem semper quiescunt, alia uerò E
semper mouentur. Quæ nanque ad ambo prona sunt, & potentiam habẽt, ut aliqñ quidẽ moueãtur, aliqñ uerò quiescãt, demonstrant de ipsis. Qm̃ aũt huiuscemodi, omnibus sunt manifesta, uolumus autẽ demonstrare, & duorum utranque naturam, quòd sunt alia quidem semper immobilia, alia autem, quæ semper mouentur, procedentes autem ad hoc & ponentes omne, quod mouetur ab aliquo moueri, & hoc esse, aut immobile, aut quod mouetur, & quod mouetur, aut à seipso, aut ab alio semper: processimus, ut accipiamus, ꝙ F
eorum, quæ mouentur est principiũ. Eorum quidem, quæ mouentur, id, quod ipsum seipsum mouet omniũ autem id, quod immobile est. Videmus autem & manifestè esse eiuscemodi, quæ mouent ipsa seipsa, ut animatorum & animalium genus. Hæc igitur & opinionem præbebant: ne fortè contingat motum fieri, cùm nõ esset omnino. Propterea quòd nos in his uidemus hoc contingere. Immobilia enim cùm sint aliquando: mouentur rursus ut uidetur.

Tex. 50.

¶ Post

A ¶ Post priorem locũ probandi perpetuitatem primi motoris ex perpetuitate vicissitudinis generationum, & corruptionum, cõmigrat ad secundum, qui sumitur ex natura principiorum mouentium animalia, puta animarum, quæ suo gradu sunt mouentia immobilia. At quoniam c.3. duo hæc proposuerat demonstranda, quæ sunt immobilitas primi motoris, & æternitas primi motus, quę quidem iam iam cõcludere properat, partitionem propemodum repetit illic præfatam. Resumit inquam manifestum esse, & sensibus peruium existere entium quædã, quæ ad utrumque potentiam habent
B nimirum, ut quandoque moueantur, quandoque uerò quiescant: & per hoc iam fuit explosa Heracliti opinio, ꝙ omnia semper mouentur atque altera Zenonis, quòd alia semper quiescunt, alia uerò semper mouẽtur. Hæc enim tria membra uno experimento refutantur, earum rerum, quæ pronæ sunt & propensę, ut aliquando quidem moueantur, aliquando uerò quiescant. Hæc igitur, inquit cùm sint omnibus in propatulo alia duo [tex.27. proposita] nobis restant demonstranda, nempè quòd sint alia quidem semper mobilia, ut cœli, alia uerò semper immobilia, ut intelligentiæ, ac potissimum
C prima causa: ut rerum uniuersitas in tria pateat dispertita, in hæc nimirũ duo sublimium genera, & tertium sublunarium mixtorum, quæ vicissitudini motus & quietis obnoxia sunt. [Procedentes autem] recolit deinde processum, quo in huiusmodi demonstrandis progressum est: nam supposito illo fundamento, omne, ꝙ mouetur, ab aliquo mouetur, atq; id præterea, à quo res mouetur, aut immobile esse, aut quod mouetur, & tertiò id, quòd mouetur, aut à seipso moueri, aut ab alio, inde, inquit, processimus, ut acciperemus principium eorum, quæ mouentur, atque id quidem duplex. nam in ordine eorum, quędam mouẽt & mouentur conscendimus usq; ad unum, D quod mouet non motum ab alio, sed à seipso: in ordine uerò mouentium simpliciter statuere conamur unum summum principiũ immobile, quod sit omnium caput supremaque causa, etiam eorum, quæ seipsa mouent. Hic videtur affirmare primùm mobile mouere seipsum ad quod reducitur ordo eorum, quæ mota mouent, sed de hoc q.3. Nam exemplum mouentium seipsa solùm ponit in animalibus, sicuti in textu 30. Hac habita repetitione descendit ad propositum, dicens [uidemus autem.] Hoc est oculata experientia comperimus, esse aliqua, quæ seipsa mouent, vt genus animalium. Et E hinc, inquit, sumebatur supra, puta textu 20. argumentum, motum in orbe toto aliquando incepisse, per quod argumentum uidetur corruere id, quod modò connitimur statuere, puta tàm primum motorem esse perpetuum, quàm primum motum. Argumentum autem sumebatur à simili. quòd si in animali & præsertim in homine hoc usu uenit, ut moueri incipiat cùm antea quieuerit, cur non idem & de uniuerso orbe confiteamur.

Hoc autem oportet accipere, ꝙ secundùm unum motum ipsa mouent, & quòd secundùm hunc non F propriè. Non enim ex ipsis est causa: sed insunt alij motus naturales animalibus, secundùm quos non mouentur per seipsa. Vt augmentatio, diminutio, respiratio, quibus mouetur animalium vnumquodque, cùm quiescit: & non mouetur secundùm eum motum, qui est à seipso. Horũ autem causa est continens, & multa ingredientium. Vt quorundam alimentum. Nam dum concoquitur, dormiunt: dum autem disgregatur, excitantur, & mouent seipsa cùm primum principiũ ab externo fit. Quapropter: Tex.51.

A propter: non semper mouentur cõtinuè à seipsis. Aliud enim est mouens ipsum, quod mouetur, & mutatur ad unumquodque mouẽtium seipsa. In omnibus autem his mouetur primus mouens: & causa est, ut ipsum seipsum moueat à seipso, secundùm accidens tamen. Mutat.n. locum corpus. Quare & quod in corpore existit, & uectis motione mouet seipsum.

¶Obiecto igitur argumento in cõtrarium dissoluit ipsum in tex. 51. quæ quidem solutio probatio est destinatę
B cõclusionis. Ait ergo quòd ad diluendam hanc obiectionem, præmonendi sumus hic suppositionis illic factæ, uidelicet quòd proprius motus animalium, quo scilicet à rebus cæteris discernuntur, est motus localis, ut dictum est tex. 20. ueluti progressiuus, & alij aliorum membrorũ, hic enim tum appetentia excitatur, tum etiam uoluntatis imperium subit, quorum alterum est animalibus proprium, alterum uerò homini. Sed tamen hic nihilo secius non omnino propriè tribuitur animali, hoc est non ita enascitur à principio interno animalis, ut nõ alij extrarij ab obiectis sensum an-
C tecedant, quibus forinsecus animal prius immutatur, quàm seipsum hoc motu cieat. Et hoc est, quod subdit. Non enim ex ipsis est causa. At uerò (ut illic partim admonuit Arist. & hic apertius edocet) sunt & alij præterea motus naturales animaliũ, secundùm quos non mouentur per seipsa: ut augmentatio, diminutio, respiratio, quibus animal incipit nõnunquàm de nouo moueri, licet non à seipso: quia non est in sua potestate illis moueri dum uult nisi aduentantibus extrinsecus prioribus causis. ut aere ad respirandum, aut calore, aut frigore, quæ omnia proueniunt à continenti puta & à cœlo, & ab aere. Et præterea mi-

nistrato alimento, quod dum concoquitur (ut commento. 20. exponebamus) ad fumiculos conscendentes, cerebrum ac torpore afficientes senso ia organa causa fit somni, sed perfacta tamen digestione, & per uenas distracto alimento, redit uigilia, atque adeo localis motus, qui fit ab intrinseco per appetitum: cuius tñ primum principiũ fuit extrinsecus [Quapropter.] Confirmat eandẽ assumptam propositionem, nimirum prædictũ motũ localem nõ esse propriũ animaliũ: nam si à seipsis omnino mouerentur, cõtinuè quidẽ sine cessatione mouerentur: at uerò non ita fit, sed fit frequenter pausatio propter mouens extrinsecum, puta aerem, qui dũ mouet mouetur, nã calefactus aer calefacit animal, et in frigidatis in frigidat. &c. qbus alterationibus uariè afficit, inficitque animal, ut modò benigna sit nutritio, modò maligna: cuius utique gratia languidum animal non perinde se mouet, ac dum est firmum. [In omnibus autem his] Confirmat uarietatem motuum animalium, & docet huiusmodi motus nõ esse in illis perpetuos, ex eo, quòd non modò circunstantia mouentia extrinseca nõ mouent nisi mota, uerùm neque anima, quippe quæ dum corpus mouet, mouetur, & ipsa non quidem per se, at per accidens ad motũ corporis rationalis scilicet motu locali, reliquæ uerò, quæ adducuntur de potentia materiæ, motum etiã augmentationis, animæ potissimè serpentum, qui uiuunt incisi: quæ quidem animæ citra cõtrouersiam sectiles sunt & augmenti decrementique capaces. Subiungit exemplum uectis, qui motus ab alio mouet lapidem, ad cuius motum per accidens & ipse mouetur. Cum ait motum animali intercipi nec esse continuum, haud sic absolutè intelligas, ut actio calidi in humidum, in quo uita consistit cessare nisi per mortem possit. Sed loquitur de alijs motibus.

D

E

F

A Tex.52. Ex quibus credere licet, quòd si quid est immobilium quidem, mouentium autem & ipsorum, quæ mouentur secundum accidens impossibile est cõtinuo motu mouere. Quare si necesse est quidem continue esse motum: esse quid oportet primum mouens immobile, & non secũdùm accidens, si futurum est (ut diximus) in iis, quæ sunt, ut sit incessabilis quidam, & immortalis motus, & manere ens ipsum in seipsum, & in eodem: Principio enim manente, necesse est & omne manere continuum existẽs B ad principium. Non est autem idem: moueri secundùm accidens à seipso, & ab altero, moueri enim ab alio: & eorum, quæ sunt in cęlo quibusdam principiis inest, quæ secundùm plures feruntur lationes. Alterum autẽ corruptibilibus solùm.

¶ Hac præhabita superiorum recapitulatione, probat perpetuitatem, in hoc quidem tex. 52. primi motoris, & in sequenti primi motus. Ait ergo per hæc quæ dicta sunt confectum esse, ut cùm immobilia mouentia, putà animæ, moueantur secundùm accidens, C impossibile sit eorum quippiam esse causa, ut continuò sit motus: nam quod est mobile, non semper eodem modo se habet, & ideo nequit esse causa continuitatis motus. Eo præsertim cùm animæ moueantur per accidens ad motum corporis caduci, & quod lassitudine potest succumbere. Fit igitur, ut si necesse sit continuum esse motum, oporteat subinde & primum esse mouens immobile omnino, tàm per accidens, quàm per se: at monstratum iam est in superioribus, in his quę sũnt, idest in partibus uniuersi incessabilem quendam & immortalem motum esse, & manere ens ipsum, puta totum uniuersum in ipso, & in eodem puta in sua figura, statu ordine & modo. Subticet conclusionem, quam tu supple: ergo necesse est existere unum immobile, idemq; perpetuum principium. Et ratio consequentiæ est, ꝙ totum uniuersum nunquàm per labiles causas, & transitorias perpetuò manente, ad quod uniuersum ipsum ab illo dependens referretur. [Non est autem,] Satisfacit obiectioni, quæ illico se offerebat. Dixerat enim, propterea nullam animarum existere causam perpetui motus, ꝙ sit & ipsa per accidens mobilis, contrarium aũt uidetur contingere motoribus Planetarum, quippe qui perpetuò, cõtinuoque motu circunuoluunt suos orbes ab occidente in orientem super suos ipsorum polos, non obstante ꝙ per accidens moueantur ad motum primi mobilis contrario motu ab oriente in occidentem super polos mũdi, respondet ergo, ꝙ commoueri quippiam per accidens, stat dupliciter: uno modò à seipso, & hoc cõuenit animalibus corruptibiliũ, anima enim mouendo corpus seipsam mouet, sed alio modo cõtingit moueri per accidens non à seipso, sed ab altero, & hoc inquit cõuenit quibusdam principiis eorum, quęsunt in cęlo. Litera hæc tamen anceps est, & explicatu necessaria, utrũ intelligat motores ipsos orbium per accidens moueri ab alio, an nõ nisi solos orbes. Alexander enim & qui putant motores orbium esse coniunctos orbibus, ueluti corporibus animas, aiunt & motores ipsos sicuti animæ circunferri per accidens circulatione orbis, & ita hic intelligunt Aristotelem. At tunc profecto nullum esset discrimen hac parte inter animam, & motorem cœli: quoniam motor mouendo orbem à seipso per accidens moueretur. Cuius contrarium ait Aristotel. Indubiè ergo dicendum est, quòd Philosophus non sensit motorem cœli moueri per accidens ad motum sui orbis, quoniam non inest illi tan-

Marginal letters (right column): D Nota. (beside "puta in sua figura"), E (beside "que motu circunuoluunt"), F (beside "motores ipsos orbium").

A tanquàm forma, sed est uno loco immobilis, unde orbem mouet. Quare neque ab oriente in occidentem, neque è conuerso mouetur, ueruntamen ait, quòd impropriè, & per abusum posset dici moueri per accidens ab altero id est ratione alterius, puta sui orbis quem mouet, qui quidem mouetur per se proprio motu, & per accidens motu primi mobilis: cùm tñ intelligentia sit simpliciter immobilis. Qua de causa perpetuo continuoque motu & sibi semper simili mouet.

Tex. 53. At uerò si aliquid est semper huiusmodi mouens quidem, immobile
B autem, & ipsum perpetuum, necesse est & ipsum primum, quod ab hoc mouetur perpetuum esse. Est autem hoc manifestum quidem: & ex eo, quod non aliter esset generatio, & corruptio, & mutatio in aliis, nisi aliquid moueat id quod mouetur. Immobile enim eodem & uno motu semper mouebit eodem modo, tanquàm nihil ipsum mouetur ad id, quod mouetur. Quod autem mouetur, ab eo quidem, quod mouetur, ab immobili autem mouetur iam propterea, quod aliter ac aliter
C se habet ad res ipsas, non eiusdem motus erit causa. Sed ꝓpterea quòd in contrariis est locis, aut speciebus cõtrariè præstabit ut moueatur vnũquodque aliorum, & aliquando quidem quiescat, aliquando moueatur. Manifestum igitur factum est ex dictis, & quòd in principio dubitabamus: cur nam non omnia aut mouẽtur, aut quiescunt, aut alia quidem mouentur semper, alia uerò quiescunt, sed quædam aliquando autem non. Huius enim causa manifesta nunc est, quod alia quidem ab immobili sempiterno mouentur. D
Quapropter semper mutantur. Alia uerò, ab eo quòd mouetur & mutatur. Quare & ipsa necessarium est mutari. Immobile autem, ut dictũ est, tanquam simpliciter, & eodem modo, & in eodem permanens: secundùm unum & simplicem mouebit motum,

¶In hoc 53. tex. arbitratus est. S. Th. Aristotelem mõstrare perpetuitatem primi motus, ob idque reprobat Cõmentatorem dicentem, in superioribus Aristotelem meminisse primi motus: nam tunc circulari ũitiosaque E
adeo demonstratione usus fuisset, dũ in præcedentibus per æternitatem primi motus demonstrasset æternitatem primi motoris, nunc uerò conuersim per æternitatem primi motoris demõstrat æternitatem primi motus. At verò ut facilè crediderim, Contra Commentatorem, in duobus primis capitulis nihil fuisse locutum Aristotelem de primo motu, sed de perpetuitate motus in genere, tamen in tex. 59. id, ni fallor, negari non potest. Et præterea in tex. proximo forsam licet non ita clarè eundem commemorabit per illa uerba. ut sit incessabilis qdã & immortalis motus. Igitur si verum habet, ꝙ hic demonstratur ęternitas primi motus, dicendũ est, quod F
hactenus probauit à posteriori per cõtinuitatem primi motus æternitatem primi motoris, nunc uerò priori conuertitur demonstratio. Attamen apertè videtur Aristote. hic demonstrare, non quidem perpetuitatem primi motus, sed re uera primi mobilis, cuius hactenus non meminerat. Itaque ex perpetuitate fluxus generationum ascendit ad primum motum sempiternum, indeque ad primum motorem, & iam nunc inde descendit ad primum mobile, ut rationem afferat tàm perpetuitatis generationũ, quàm

A uarietatis & uicissitudinis, ut aureo hoc circulo eò reuertatur unde profectus est. Ait ergo q; si unum extat mouens immobile, ipsumque perpetuũ, necesse est & ipsum primum, quod ab hoc mouetur, perpetuum esse; Cuius ratio prima est, & si non prolata, quòd unicuiq; motori proportione respondet suum mobile, cùm ergo primus motor sit perpetuus, fit, ut sit etiam & primũ mobile. At uerò subdit secundam rationem de media Philosophia depromptã: aliàs, inquit, si mouens illud primum immobile inferiora hæc immediatè moueret, & non per aliud sempiternum mouens, quod moueretur, non posset exhiberi ratio uarieta-
B tis diuersitatisq;, tum temporum, tum maximè rerum generabilium, quæ in diuersis temporibus, & climatibus procreantur, nam mouens immobile cũ semper eodem, sibiq; simillimo se haberet modo, nunquam ex eisdem elementis tantam rerum diuersitatem gigneret. (Quod autem mouetur.) Id est cùm autem globus hic sublunaris moueatur ab eo quidem, quod mouetur ab immobili, putà mouetur à cœlo, quod mouetur ab intelligẽtia, propterea, inquit, quod cœlum ipsum, & potissimum orbes planetarum aliter atque aliter se habent ad res ipsas infe-
C riores, contingit tanta earum uarietas ac diuersitas. Siquidem propter obliquum motum sub Zodiaco, nunc sol aliaq; astra appropinquant aliquibus climatibus à quibus post elongantur, & ideo non eiusdem prorsus motus sunt semper causa, sed propterea quòd sol in cõtrariis est locis, aut speciebus contrariè præstabit ut moueatur unũquodque horum inferiorum: & quandoque quiescant, quandoque autẽ moueantur. Adiecit, [uel speciebus] aut propterea quòd nondum huc usque definiuit an cœlum sola latione locali moueat, an uerò influentia, aut propterea quòd cogitauit adiicere inter causas etiam ad elementa, nam propterea

quod aer motus mouet animal, fit ut qñdoq calefactus calefaciat, & aliquã do infrigidatus infrigidet. Manifestũ igitur) Concludit tandem id, quod c. 3. proposuerat: nempe, cur nam aut omnia moueantur (ut dicebat Heraclitus) aut non omnia quiescat (ut docebat Zeno] Rursus cur non oĩa diuidantur tantùm in duo, ut alia quidem semper mouentur, alia uerò semper quiescunt, sed sit medium quorũdam, quæ aliquando mouentur & aliquando quiescunt, huius namque postremi membri causa manifesta nunc est per hanc proximam rationem. Enimuerò quoniã sunt alia duo genera rerum, alterum quod mouet semper im mobile, alterum quod semper ab eodem immobili mouetur: hac quippe de causa illa, quę mouentur ab immobili sempiterno, ut cœli semper uno simplici motu mouentur propter simplicitatem primi mouentis: aliis uerò puta his inferioribus, quia mouentur ab eo, quod mutatur, vt potè à cœlesti corpore, quod mutatur per accessum & recessum, contingit diuersitas, vt aliquando moueantur, aliquando verò quiescant. Immobile autem (vt dictum est) scilicet primum mouens, simpliciter & eodẽ modo permanens, secundùm simplicem motum semper mouebit. In summa, causa varietatis diuersitatisq; rerum generabilium, & eius, quod diuersis temporibus quiescant, & moueantur, causa sunt cœli mouentes moti causa verò perpetuitatis in eisdem generationibus, vt nunquam deficiant, causa est primum mouens immobile. Ex cuius immobilitate argumentum ascíscimus q. 1. quod Deus agat permodũ naturę. Animaduerte hic id, quod semper hactenus admonuimus, videlicet, q; nunquàm Aristo. motus inferiores reduxerit ad primum, quod seipsum mouet ad primum mobile, quòd mouetur in mobili separato. Neq; verò rationes istæ. Aristotelicæ conuincunt perpetuita-

Nota.

tem

A tem primi motus: quia secundùm fidem primum mouens absque sui mutabilitate inchoauit motum, quando illi placuit.

QVOD SOLVS MOTVS secundùm locum posit esse perpetuus.

CAPVT VII.

Tex. 54. T verò & alio facto principio magis erit de his manifestum. Considerandum enim est: utrum aliquem motũ contingat esse continuum, an non, & si contingit, quis est hic, & quis primus est motuum. Manifestum enim est, quòd si necessarium quidem est semper motum esse, primus autem hic & continuus est, quòd primum mouens mouet secundum hunc motũ, quem necessarium est unum & eundem esse, & continuum & primum.

B

¶ Cùm hucusque de primo motore, motu, & mobili in genere disputauerit, an sint tria hæc perpetua, iã modò sermonem accommodans ad singularia, incipit explorare, quis qualisq; sit motus iste, & mobile, & mouens. Proponit ergo considerandum esse, vt hæc magis fiant manifesta, utrum aliquem singularem motum contingat esse continuum: intellige, non modò cuius partes faciant vnum, sed cuius nullum fuerit initium, neque futurus sit finis: & si sit, quisnam ille, quisq; sit primus. Dicit autem alio facto principio, quia nouã exorditur materiam. In hoc ergo 7. c. ostendit talem motum continuum & primum neutiquam esse posse, nisi localem. At ne quis hallucinaretur, non esse eundem motũ, qui continuus, unusque est, puta infinitus, & qui est primus, subdit manifestum esse, ꝙ si necessarium est semper motum esse (vt iam modò deductum est) hic autem motus. s. qui semper est, primus est, & continuus: nam id, quod sempiternum est, prius est temporalibus, & sempiternus est, continuus, & unus, sequitur, ꝙ primũ mouens mouet secundùm hunc motum, quem necessarium est vnum & eundem esse, & continuum, & primum: nam eo, quòd mouens est primum, fit vt suus quoq; motus sit primus: & ex eo, quòd est immobile, sequitur, ꝙ cõtinuò moueat, atque adeo ꝙ eius motus sit vnus, & idem. Perinde est, ac si dixisset, ꝙ primus ille motus, quem quærimus, est ille, quo primum mouens mouet. Et hoc est, quod proponit Aristo. manifestum facere.

C

Nota.

D

E

Tex. 55. ¶ Tribus autem existentib. motibus, alio quidem secundùm magnitudinem, & alio secundùm pasionẽ, & alio secundùm locum, quem uocamus loci mutationem: hunc necessarium est esse primum. Imposibile. n. est, augmentationem esse, alteratione non præexistente. Quod enim augmentatur, est quidem, vt simili augeatur, est autẽ, ut dissimili. Contrarium enim alimentum dicitur esse contrario. Adiungitur autem omne factum simile simili. Necesse igitur est, alterationem esse eam, quæ in contrarium est mutationem, at uerò si alteratur: oportebit esse alterãs, & agens, & potentia calido actu calidum. Manifestum est igitur: quòd mouens non similiter se habet, sed aliquando quidem propinquius est, aliquando autem lõgius ab eo, quod alteratur, est. Hæc autẽ sine loci mutatione non contingit esse Si ergo necesse est semper motum esse: necesse est & loci mutationem esse semper primam motuum. Et si loci mutationis alia quidem prior, alia uerò posterior

F

A sterior est: primam. Amplius autē omnium passionum principium est densitas & raritas. Etenim graue & leue, & molle & durum, & calidum & frigidum densitates videntur esse, & raritates quædam. Dēsitas autem & raritas congregatio & disgregatio, secundùm quas generatio & corruptio substātiarum dicitur, quæ autem congregantur & disgregātur, necesse est & secundùm locum mutari. At verò & eius, quod augmentatur, & diminuitur, mutatur secundùm locum magnitudo.

B

¶Probat igitur primum omnium, motuum necessariò esse lationem secundùm locum duabus rationibus. Prior supponit, tres omnino esse species motus, scilicet augmentationē, alterationem, & motū localē. Et est talis. Augmentationem necessariò antecedit alteratio, alterationē motus localis: ergo primus omnium motuum est localis. Probatur prior præmissa, quoniam augmentatio fit per alimentum, quod in initio est dissimile rei, quæ alitur, & in fine simile: non.n.adiungitur, hoc est, conuertitur in substantiam aliti, nisi quando est simile, nihil autem mutatur à contrario in contrarium nisi per

C alterationem, quæ est motus inter cōtrarias qualitates: ergo alteratio præcedit augmentationem propriè dictā, nam illa, quæ fit per infusionem aquæ in aquam, non est propriè augmentatio. [At verò.] Quòd autem alteratione prior sit motus localis, inde patet, ꝙ ad alterationem requiritur agēs alterans, quod faciat (verbi gratia) de potentia calido actu calidum: hoc autem non semper est similiter propinquum passo, aliàs non magis nunc, q̄ antea calefaceret: ergo ad agendum necesse habet admoueri passo, hæc autem admotio fieri non potest sine motu locali: ergo hic ē prior. Exemplum patescit in alimento, quod nisi applice D tur stomacho, non fiet digestio, neque nisi præuia digestione fiet augmentatio. Concludit ergo, ꝙ si necesse est sē per motum esse, necesse est lationem, hoc est motum localem esse primam.

Quòd si inter lationes ullus sit ordo prioris & posterioris (qualis est inter rectam & orbicularem) illa, quæ inter eas est prima, erit simpliciter motuū prima: ut de orbiculari fiet manifestū. [Ampliùs autem] Adiungit rationem secundam, quæ non tàm de sua opinione profert, q̄ de illa, quæ fuit antiquorum, vt idem secundum omnes persuadeat. Fuit enim antiquorum opinio, E vti Democri. & Anaxagoræ, ꝙ raritas, & densitas non solùm essent omnium qualitatum primę, verum & propria generationum initia. Nam raritas fiebat secundum Democritum per atomorū disgregationem, & densitas per earundem congregationem, per quod penitus differebant mixta: vt lana à ferro: & à raritate emanabat calidum, humidum, leue, molle, &c. à densitate verò, frigidum, siccum, graue, durum. Deceptio autem Democriti erat, ꝙ non speculabatur causas, nisi ratione materiæ: & quidem ex parte materiæ rarum & densum, quæ illi conueniunt ratione quantitatis, præcedunt cæteras qualitates: & sic experimur, ꝙ mobile dum per calorem disponitur, rare F fit, & dum disponitur per frigus, condensatur. Si autem considerationē ad causas retulisset agentes, agens potius per calorem rarefacit materiā, q̄ ècon uerso rarefactio fit causa caloris. Igitur quia usque ad librum de generatione nihil de his definiuit, accipit tanquàm probabilem, opinionē illam, ut ostendat motū localem non solùm anteire alterationi, sed etiā generationi, quam quis posset putare esse priorem, motu locali pro eo, ꝙ per generationem fit substantia, quæ prima est rerū omniū prædicamentorū. Arguit ergo. Raritas, & dēsitas principia sunt aliarū

A qualitatum : denſitas uerò, & raritas, congregatio, & diſgregatio dicuntur (puta ab antiquis) ſecundum quas generatio fit & corruptio ſubſtantiarũ: congregatio & diſgregatio ſunt quidã motus ſecundum locum : ergo hic eſt primus tàm generatione quàm alteratione. At uerò quòd prior ſit quoque augmentatione & diminutione prẹter ſuperiorem rationẽ eſt & altera, quòd augmentatio & diminutio non fiunt niſi per motum localem: tum quòd alimentum, per quod fit alimentatio diſtribuitur per arterias, tum quia accretio ipſa eſt dilatatio ad maiorem
B locum, & decretio coarctatio ad minorem.

Tex. 56. ¶ Ampliùs & hinc conſiderantibus erit manifeſtum: quòd loci mutatio prima eſt. Primum enim, ut & in aliis, ſic & in motu dicetur utique multifariam. Dicitur enim prius, & quo non exiſtente, non erunt alia, illud uerò ſine reliquis. Et quod tempore. Et quod ſecundùm ſubſtantiã. Quare quoniam motum quidem neceſſarium eſt eſſe continuè, erit autem continuè, aut qui continuus eſt, aut qui conſequenter, magis autem
C qui continuus eſt, & melius eſt continuum, quàm conſequenter eſſe, quod autem melius eſt, ſemper arbitramur in natura eſſe, ſi poſsibile eſt, poſsibile autem eſt continuum eſſe, demonſtrabitur autem poſteriùs, nunc autem hoc ſupponatur, & hũc nullum poſſe eſſe, niſi lationem, neceſſe eſt lationem eſſe primam. Nulla enim neceſsitas eſt: aut augmentari, aut alterari id, quod fertur. Neque igitur generari, aut corrumpi. Horum autem nullum eſſe contingit: ſi continuus non ſit, ſecundùm quem mouet primum mouens.

D ¶ In hoc text. 56. tertia, eademque tripertita ratio. Haud enim ſatis duxit aſſerere, motum localem primum omnium eſſe, niſi & commonſtraret cunctis modis eſſe primum, quib. res aliqua prior eſſe poteſt, quàm alia. Trifariam enim id quidem contingit, videlicet, ſecundum exiſtentiam, ut idẽ eſt prius, quo non ſubſiſtente, nec alia exiſtunt, poteſt tamen abſque aliorum conſiſtentia ſubſiſtere, qua ratione vnum prius eſt, quàm duo. Mox ſecundum tempus: ut id ſit prius in præteritum, quod remotius eſt à prẹſenti: in futurum autẽ, quod eſt propinquius, ut lib. 4. dictum eſt text. 129. Atque
E adeo tertio modo ſecundum ſubſtantiam: hoc eſt ſecundum rei abſolutionem & uirtutem: ut actus prior eſt potentia: & perfectum imperfecto. [Quare quoniam.] Probat lationem ſecundum motum eſſe primo modo primã hoc ſyllogiſmo. Hoc, quod ſimpliciter eſt ſempiternum, prius ſecundũ exiſtẽtiam eſt illis, quẹ genita ſunt, & caduca, localis motus poſſibilis eſt eſſe in ſempiternum continuus (ut in ſubſequentibus demonſtrabitur, & nũc ſupponitur) reliqui autem motus, ut augmentatio, alteratio, & generatio caduci ſunt, & fluxi: eſt ergo localis motus omnium primus. Maiorem autem ex-
F plicat diſtinctione illa, quam text. 19. prænotauimus: nempè, ꝙ continuè, & ſemper motum eſſe, cõtingit, aut quia infiniti conſequenter ſibi ſuccedunt: ut generationum uſu uenit in ſublunaribus rebus: & hic (ut illic dicebamus) non eſt propriè ſempiternus: quia neque eſt poſterior priori continuus, ut fiat ex ambobus unus: alio modo ut ſit omnino continuus, & hic inquit, melior eſt altero, quod autem melius eſt, id natura ſemper conatur, ſi poſſibile eſt: ſit ergo, ut ſempiternitas priori illa motus ad hãc referatur, ut ſine qua eſſe nequeunt mutationes reliquæ. [Nulla enim.] Probat quòd uice uerſa motus localis non pendeat ex aliis gene-

A generibus: quia nulla, inquit, neceſſitas eſt, ut id, quod ſecundum locum fertur, augeatur, aut alteretur, aut generetur, & corrumpatur: cùm tamen horum nullum eſſe contingat ſine motu illo, quo primum mobile fertur: eſt ergo ille motus prior ſecundùm exiſtentiam.

Tex. 57. ¶ Adhuc: tempore primum. perpetuis enim ſolum competit moueri ſecundum hunc. Sed in unoquoque eorum quidem, quæ habent generationem, loci mutationem neceſſe eſt poſtremum eſſe motuum, poſt enim generationem primum alteratio eſt,

B & augmentatio. Sed loci mutatio iam perfectorum motus eſt. Sed alterum neceſſe eſt moueri ſecundùm loci mutationem prius, quod & generationis cauſa erit iis, quæ fiunt non generatum, ut id, quod genuit, eò quod generatum eſt. Videbitur autem generatio utrique eſſe prima motuum: propterea ꝙ factam eſſe oportet rem primùm, hoc autem in uno quidē quouis eorum, quę fiunt, ſic ſe habet: ſed alterum quid neceſſe eſt priùs moueri, ex iis, quæ fiunt, quod & ipſum non fit, & hoc alterū

C priùs. Quoniam autem generationem impoſsibile eſt eſſe primā (omnia enim, quæ mouentur, eſſent corruptibilia) manifeſtum eſt, ꝙ neque eorum, qui conſequenter ſunt, motuum vllus prior eſt. Dico autē conſequenter augmentationem, poſtea alterationem, & diminutionem, & corruptionem, omnes enim poſteriores ſunt generatione. Quare ſi neque generatio prior loci mutatione eſt: neq; aliarum ulla mutationum.

¶ Mox text. 57. probat & tempore primum eſſe ratione ſubiecti. Nam ille eſt primus omnium motus, qui mobilibus perpetuis congruit: reliqui ſiquidem tempore collabuntur, ſicuti ſubiecta, quæ illis mouentur. Itaque qualis eſt mobilis ad mobile, talis eſt ordo ſecundum tempus motus ad motum. [Sed in unoquoque.] Pręoccupatio eſt, qua obuiat larenti obiectioni: uidentur enim alij motus, omnes eſſe tēpore priores locali, experimur nanque in his inferioribus, & maximè in animalibus, quibus propriè conuenit ſeipſa de loco mouere, ꝙ localis motus præſupponit omnes alios: nam eſſe rei, quæ mouetur præſupponit eius motui: obidque non mouetur, niſi res exiſtens. Et ideo generatio uidetur prima, qua (verbi gratia) animal exiſtit. Neque uerò tunc ſtatim ſolidè mouetur ſecundùm locum antequàm per alterationem nutriatur, ac deinceps ad debitum ueniat augmentum, quò firmis robuſtisque membris poſſit ſe apte iuxta ſuam naturam mutare. Occurrit ergo Ariſto. huic obiectioni per diſtinctionem dicens, ordinem motuū conſiderari poſſe, uel ratione ſubiecti in ſingulis indiuiduis, quæ per generationem eſſe recipiunt, & ſecundùm hunc ordinem militat argumentum. Vbi tu obiter contemplare, quemadmodum accidentia, non recipiantur in materia, ſed in toto compoſito, ea enim eſt cauſa, cur & ſubſtantia antecedat aliis accidentibus, & ob id generatio ceteris motibus. Si autem ordo conſideretur in toto uniuerſo, quod conſtat ex perpetuis & corruptibilibus, tunc, inquit, neceſſe eſt his labentibus motibus, lationem localem anteiſſe illius, ſcilicet mobilis, quod in genitū ſit. Ac ſi dixiſſet. Quoniam neceſſe eſt generās præfuiſſe genito (nec enim in infinitum progreditur) deueniendum eſt ad primum mobile ingenitum, quod cùm ſit ab his corruptoriis mutationibus immune, moueatur tantùm ſecundùm locum. [Videbitur autem.] Colligit ergo, quòd licet uideatur generatio eſſe prima in rebus,

D E Nota. F

A quæ fiunt propterea ꝙ rem oportet priùs esse, quàm moueatur, nihilosecius necesse est alterum priùs moueri ex his, quę fiunt, puta generans, quod itidem est de numero generabilium: quod quidem ipsum non fit dum generat: quia generare præsupponit esse, & hoc alterum, scilicet & isto generante necesse est esse alterum priùs, nempè illud, quod aliud genuit. Et sic ascendendo. At uerò diceret nihilominus aduersarius, quòd cum ascensus non abeat in infinitum, perueniętur ad primam generationem, quæ sit B omnium prima specierum motum: ob hoc igitur subiungit. [Quoniam autem.] Vbi monstrat possibile esse, ut generatio sit motionum prima: nã primus motus est ille, qui conuenit primo mobili: si autem primum mobile esset generabile, esset & corruptibile, ac subinde omnia, quæ sub illo mouentur, essent pariter corruptibilia. Si autem omnia essent corruptibilia, nulla esset causa perpetui, continuique fluxus, & ordinis generationum, ut supra monstratum est. Igitur quoniam generationem, inquit, impossibile est esse primam, manifestum est, ꝙ neq; ullus eorum mutuum, qui eam consequun- C tur, sit primus, quandoquidem posteriores sunt generatione: ut augmentatio & reliqui fluidi motus. [Quare.] Concludit itaque, ꝙ si generatio est prior latione, hoc est, motu locali secundum tẽpus, fit, ut neque ullus alius motus, atq; adeo localis oĩum est primus. Sed dubium est profectò graue, quod hic mouet Commen. & Albertus, & reliqui circa propositionem Aristo. quòd generatio est prior alteratione & augmentatione: nam uel hic loquitur ratione subiecti, & in eadem re, propterea, quòd priùs res fit per generationem quàm secundum qualitatem uel quantitatem moueatur: & hoc non sufficit: nam cum hic habeatur sermo de priori secundùm tp̃s, non obstante, ꝙ motus localis sit secundùm illam rationem subiecti posterior generatione simpliciter, tamen eum asserit esse priorem, nihil ergo ad rem prioritas hæc ratione subiecti. Si autem intelligat, quòd simpliciter generatio sit secundùm tempus prior alteratione, id apparet falsum, quippe cum generationi necessariò præcedat alteratio, non quidẽ rei, q̃ gignitur, sed tamen subiecti, ex quo est generãda. Et sic uidetur simpliciter secundùm tempus alteratio prior uel uel saltem (uti ait Cõm.) neutra est altera prior, quia sicut ante omnem generationem fuit alteratio, ita ante omnem alterationẽ fuit generatio. Albertus quidem concedit, ꝙ uniuersaliter alteratio est prior secundùm tempus, sed in eodem tamen subiecto prior est generatio. At profectò hoc est expresse contra Aristotelem, qui hic loquitur de priori simpliciter & uniuersaliter, dum ait lationem esse priorem generatione, quare cùm non loquatur æquiuocè, aliàs nihil probaret, eodẽ modo accipit generationẽ esse priorẽ reliquis, siquidem inde infert lationẽ esse omnium primam. Ait ergo Cõm. ꝙ ratio prioris in rebus generabilib. debet accipi secundùm ordinem rerũ prædicamentorum, quæ sunt termini motuum: unde cum substantia est prima, fit, ut generatio sit etiam prima. Alberto tamen, & Nympho, & aliis non satisfacit Comm. quia putant eum per hoc tantum concedere, ꝙ generatio sit prior natura, non autem tempore. Tamen arbitror, ꝙ nulla alia possit responsio consistere, ꝙ Commen. si sanè intelligatur. Meditatur enim, ꝙ cùm mundus secundùm Arist. fuerit ab ęterno, non potest in hoc genere labentiũ motuum signari priùs simpliciter secundùm tempus: quia sicut ante omnem generationem necessaria est alteratio subiecti, ita illi alterationi præfuit alterãs, quod per generationem recepit esse. Et ideo quisnam sit simpliciter prior, deprehendi non

potest

A poteſt niſi ex natura terminorũ:& q͂a ſubſtantia eſt prior accidẽte, generatio eſt prior aliis motibus. Etenim quã uis lationem localem probauit ſimpliciter eſſe primam ſecundum tempus, non tamen fuit re vera ante totum genus generationis, & alterationis: ſiquidem iſtorum ſeries tam perpetua fuit, quàm cœlorum orbiculationes. Sed tamen quia mobile ipſius eſt æternũ, quod ſuapte natura corruptibilibus ante fertur, intulit lationes eſſe priores tempore. Quare Comment. non dixit, ꝙ generatio non eſt prior tempore, ſed quòd eſt prior natura, & per ſe, alteratio verò ſecundùm accidens, propterea, ꝙ ex elementis non generã
B tur mixta niſi per eorum qualitates. At verò in rei veritate confitendo mundum habuiſſe initium, quia res condi per generationem nequieuerant, eo ꝙ nullum præfuerat ſubiectum, neceſſarium fuit poſt creationem, vt primus generabilium motuũ eſſet alteratio, facta applicatione agentis ad paſſum: quia nihil generatur, niſi præuia alteratione. Apud Ariſtotelem verò nuſquam legiſſe memini, alteratioñe fuiſſe ſimpliciter priorem.

Tex. 58. ¶ Omnino aũt videtur, id quod fit,
C eſſe imperfectũ:& ad principium ire. Quò fit, vt q͂d generatione poſterius eſt: natura prius ſit. Vltimò autem loci mutatio ineſt omnibus iis, quæ sũt in generatione. Quapropter viuentiũ alia quidem omnino immobilia ſunt propter indigentiam inſtrumenti. Vt plantæ, & multa genera animalium, Aliis autem, cùm perficiuntur; ineſt. Quare ſi magis ineſt loci mutatio iis, quæ magis nacta ſunt naturam, & motus hic primus aliorum erit ſecundùm ſubſtantiam.

¶ Probat quinta ratione motum localem eſſe primũ etiã perfectione. Et ſyllogiſmus eſt. Id, quod primò natura intendit, perfectius eſt: ſed inter motus generabilium primo intẽdit localem: D ergo. Poſterior præmiſſa probatur, quia prior notiſſima eſt: cum naturæ ſemper intentio ad id, quod melius eſt deſtinetur. Id, quod eſt vltimũ in progreſſu, eſt primum naturæ propoſitũ, nam id, quod fit, ſemper eſt imperfectum, quandiu ſit, eo ꝙ ad ſuum pergit principiũ, ideſt, vt ſimile ei fiat: & ideo poſtremum, quod attingit, eſt ſua perfectio: motus autem localis eſt poſtremus in generatione: excernimus enim in animalibus, quæ omnium ſunt viuentium præſtantiſſima, illa, quæ imperfectiora ſunt, non moueri localiter ob defectum inſtrumentorũ, & organorũ vt Cochylia. Perfectis aũt anima E libus propè ortũ non ita datur expedite moueri quoad vegetentur, & formis ſint viribus. Quare ſi latio magis ineſt iis, quæ magis nacta ſunt naturã, ideſt quæ perfectiorem gradum naturæ nanciſcuntur; ſit, vt talis motus ſit aliorum ſecundum ſubſtantiam, hoc eſt, ſuapte natura excellentior.

¶ Et propter hæc, & q͂a minimè mo Tex. 59. tuũ id, quod mouetur dum fertur à ſubſtantia, diſcedit. Secundùm enim ſolam nihil mutatur ab eſſe. Vt cùm quid alteratur quale: cum verò augetur & diminuitur quantum. F

¶ Addit & ſecundam ad id rationem, quæ 6. eſt in ordine. Motus ille eſt præſtantior, per quem minus diſceditur à ſubſtantia ſubiecti. i. miuus ei nocumẽti affertur, talis verò eſt motus localis, vt ſecundum quem nihil deperit ſubiecti: nam per motum alterationis immutatur qualitas: in motu augmentationis & diminutionis quantitas: per generationem autem ipſa quoque ſubſtantia interiit: eſt ergo localis motus præſtantiſſimus.

¶ Maximè autem manifeſtum eſt, Tex. 60. quòd mouens ipſum ſeipsũ maximè ſecundùm hunc mouet proprrè, qui

A secundum locum est. Et etiam dicimus hoc esse eorum, quę mouentur, & mouent principium: & primum iis, quæ mouentur, id scilicet, quod ipsum seipsum mouet.

¶ Septima vtiq; eius ratio, quæ postrema est, sumitur ex dignitate subiecti: nam hoc genus motus propriè cōuenit his, quę seipsa mouent; hæc autē sunt dignissima oīum generabilium: quoniam sola animalia mouēt seipsa, ideo ꝙ in sua potestate habent hac spe motus cieri, nam reliquis motib. alia præterea mouentur: ergo hic est motuum excellentissimus. Mox & idem per hoc confirmat, ꝙ hoc (.s. motus B genus) principiū est eorū, quę mouentur, & mouent, quandoquidem primū eorum, quæ mouentur, & mouent, est cęlum, ꝙ sola latione mouetur. Et præterea primum, inquit, iis, quæ mouentur, est seipsum mouēs. Hic uideri cuiNota. piam posset Aristo. insinuare, ꝙ primū mobile seipsum moueat: nam illud est mouentium primum, quod mouetur: sed tamen in contrarium apertè sua stat sententia, quippe qui primum mouens nusquàm suspicari uisus est esse actum & formam primi mobilis, sed intelligentiam separatam.

Tex. 61. ¶ Quòd igitur loci mutatio primus motuum sit, manifestum est ex C his. Quę autem loci mutatio prima sit: nunc demonstrandum est. Simul autē & quod nūc, & quod prius suppositum est, quòd contingit quendam motum continuum esse, & perpetuum, manifestum erit eadem methodo.

¶ In tex. iam hoc, 61. præfixa conclusione: quod loci mutatio sit prima, descendit ad indagandum, quænam sit hæc prima loci mutatio, nam (vt lib. 7. tex. 10. referebatur) complures sunt eius species. Atqui eadem, inquit, methodo & arte manifestū id erit, quod nunc & priùs suppositum est, puta, ꝙ contingit quendam esse motum perpetuum & continuum. D

¶ Quòd igitur aliorum motuum continuum nullum contingit esse: ex his manifestum est. Omnes enim ex oppositis ad opposita sunt, & motus & mutationes. Vt generationi & corruptioni ens & nō ens termini sunt. Alterationi autem contrariæ passiones. Augmentationi uerò & diminutioni, aut magnitudo & paruitas, aut perfectio magnitudinis, & imperfectio. Contrarii autem sunt, qui sunt in contraria. Id autem, quod nō semper mouetur hac motione existit au E tem priùs, necesse est priùs quiescere. Manifestum est igitur, quòd quiescet in contrario id, quod mutatur. Similiter autem, & in mutationibus. Opponūtur enim generatio & corruptio simpliciter, & singularis singulari. Quare si possibile est simul mutari secundùm oppositas: non erit continua mutatio, sed inter ipsas medium erit tempus, nihil enim differt contrarias, aut non contrarias esse, quæ secundùm contradictionē sunt, mutationes, si modò impossibile sit simul eidem adesse. Hoc enim rationi nihil utile est, nec si non necesse F est quiescere in contradictione, neq; est mutatio quieti contrarium (non enim fortassis quiescit: quod nō est, corruptio autem est in non ens) sed si solum medium sit tēpus, sic enim non est mutatio continua, neq; enim in prioribus contrarietas, utilis erat: sed non contingere simul esse. Non oportet autem turbari: quòd idem pluribus erit contrarium, ut motus, & statui & motui, qui est in contrarium. sed solùm hoc accipere: quod opponitur quodāmodo & motui & quieti

Tex. 62.

A quieti motus contrarius. Vt æquale & mediocre excedenti, & ei, quod exceditur, & quod non contingit simul oppositos esse: aut motus, aut mutationes.

¶At verò in text.62. præstituit, quòd nullũ aliud genus motus præterquàm localis fieri possit, vt sit perpetuum. Hoc autem quamuis probabiliter inde eliciatur, quòd dixerat lationem, esse tempore priorem cæteris, non tamen adeo planè, vt non sit reddenda singularis ratio, quandoquidem series horum motuum perpetua est. Ante B demonstrationem ergo præmittit nõnulla, nempe omnes alios motus esse progressus quosdam puta motus, aut mutationes ex oppositis ad opposita, vt lib.5. text.48. & libr.6. in fine habitum est, nam generationis & corruptionis termini sunt ens & non ens: alterationis autem contrariæ passiones: vt calidum, & frigidum: augmentationis uerò & diminutionis magnitudo & paruitas, seu potiùs perfectio & imperfectio eiusdem magnitudinis, ut in hominis statura puerilis & uirilis seu minimus homo & maximus: nam si absolutè accipias paruum & magnũ in formica & elephante, non sunt termini augmentationis eiusdem rei, C hæc autem omnia sunt contraria: motus autem, quorum termini sunt contrarij, & ipsi sunt contrarij: ut in 5. lib. præmonstratum est: ergo singuli horum motuum habet contrarium, ut augmentatio diminutionem: & generatio corruptionem: & denigratio de albationem: contraria autem non possunt esse simul: ergo dum aliquid nigrescit, non dealbatur: quod autem non dealbatur, quiescit quiete opposita dealbationi. Similiter autem in mutationibus generatio, opponitur corruptioni: singularis singulari, puta generatio hominis corruptioni eiusdẽ, ex his ergo construit illic syllogismũ.

(Quare si impossibile) Impossibile est D duos motus contrarios simul esse: ergo dum unus succedit alteri, ut frigefactio calefactioni, necesse est tempus intercipi, quo mobile quiescat, nam omne, quod reflectitur, in puncto reflexionis quiescit: fit ergo, ut non possit esse continuus motus. Quòd si dicas, licet probè hoc cõuincatur in motu composito ex duobus contrariis; cur tamen unus motus inter duo contraria non possit esse perpetuus, ut calefactio, uel localis motus, hoc nõ demonstrat. Respondetur, hoc iam in fine sexti demonstratum reliquisse, quia inter duo contraria non potest esse latitudo infinita, quare neque motus in- E finitus. Et ideo sic præmisit, quòd id, quod non semper mouetur hac motione, si priùs existebat, quiescebat. Et pari ratione cùm fit reflexio, necesse est, ut in termino prioris motus quiescat mobile sub illa forma, quã acquisiuit: quoniam latitudo acquisita per tempus, non potest tantum durare per instans. (Nec si non necesse est.) Occurrit cauillationibus, quas quis posset obiicere de mutationibus generationis & corruptionis, quarum termini non sunt contrarij, sed contradictorij, ut homo, & non homo, nec propriè homo modò genitus quiscebat in non homine: quia quod non est, non quiescit: neque absoluta corruptione rei F post quiescet, quia corrumpitur in nõ ens: puta homo in non hominem. Respondet ergo, nihil referre quatenus ad propositum attinet, qualis sit oppositio, neque an sit uera quies, sed hoc tantum facit ad rem præsentem, quòd sit medium tempus intersecãs illas mutationes. Per hoc quippe satis conficitur, non esse in sempiternum perpetuas: quia neque in prioribus, scilicet in motu alterationis & augmenti contrarietas utilis erat, id est, ad aliud conducebat, nisi ut iudicaretur, non posse esse simul motus contrarios, id quod pariter indicat contra-

A dictio terminorum in generatione & & corruptione.(Non oportet autem.) Excludit ambiguitatem,quæ posset angere lectorem.Dixit nanque duo, quæ uidentur secum pugnare: primum, ꝙ illi motus sunt contrarij, qui habent contrarios terminos, & ideo nõ posse esse simul: alterum,quòd nec motus & quies possunt esse simul : ubi insinuat contrariari etiam motum quieti: atq; adeo motum puta calefactionem contrariam esse duobus,s. infrigidationi, & quieti. Admonet ergo,ne quis conturbetur, an eidem duo contraria sint,
B necne:quamuis quies non propriè contraria sit motui, sed priuatiuè opposita.Sed ait hæc omnia negotio præsenti non referre:siquidem satis est ꝙ motus opponitur,tàm quieti, quàm contrario,vt æquale & mediocre,puta uirtus opponitur excedenti, & ei, quod exceditur, nam consistit uirtus inter excedens & excessum:·& quòd nõ contingit,ut uel motus & quies sint simul, uel duo motus contrarij.

Tex. 63. ¶ Ampliùs aũt & in generatione & corruptione, etiã penitus absurdũ esse uidebitur, si factum confestim necesse est corrumpi,& nullo tẽpore permanere. Quare ex his utiq; fides
C aliis fiet. Physicum enim est:similiter sese habere in omnibus.

¶ In tex.63.adhibet rationem, quæ rem patentiùs demõstrat,nam generatio,inquit, & corruptio, ad quas reliqui duo motus ordinantur nõ possunt connectere unum perpetuum motũ. Etenim in illis patentissima est pausatio & cessatio abscindens motum. Absurdum enim, inquit, est penitus, id, quod factum est per generationẽ, eodem modo corrumpi,nec ullo tempore permanere. Quare per hoc (ait) quæ manifesta sunt fides habeat oportet & aliis, nempe ꝙ contingat quies inter cõtrarios motus.Enimuero Physicum & naturale est,ut similiter se habeat:nam sicut in generatione acqui-

b

ritur substantia, ita & in aliis qualitas D
& quantitas, quæ sunt pariter accidentia, quæ permanent.

QVOD SOLVS MOTVS localis possit esse perpetuus.

CAP. VIII.

QVOD autem contingit esse quendam infinitum vnũ existentem & continuum, hic est circularis:nunc dicamus. Omne enim, quod fertur, mouetur aut circulari,aut recto aut mixto, quare si neq; illorum alter continuus est:ne E Tex. 64.
que illum, qui ex utrisq; compositus est, esse si possibile:quod autem id, quod fertur recto & finito,non feratur continuè,manifestum est, reflectitur enim, reflexum autem recto contrariis mouetur motibus, contrarius enim secundùm locum est is, qui est sursum ei,qui est deorsum & qui est in ante ei, qui est in retro, & qui est ad sinistram ei,qui est ad dexteram, loci enim contrarietates hæ sunt, Quis autem est unus, & continuus motus: prius definitum est, ꝙ F
is, qui est unius, & in uno tempore, & in non differenti secundùm speciẽ, tria enim sunt: & quod mouetur, & homo aut Deus,& quando:ut tempus.& tertium id in quo,hoc aũt est: locus,aut passio aut species,aut magnitudo, contraria autem differunt specie: & non unum sunt. Loci autẽ sunt dictæ differentiæ. Signum autẽ est, ꝙ motus contrarius est, qui est ab a. ad b. ei, qui est ab ipso b. ad a. quia stant & sistunt se inuicem, si simul fiãt.& in circulo similiter,ut qui est ab a. ad b. ei, qui est ab a. ad c. sistunt enim si continui sint, & nõ fiat

reflexio:

A reflexio: propterea quòd contraria mutuò se corrumpunt & impediunt. Sed non is, qui est in latus ei, qui est sursum.

¶ Postquam c. præcedenti reprobauit motus aliorum generum præter localē, posse esse perpetuos & infinitos, prosequitur in presenti demonstrationem, ꝙ neq; omnis localis motus, sed ille prorsus qui est simpliciter circularis, potest perpetuitatem habere. Ad cuius euidentiam distinguit trifidam speciē localis motus. Est enim uel circularis, uel rectus, uel mixtus, ut qui fit per arcum, & qui fit per chordam, & qui ex ambobus cōflatur. Et subdit, B ꝙ si neque illorum alter cōtinuus est, puta uel circularis uel rectus, multò illeminus, qui ex ambobus componitur: eadem enim erit prorsus ratio de motu reflexo, siue recti lineus sit, siue per chordam progressus regrediatur per arcum, quod neutro modo esse potest perpetuus. Et ideo hoc tertio scilicet mixto, prætermisso, de duob. tantùm prioribus disputat. Arguit ergo de rectilineo, quòd non possit esse infinitus, & continuus, sed ꝙ si est infinitus, non est continuus, neque unus. Et ratio, inquit, est, quia necesse est, ut reflectatur. Supponit enim ex lib. 3. text. C 56. ꝙ nō pōt esse infinita magnitudo, per quam rectus fiat motus infinitus, per finitum autem spatium, quod (ut ostensum est lib. 6. tex. 60.) necesse est tempore finito absolui, non potest fieri infinitus motus, nisi identidem iterato gressu & regressu. Quod autem rectè reflexeq; mouetur, contrariis mouetur motibus: sunt enim in motu locali tres contrariorum differentiæ, s. sursum deorsum, ante & retro in dextrum & in sinistrum: si autem termini motuum contrarij sunt, fit, ut & motus sint contrarij: ex duobus autem contrariis non constat unus motus, eo quòd specie differunt. Digreditur autem occasione huius ad ostendendū, quot sunt necessaria ad motus unitatem. Etenim (ut lib. 5. dictū est tex. 41. D unus motus est, qui est unius subiecti in uno tempore, s. non interciso, & in non differenti secūdùm speciem: hoc est in re, uel forma eiusdē speciei. Tria nanque sunt in motu, s. mobile, quod mouetur, ut homo aut Deus, puta cœlum uel astrum, quod ab Empe & sui temporis Philosophis appellabatur Deus, propter immortalitatem motus. Commemorat enim unum mobile corruptibile, & alterum incorruptibile. Et præterea in motu est, quando scilicet tempus: & tertium id, in quo hoc, ut puta locus, si est motus localis, & passio seu species, si est motus alterationis, & magnitudo in motu augmentationis. Quæ omnia requiruntur esse E eadem, ut motus sit unus. Perspice ꝙ cùm tex. 52. satis duxerit ostēdere motum rectum, & reflexum interrumpi media quiete ad probandum non esse continuum, hic nouā rōnem adhibuit Nota. quę est superioris explicatio & fundamentū, ut statim uidebimus: nā quia illi motus differunt specie, non faciunt unū numero. (Signū aūt est) probat illam præmissam, s. motus locales tēdentes in oppositos terminos esse contrarios, puta illū, qui est ab a. ad b. illi, qui est ab b. ad a. & id ex conditione quodammodo cōtrariorum, quę est, quòd inuicem se propellant: nam si simul F duo sibi obuiam proficiscantur, in occursu se inuicem sistunt. Nec id tantū in motibus rectilineis, uerū & in circularibus, quos itidem cōtingit esse contrarios: ut si ab eodem puncto circuli puta a. proficiscantur duæ muscę uersus semicirculos oppositos, cùm vtraque egerit suum semicirculum, obuiabunt sibi in b. puncto opposito interrumpentes suos motus. Quo fit, ut sint motus contrarij. Ille autem, qui est in latus, puta ad dextram vel sinistram, non est omnino contrarius illi, qui fit sursum, quandoquidem non se impediunt, quanuis sint diuersi.

A ◯ B

¶ Maxi-

Tex. 67. A ¶ Maximè autem manifestum est, quòd impossibile est eum motum motum esse continuum, qui super recta fit linea, quia reflexum necessarium est stare: non solùm super recta, sed etiam si secundùm circulum feratur, non enim idem est, circulo ferri, & secundùm circulũ, est enim aliquando quidem, ut id continuet, quod mouetur: aliquando autem, ut in idem profectum unde moueri cœpit, reflectatur iterum. Quòd autem necesse est stare fides est non solum in sensu, sed & in ratione. B Principium autem hoc est, tribus enim existentibus principio medio, & fine medium ad utrunque ambo est, & numero quidem unum: ratione uerò duo. Ampliùs autem aliud est esse potentia: & esse actu. Quare rectè quodlibet signum eorum, quæ inter extrema sunt potentia quidem est medium, actu autem non est, nisi diuiserit hanc, & super stans iterum cœperit moueri, sic autem medium ipsum principium fit, & finis, principium quidem posterioris: finis autem prioris. C Dico autẽ: ut si a. quod fertur stet in b. & iterum feratur in c. cum autem continuè feratur neque adesse, neque abesse potest a. in b signo, sed solùm esse in ipso nunc, in tempore autem nullo, nisi cuius ipsum nunc diuisio est in toto a.b.c. Si autem affuisse ponat aliquis & abfuisse, semp stabit a. quod fertur, impossibile enim est simul & fuisse a. in b. & abfuisse, in alio ergo & alio signo temporis. tempus igitur erit, quod in medio est. quare quiescet a. in b. Similiter autem, & in alijs signis, eadem enim ratio est, & in omnibus. Cùm autem utatur ipsum a. quod fertur ipso b. medio, & fine, & D principio necesse est stare, propterea quòd duo facit, similiter atque si cogitauerit. sed ab a. quidem signo abfuit, principio, in c. autem affuit: cum finierit & steterit.

¶ In tex. 67. adiungit secundam rationem supra tactam nimirum, quòd sit impossibile motũ rectilineum continuum esse in infinitum propter mediam quietem, quæ in articulo reflexionis dissecat illos motus. At quia neque motus circularis omnis est cõtinuus, subiungit, quòd non solum super rectam lineam, uerum etiam super circulum contingit sectio motus E reflexionis causa, Ad cuius demonstrationem supponit non esse idẽ circulo ferri, & secundùm circulum: ferri enim circulo, est ferri in orbem secundùm perpetuam figuram circuli, quæ neque initium habet, neque finem: ferri autem secundum circulum est complere unum orbem quoad usque reuertatur mouens ad punctum unde soluit. Quòd si non pertranseat, sed reuertatur, ut uerso motu peragat eundem circulum, erunt illi quidem contrarij motus, & se impedientes: ut patet ad sensum in muscis supra memoratis, (Quod autem) quoniam sæpè & sæpius resumpsit illud celebra- F tum axioma. Id, quod mouetur, in tẽpore reflexionis quiescit, explicat nũc subtili ratione Physica. Et ideo proponit, quòd tale mobile stare, fides est, non solum per sensum, qui patenter differentiã percipit motus & quietis, uerum & ualidissima ratione. Atqui ut euidentior res fiat, ostendit in linea recta necessarium esse, ut motus per quietem rumpatur, ex quo fides nobis fiat quietis reflexionis. Est enim in linea recta signare tria puncta, scilicet initium, medium; & finem, quæ sint a. b. c. Item supponit aliud punctum esse medium lineæ potentia, & aliud, actu. v.g. Inter. a. & c. quodcunque

a b c

que

A que punctum signetur, est medium motus in potentia: fit tamen mediū in actu, quādo actu illic terminatur motus præteritus, & inde incipit futurus: ita ut seiungatur unus motus ab altero: sicuti puncta, quę potentia sunt in continua linea, fiunt actu, dū diuiditur (Cùm autem continuo feratur) Explicat ergo cur cum mobile mouetur motu continuo super aliquam lineam, nullum medium punctum fiat actu, aut terminus præcedentis motus aut initium subsequentis, sed solum fit punctum, in quo fit tcontinuatio motus per mutatum esse illi respondens. Quod ut intelligas, B recolenda tibi sunt quæ tractabamus lib.6.c.3. de quiete, & c.5. de terminis motus. Monstrabamus enim, motum non posse desinere per ultimum sui esse, sed per primū non esse, neque incipere per primum sui esse, sed per ultimum non esse. Rursus notato, quòd ad hoc, ut instans sit actu finis motus, non sat est, quòd in illo non sit nunc motus, qui proximè ante fuerat, sed quòd nec tūc mobile moueatur, neq; immediatè post quoniam motus non terminatur nisi per oppositam quietem, quæ (ut illic demonstratum ostendebamus) non potest esse in instanti, sicut neq; motus C cuius est priuatio. Quare quiescere, inquit, illic. Arist. tex. 32. dicimus id, quod similiter se habeat nunc, & prius. Eodem modo ad hoc, ut aliquid incipiat moueri, non sat est, ꝙ nunc non moueatur, & proximè post moueatur, sed quòd neque nunc moueatur, nec proximè ante: ut præsens instans sit ultimum instans quietis. Ait igitur Aristoteles, quòd id, quod continuè fertur, neque adesse ne abse potest. a. in b. signo. A non est nunc nomē puncti (ut nuperrimè) sed mobilis: hoc est non potest accedere & recedere in aliquo instāti medio, sed simpliciter esse in ipso nunc, non autem in tempore: nisi dicas id esse in tempore, quod est in nunc temporis, D puta esse hodie, quod est nunc. Adesse ergo hic idem est, quod aduenisse, & stare mobile, tanquam in termino motus modo proximè exposito. Hoc est ergo, quod ait Aristot. (Si autem adfuisse ponat aliquis & abfuisse sem per stabit a. quod fertur) Id est quiescet. Et subdit rationem, quia impossibile est simul & adfuisse & abfuisse in b. nam hæc sunt duo contraria, quæ nō possunt esse in eodē instāti. est autem hic locus nunquam explicatus. Putant enim quotquot viderim, mentem Aristotelis esse, inferre hanc contradictionem, ꝙ siquid in eodem instāti accedit ad certum pun E ctum, & eodem instanti recedit ab illo, ꝙ tunc simul adest & abest illi, Cū tamen nunquam hoc cogitauerit. Nā quod incipit moueri ab aliquo puncto (quod est recedere ab illo) nō incipit per primū nō esse in illo pūcto, & per cōsequens non abest tunc ab illo puncto. Etenim si mobile nunc non esset hic, & immediatè ante fuisset, daretur primum esse motus: sed incipit moueri per ultimum esse in illo, quod est ultimum esse quietis, & ultimum non esse motus. non ergo uult Aristo. quòd repugnet adesse & abesse mobile in eodem instanti, propterea ꝙ inde sequatur, esse in illo, & simul non esse F in illo: sed propterea ꝙ si adest, hoc est, accedit tanquam ad terminum, necesse est, ꝙ sit nunc in illo, & pariter immediatè post. Nam adesse in proposito (quod maximè notandum est) non significat simpliciter, esse, sed opponitur huic, quod est, trāsire: Vnde (ut iam nunc docuit Philosophus) quādiu res mouetur, nulli adest pūcto spatij, quod est in potentia, sed transit per omnia, sed illic dumtaxat adesse dicitur ubi cessat motus. Et ideo, adesse, est, accedere, & motum finire. Et abesse, est recedere, & abire. Quapropter, quod abest, nunc est hic & nō immediatè post est: esse autem posthac, & nō esse hoc erit: esse autem posthac, & nō esse

Nota.

posthac,

A posthac, cùm sint contraria, non possunt eidem instanti competere. Subditur ergo. (in alio ergo & in alio signo temporis) videlicet necesse est accedere & recedere. Et cum neutiquam sint duo instantia immediata, fit, vt tempus intersit medium, in quo quiescet a in b. ꝙ ideo b. signum non est possibile esse instans, sed tempus. Accedit quippe mobile in instanti initiatiuo quietis, & recedit in instanti terminatiuo eiusdem. Quocirca quãdo dicitur, id, quod mouetur, in puncto reflexionis quiescere, non accipitur pũctum proindiuisibili, nisi quod in illo puncto incipit quies. Præter hic autem subsumptionem & cõclusionem destinatam, B veluti res planissimas. Reliquit inquã pro compertissimo, quod dum mobile recta mouetur per certam magnitudinem, & à puncto terminatiuo reuertitur absoluit totam latitudinem, peruenitque ad terminum: atque adeo illic terminatur eius motus, & inde inchoatur alter: hac enim de causa præstituit illos motus esse contrarios, & differentes specie. Fit ergo, vt inter instans terminans primum motum, & alterum vnde inchoatur reflexus, interstet temporalis quies, licet sensu uix perceptibilis: obidq; imbecilli tenuique experientiæ adiecit rationem.

Tex. 63. ¶Quapropter & ad dubitationem hoc est dicendum, si enim sit linea e. C lineæ f. æqualis, & a. feratur cõtinuè ab extremo ad c. simul aũt sit a. in b. signo, & d. feratur ab extremo ipsius f. ad g. regulariter velocitate eadẽ ipsi a. ipsum d. ante veniet ad ipsũ g. quã ipsum a. ad c. prius enim se mouẽs & discedens prius uenire necesse est. Nõ ergo simul abfuit a. in b. & abfuit ab eodem, quapropter posterius sit, si. n. simul nõ posterius erit, sed necesse erit stare. Nõ ergo ponendũ est: cũ a. affluit in b. ipsũ d. moueri simul ab extremo ipsius f. si. n. affuerit a. in b. erit & abfuisse, & nõ simul. sed erat in D sectione tẽporis: & non in tẽpore. Hic igitur est impossibile sic dicere in cõtinuo. sed in eo, ꝙ reflectitur: necesse est sic dicere. Si. n. g. feratur ad ipsum d. & iterum reflectens deorsũ feratur: extremo d. fine & principio vtetur uno signo, ut duob. Quapropter stet, necesse est: & nõ simul affuit in ipso. d, & abiit ab ipso d. ibi. n. simul esset, & nõ esset in eodẽ nũc.

¶Mox maioris claritatis causa prædictorũ appendet quasi corollarias triũ dubitatorum solutiones. Primum est. E Si sint duæ lineæ prior a. b. c. posterior d. e. æqualis b. c. puta medietati prioris: mobile autem. f. moueatur continuò ab a. ad c. Tamen cũ primum attigerit punctũ b. tũc g. alterũ mobile incipiat moueri à pũcto d. alterius lineæ eadem prorsus celeritate. Aliter istæ literæ; ab aliis disponuntur, sed tamen descriptio hæc Argyropili est perspicua, & mentis Aristote. fidelis index. Tunc est argumentum, obscurum, quidẽ, sed hoc tamen pacto meditandum. Si dederis f. dum attingit b. punctum illuc accedere, indeq; recedere, ac si b. esset actu terminus, puta finis & principium duorum motuum, tunc g. citius perueniet ad e. terminũ suum, quã f. ad c. nam prius fuit discedens a. d. F quã f. a. b. & hoc compertissimũ habet Aristo. nam si in illo instanti, quo primũ f. attingit b. cępit moueri g. per vltimũ non esse motus, citius abcessit inde q̃ f. cuius motus fuit illic intercisus (Non ergo) ex hac ergo experientia infert, ꝙ si f. vt tu concedis, accessit illo pacto ad b. & recessit ab eodem, nõ fuerunt simul accessus & recessus: hac enim de causa posterius deuenit ad c. quàm g. ad e. si enim simul fuisset accessus & recessus, non posterius peruenisset ad terminum: sed quia si accessit & recessit, necesse erat stare, inde fuit, ꝙ posterius recessit q̃ g. (Non ergo po-

a | b
b | c
c

nendum

A nendum eſt] Sequitur reſponſio, ꝙ cũ
falſum ſit f. poſterius receſſiſſe a. b. q̃
g. ab e. poſteriusue perueniſſe ad ter-
minum, conſequẽs eſt, vt retineamus
ſententiam ſuperius definitam, ſcili-
cet, ꝙ f. non affuit in b. tanquã in pun-
cto actu medio, ideſt terminante mo-
tum, atq; adeo g. nõ cępit moueri, qñ
f. affuit, ideſt acceſſit: nam alias debuiſ
ſet idem f. etiam abſcedere, & non ſi-
mul, & idcirco retardaretur, vt mõſtra
tum eſt. [Sed erat] Scilicet f. in pũcto
b. tanquã in ſectione tẽporis, ſcilicet
in nunc indiuiſibile & non in tempo-
re pauſante motum, atq; adeo (ut ſu-
B pra expoſitum eſt) non affuit, ſed tran-
ſiuit per b. [Hic igitur, inquit, in conti-
nuo impoſſibile ſit dicere] quod in pũ
cto medio vllo pacto terminetur mo-
tus. [Sed in eo, quod reflectitur, neceſ-
ſe eſt ſic dicere.] Si g feratur vice uer-
ſa aſcendendo ab e. puncto ad d. & illo
vtatur vt fine & principio, dum refle-
ctitur & recedit ab extremo d. ad e. ne
ceſſe eſt, vt quieſcat in puncto d. alias
ſimul & accederet & recederet, quod
probatũ eſt eſſe falſum, vnde conſequi
tur corollariũ: ꝙ ſi ſimul dum g. incipit
aſcendere ab e. ad d. f. incipiat aſcende
re a. c. vſq; ad a. citius f perueniet ad a.
perpetuo aſcenſu, q̃ g. aſcendat vſque
ad d. & deſcendat iterum ad e. & hoc
C propter quietem interceptam in d.

Tex. 67. ¶ At verò, quæ olim illata fuit ſolu-
tio, non dicẽda eſt, non enim contin
git dicere, ꝙ eſt in d. ipſum g. in ſe-
ctione, neque aũt affuit, neq; abfuit,
neceſſe enim eſt ad finẽ venire: qui
actu eſt, non potentia, quod igitur
in medio eſt, potentia eſt, hoc au-
tem actu, & finis quidem à deor-
ſum: principium autem, de ſurſum.
Et motum ergo ſimiliter, neceſſe eſt
ergo ſtare, quod reflectitur ſuper
recta, non igitur contingit, continuũ
motum eſſe perpetuum ſuper recta.

Eodem autem modo occurrendum D
eſt, & iis, qui interrogant Zenonis ra
tionem, & volunt ſi ſemper dimi-
dium tranſire oportet. hæc autem in
finita ſunt, infinita autem tranſire im
poſsibile eſt. Aut ut eandem hanc ra-
tionem quidam aliter interrogãt, vo
lentes ſimul cùm quid mouetur, di-
midium priùs numerare, cùm adeſt
ſecundùm vnumquodque dimidiũ,
quare cum pertranſierit totam: in-
finitum accidit numeraſſe numerũ,
hoc autem in confeſſo eſt: impoſsi-
bile eſſe.

E

¶ In priori parte tex. 67. quã non erat
operæpretiũ diſſectam eſſe, à ſuperio-
ri tex. explicatius repetit idẽ reſpõſũ,
dicẽs, ꝙ in motu reflexo non eſt dicen
da illa ſolutio, quæ olim, ideſt, q̃ prius
in motu continuo: videlicet, ꝙ g. cum
reflectitur in puncto d. non eſt illic, ni
ſi velut in ſectione: ut puta in nunc in-
diuiſibili, & ꝙ neq; adfuit neq; abfuit,
hoc eſt neq; acceſſit neq, receſſit, ſicut
reſpondimus de mobili f. in puncto b.
cõtinui motus. Quoniam neceſſe eſt,
inquit, aſcenſum illum rectum ad finẽ
venire, qui eſt actu, non ſolum poten-
tia. Quod igitur in medio eſt ſcilicet F
cõtinuè magnitudinis] potẽtia eſt me
diũ, hoc aũt vtpotè d. eſt mediũ ĩ actu:
nimirum finis magnitudinis, quæ eſt à
deorſum, & principiũ illiꝰ, q̃ eſt de ſur-
ſum. Et eadẽ ratione eſt finis & princi-
piũ motuũ, vtpotè aſcenſus, ac deſcen
ſus. Et ſic concludit neceſſario ſtare,
hoc eſt quieſcere id, quod reflectitur
ſuper recta linea, atq; adeo nõ contin-
gere motum rectilineum eſſe perpe-
tuum (eodem autem modo) In ſecun-
da particula, vbi aptiùs deſignarẽt tex-
tus per eandem doctrinam, diluit ſo-
phiſma Zenonis Eleati quã aliter elu-
ſerat in lib. 6. tex. 19 vbi reſponſionis
huius loci admonuimꝰ lectorẽ. Argue
bat enim Zeno ſuã ludicrã opinionẽ,
quòd

A quòd nihil mouetur, pterquam alijs sophismatibus, & hoc quoque. Infinita nō possunt pertransiri: in quacunq; quantitate sunt infinita dimidia: nā est unum dimidium totius, & aliud dimidiū prioris medietatis, & sic in infinitum: ergo nihil mouetur. Vel sic, quia eodem recidit. Infinita non possunt numerari: id autem, quod transit unam magnitudinem, prius numerauit eius medietatem, & priusquam illam, medietatem eius, & sic in infinitum: ergo uel numeratur numerus infinitus, quod est impossibile, ut nihil mouetur.

B

Tex. 68. ¶In primis ergo de motu sermonibus, soluebamus: quia tempus infinita habet ī seipso, nihil enim absurdum est, si in infinito tempore infinita transit aliquis, similiter autem infinitum & in longitudine est, & in tempore. Sed hæc solutio ad interrogantem quidem se habet sufficienter, interrogabatur enim si infinito contingit infinita transire, aut numerare, ad rem autem ipsam adquè Veritatem non sufficienter. si enim aliquis dimittens magnitudinem & interrogationem, si infinito tempore

C cōtingit infinita transire, interroget de ipso tempore hæc (habet enim tēpus infinitas diuisiones) nō ampliùs sufficiens erit hęc solutio, sed verùm illud dicendum est: quod quidem diximus in nuper dictis sermonibus. Si enim aliquis continuam diuiserit in duo dimidia: hic uno signo tanquam duobus utitur, facit enim ipsum: & principium & finem, sic autem facit: & qui numerat, & qui in dimidia diuidit. Sic autem diuidente neque erit continua linea, neque motus, continuus enim motus continui est, in continuo autem insunt quidē infinita dimidia, sed non actu, D sed potentia. Si uerò faciat actu, non faciet continuum, sed stabit, quod quidem in numerante dimidia: manifestum est, quòd accidit unū enim signū necesse est ipsi numerare duo, alterius enim dimidii principium, alterius autem finis erit: si non unam numeret continuam, sed duo dimidia. Quare dicendum est ad interrogantem, si contingit infinita transire, aut in tempore, aut in longitudine: quòd est quidem sic, est autem non sic. actu enim si sint, nō cōtingit, E potentia autē contingit, qui enim cōtinuè mouetur secundum accidens infinita transiuit, simpliciter autem non, accidit enim lineæ infinita dimidia esse. substantia autem ipsa altera est, & esse.

¶Subijcit in tex. 68. responsum: uocat autem primos sermones de motu, sex superiores libros: & in sexto sophisma hoc potiùs infringens, quàm soluens respondebat, quod quemadmodum in magnitudine dantur infinitę partes, ita & in tempore: quocirca nihil absurdi accidet, si tempore certo emetiatur mobile certum spatium. F Sed, inquit, solutio ad interrogantem quidem se habet sufficienter: satisfacit enim per dicta ipsius arguentis: nā qui admittit infinita media in magnitudine finita, is negare nequit infinita in tēpore. Ad rem autem nulla est responsio: nam si omisso spatio, arguatur de tempore, quod non posset pertransiri, ut cuius infinita sint media, tunc hæc solutio non consistit. Sed respondendum est, sicut iam modò dicebamus: uidelicet, quòd qui magnitudinem, per quam fit motus, actu diuidit in duo dimidia, & prius dimidium in duo &c. iam tunc utitur puncto magnitudinis in actu, tanquàm fine prioris

A ris partis & initio sequentis: atque pari ratione diuidit & motum: nam motus continuus non est, nisi fiat super quantitatem continuam: si uerò arguens non actu diuidat magnitudinē, tunc in illa non sunt infinita in actu, sed solum in potentia, quæ ideo non numerantur, neq; pertrāseuntur seriatim & per ordinem, sed quouis pūcto signato, iam fuerunt infinita trāsmissa. (Quare dicendum est) Respondendū ergo inquit, est sub distinctione, cum à parte Zenonis īterrogatur, an liceat pertransiri infinita, seu in magnitudine, seu in tempore, quod non contingit pertrāsiri infinita in actu, eò ꝙ ne-
B que cōtinuū potest actu diuidi in omnem suam partem: possunt autē transiri infinita in potētia: illa autem sunt infinita quodammodo per accidens propter infinita mediātia puncta, quæ sunt tantùm in potentia: sed tamen ipsa, inquit, linea per se finita est, atque adeo altera, id est, differens substantia & esse ab ipsis punctis: quoniam linea non componitur ex indiuisibilibus. Dicitur autē linea differre substātia a puncto, quia linea directè est de prædicamento quantitatis, puncta uerò non nisi reductiuè: Et differt etiam esse, quia linea coexistit corpori, per quam ideo potest fieri motus, non au
C tem per puncta.

Tex. 69. ¶ Manifestum autem est, & quòd nisi aliquis faciat temporis signum (quod prius & posterius diuidit) semper posterioris ad ipsam rem erit simul idem ens & non ens, & quādo factum erit, non erit signum, igitur utriusque commune est, & priori & posteriori. & idem & unum numero, ratione autem non idem: huius enim finis est: alterius autē principium ad ipsam autem rem semper posterioris passionis est. Sit tempus: in quo a. c. b. res: in quo d. hæc in a. quidem tempore, alba: in b. verò non alba. in c. ergo alba & non alba. D in quolibet enim ipsius a. uerum est dicere albam, si toto hoc tempore erat alba: & in b. non albam: c. autem in utrisque, non ergo dandum est in toto: sed præter ultimū nunc in quo c: hoc autem iam posterius, & si fiebat non album, & corrumpebatur album, in toto a factū est aut corruptum in c. quare album aut non album, primum in illo uerum est dicere: aut cum est factum non erit, & cùm corruptum est, erit aut simul album & non album, ens & non ens esse necesse est. Si uerò quod fuerit E prius non ens, necesse est fieri ens: & cùm fit ens, non est non est: possibile in impartibilia tempora diuidi tēpus, si enim in a. tempore, fiebat d, album, factum est autē simul & est in altero impartibili tēpore, sed contiguo in b. si in a. fiebat, non erat, in b. verò est: generatione oportet esse quandam mediam. Quare & tempus erat in quo fiebat. non enim eadem ratio erit, & iis, qui non impartibilia dicunt, sed ipsius temporis, in quo fiebat, factum est & est in ultimo signo, cui nullum est F contiguum aut consequenter. impartibilia autem tempora consequēter sunt, manifestum autem est, si in a. toto tempore fiebat, quòd non est maius tēpus in quo factū est, & fiebat, quàm id, in quo toto solùm fiebat.

¶ In tex. 69. per idem documētum satisfacit tertiæ dubitationi: ubi ostēdit id, quod generatur, incipere esse per primū sui esse, atq; id, quod corrumpitur, desinere per primum non esse. Ait ergo manifestum autem esse, quòd nisi quis fecerit signum, quòd diuidat tempus prius & posterius, sci

licet

A licet illud, in quo fit generatio, & illud in quo facta est. taliter, vt illud signum pertineat ad posteriorem passionem: id est, in generatione sit primum esse geniti, in corruptione autẽ primum non esse rei corruptæ, continget, ut sit simul ens & non ens. Itẽ consequens fiet, quod, quod factum est, non sit quando factum est, verbi gratia, fiat ex aere, ignis in tempore a.c.b. ita vt in a. sit aer, duretque generatio vsque ad c. & inde iam sit ignis. Dicit quod signum illud medium c. vtrique est commune. scilicet priori tempori generationis, & posteriori, quo facta est generatio: nam in illo vniuntur am B bo tempora: atque adeo illud instans, vnum quidem numero est, sed ratione duo, puta finis prioris temporis, in quo fit generatio, & initium posterioris, in quo facta est. Si tamen referatur ad rem, quæ mouetur, erit quidẽ semper posteriori passionis: hoc est, similiter se res habebit in illo, & in tempore sequenti: nempe quod si ex aere tũc generatur ignis, erit c. primũ esse ignis qui inde permanebit & primum non esse aeris, qui inde non erit. Format ergo Aristo. argumentum sic. Si res ex alba fit non alba, tunc cum in a. quidem tempore terminato ad c. erat alba: in C tempore vero a. c. usque ad b. est non alba: videtur cõtingere vt in c. medio sit alba & non alba, eo quòd c. sit instans commune vtrique tempori. (Nõ ergo dandum est. Responsio, ergo est, quòd non est concedendum in toto a. fuisse albã ùsque ad terminum inclusiuè, sed in toto præter terminum, in quo est c. hoc autem iam posteriùs: hoc est, ad posteriorem passionem per tinet, vt videlicet iam non sit album. [Et si fiebat] Hoc est cum in illo toto tempore. A. ex albo fiebat non album & corrumpebatur album, sequitur ut in c. in toto factum iam sit non album & corruptum album. Quare album, inquit, aut nõ album primum in illo, scilicet in c. verum est dicere. Hoc est si ex non albo fiebat album, illud est pri- D mum esse albi, si autem contra ex albo fiebat non album, illud est (primum) esse non albi. (Aut cum est factum] Aut si hoc inquit, renueris, continget tibi, vt res, cum facta sit, non sit, & cũ fuerit corrupta sit: nam in illo instãti, c. res, quæ fiebat, facta est: quam si negaueris illic esse, iam quod factum est, non erit: & res quę, corrumpebatur, tunc iam est corrupta: quare nisi dederis illud esse primum non esse, dabis subinde rem esse quando est corrupta. [Aut simul] Hoc est, aut relaberis in primum absurdum: scilicet, quòd tũc simul res erit alba & non alba. Resolutio elucidatioque huius rei est hæc, E quòd sicut de motu locali dictum est, quòd si res mouetur ab a. in b. qui sit terminus motuum, in b. primum verum est dicere esse in termino per primum non esse motus, ita si res alba fit ab a. usque ad c. in c. primum, verum est dicere est alba: cuius vtiq; ratio in summa est, quòd cum motus non terminetur intrinsecè per vltimum esse, sed extrinsecè per primum non esse: & generatio, quamuis non sit motus, est tamen ipsius terminus, fit ut si aer per alterationem corrumpatur in ignem, alteratio illa corrumpetur extrinsicè per primum esse ignis, quod est primũ non esse aeris. De hac autem materia in primo de generatione [Si uero qđ] F hæc est secunda pars tex. qua ex dictis elicit corollarium, non esse possibile, ut tempus diuidatur in impertibilia: aut componatur ex illis. Nam aliàs detur v.g. quòd d. in a. tempore indiuisibili fiebat ex non albo album: tunc arguitur sic. Si in a. fiebat album, nõ erat tunc album, quia quod fit, non est: ergo necesse est designare alterum posteriustempus puta b. priori contiguum, si in quo primo fit album: quod quidẽ tempus per te pari ratione est indiuisibile; & cum a non esse ad esse nequeat fieri transitus sine mutatione, necesse est inter a. & b. interiacere tẽpus, quo

fiat

Tex. 70.

A fiat illa generatio. Des ergo tempus medium, quod cum, te authore, neceſſe ſit pariter eſſe indiuiſibile: idem recurrit argumentum de illo tempore.c. nam ſi in illo fit album, nondum tunc erat album: & cum modò fit album, neceſſe eſt ſignare aliud intermedium, in quo mutabatur de non albo in album: & ſic in infinitum. Cùm autem infinita non poſſint hoc pacto abſolui, fit, ut impoſſibile ſit mutatio de non albo in album. [Non enim eadem] Reſpondet ergo, argumentum
B nihil contra nos militare, quippe qui non admittimus impartibilia tempora: nam reſpõdebimus, ꝙ res facta eſt, & exiſtit in ultimo ſigno ipſius temporis, in quo fiebat. Itaque motus, in quo fiebat, terminetur extrinſecè ad illud inſtans, in quo facta eſt: cui quidẽ inſtanti non eſt aliud cõtiguum, ſed inter quæcũque duo interſtat tempus. Qui uerò admittut inſectilia tempora, fateri coguntur, illa eſſe contigua. [Manifeſtum autem eſt] Infert ex proximo corollarium alterum: ut puta tempus, ĩ quo res fit, & facta eſt, nõ eſſe maius illo, in quo fiebat, nam cũ inſtans, in quo primum res facta eſt, ſit indiuiſibile, non auget elapſum tẽ-
C pus, in quo fiebat. Illi autem, qui fatentur tẽpus componi ex indiuiſibilibus, dicere compelluntur, ꝙ indiuiſibile per appoſitionem ĩdiuiſibilis excreſcat: ut lib. 6. præmonſtratum eſt.

Tex. 70. ¶ Quibus igitur aliquis tanquã proprijs credet rationibus, hæ & huiuſmodi quædã ſunt. Rationabiliter aũt conſiderantibus: & ex his uidebitur alicui idẽ hoc accidere. Omne enim, qđ contiuuè mouetur: ſi à nullo prohibeatur, in quod quidẽ uenit ſecundùm loci mutationẽ, in hoc & priùs ferebatur, Vt ſi ad b. venit, ferebatur ad b. & non cùm propè erat, ſed mox ut cępit moueri, cur enim magis nũc quàm prius? ſimiliter autẽ, & in aliis.

D Quod aũt ab a. ad c. fertur, rurſus veniet ad a. continuè motum. Cùm ergo ab a. ad c. ferebatur: tunc & ad a. fertur eo, qui a. c. eſt motu. Quare ſimul contrarij. n. ſunt, qui ſecundùm rectam fiunt. Simul aũt & ex hoc mutatur, in quo non eſt: ſi igitur hoc impoſsibile eſt, neceſſe eſt ſtetur in. c. non eſt ergo unus motus, qui enim ſtatu intercipitur: non eſt unus.

¶ Concludit ergo in hoc tex. 70. motum reflexum nequire eſſe perpetuum: idque rationibus propriè ſumptis ex eius natura: proponitque
E idem confirmare dialecticè (id quippe ſonat rationabiliter) puta rationibus generalibus natura contrarietatis petitis: quæ ſunt quatuor. Prima innititur propriè in motu locali. Id, quod continuè ſecundùm locum mouetur, ſi à nullo in medio motu prohibeatur, continuè fertur in terminum & ſcopum illius motus: ut ſi feratur in b. ſemper intentio mobilis fertur in b. non modo quando propè eſt, ſed ſtatim ab initio, ex quo motum inchoauit, quia nulla eſt ratio, cur magis feratur in
F b. quando appropinquat, quàm dum longius aberat: Neque id quidem proprium eſt motus localis, uerùm aliorum quoque commune. Si ergo quod ab a. proficiſcitur in c. & rurſus reflectitur ad a. continuo mouetur, ut tu largiris, qui dum negas, quieſcere in puncto c. fateris unicum eſſe totum motum continuum, fit, ut ab ipſo protinus exordio, quo mobile profectum eſt ab a. ſemper feratur in ipſum a. ad quem termiuum per c. medium motu uno fertur. Et ex conſequenti ſequitur, ut ſimul moueatur motibus contrarijs: puta ab a. in c. & a. c. in a. Et rurſus ſequitur aliud abſurdum, quod mobile antequàm ſit in c, moueatur a. c. in a. igitur cùm hæc impoſſibilia ſint, ne-

A cesse est concedere tale mobile quiescere in c. inibique interrumpi motum, atque adeo non esse eundem.

Tex.71. ¶ Amplius autē: & ex his manifestū est vniuersaliter magis de omni motu: si enim omne, qđ mouet, moueatur aliquo dictorum motuū, & quiescat aliqua oppositarum quietū (non enim erat alius pręter istos) quod autem non semper mouetur secundùm hunc motum, dico autem quicunq; sunt diuersi specie, & non si qua pars est totius: necesse est priùs quiescere secundùm oppositam quietē, quies

B enim priuatio motus est. Si igitur cō trarii quidem motus sunt, qui secundùm rectam fiunt, simul autem non contingit moueri contrariis motibus: quod ab a. ad c. fertur non utiq; feretur simul & ab ipso c. ad a. Quoniā autē non simul fertur, mouebitur autē secundùm hunc motū: necesse ē priùs quiescat apud c. hæc enim est opposita quies ei, qui est c. motui. Manifestum igitur est ex iis, quæ dicta sunt, ꝙ nō est continuus motus.

¶ Secūda rō supponit principia quædam vniuersalius in quocunque gene

C re motus. Supponit inquam, tantùm esse tria genera motus (vt lib. 5. ostensum est) pręter quos nullus est alius. Et rursus supponit, omne, ꝙ mouetur aliqua specie horum motuū, necesse esse prius quiescere quiete opposita vsque ad illud temporis punctum, quo moueri cępit. Cuius gratia exempli accipiantur, inquit, duo motus qui distinguātur specie, vt dealbatio & denigratio, vel calefactio, & non tantum differant tanquàm duæ partes eiusdem motus. Nam quando inchoatur secunda pars dealbationis: non est necesse, vt illic quiescat mobile, sicut quando incipit distinctus motus specie. Tunc formatur ratio conuersiua superioris, D
nam alia deducebat respondentem ad impossibile, hæc autem assumit contrarium conclusionis. Motus contrarii nequeunt esse eodem tempore simul: motus ab a. ad c. & a. c. ad a. fiēt contrarij. ergo non possunt esse simul. Rursus, ergo quanto tempore mobile ferebatur ab a. ad c. non ferebatur a. c. ad a. atque adeo quiescebat quiete opposita. Nam duorum priuatiue oppositorum, quandiu vnum abest, alterum inest: & ideo cum quies & motus priuatiue opponantur, quando mobile non mouebatur a. c. ad a. quiescebat quiete contraria vsq; ad punctum. c. & per consequens non fit vnus motus ex illo, quæ est ab a. ad c. & altero a. c. ad a. E

¶ Ampliùs autem & hæc ratio magis propria est iis, quæ dicta sunt, simul enim corruptum est non album: & factum est album. Si igitur continua alteratio est ad album ex albo, & non manet aliquo tempore, simul corruptum est non albū, & factum est non album, trium. n. erit idem tempus. Text.72.

¶ Tertia ratio cōstituitur in cōtradictione generationis & corruptionis. Quæ sic procedit ad impossibile, si motus directus & reflexus vnus essent, essent continuus, supponantur esse ex F
albo in nigrum, & ex nigro in album. Et pariter supponatur, idem esse, corrumpi non album, & fieri album: nam corruptio vnius contrarij, est factio alterius. Tunc sic. Si motio ex albo in non album continuatur illi reflexo ex non albo in album, sequitur (vt monstratum est in ratione prima) ꝙ statim à principio fiebat motus ex albo in album: ex quo fit rursus, ꝙ simul eodem tempore corrumpitur non album, & fit non album. Nam motio ex non albo in album, quæ est corruptio nō albi, simul erat cum motione ex albo in non album, quæ est factio non albi.

Enim-

A Enimuerò secundùm opinionem tria hæc concurrunt simul, scilicet fieri album, & corrumpi non album, & rursus ex non albo fieri album. Ex quo fit, vt non solùm contrariæ, sed contradictoriæ actiones sint simul, puta corruptio & generatio eiusdem. Et quia in contradictorijs patentior fit repugnãtia naturæ, quàm in contrariis, ait hãc rationem esse magis propriam, quàm superiores, hoc est, quæ maiori demonstratione rem euincit.

CAP. IX.

Fragmentũ eiusdẽ text. AMPLIVS non si continuũ est tempus: & motus, sed consequenter, quomodo
B enim erit vltimum idem contrariorum: vt albationis & denigrationis.

¶Fragmẽtum hoc superioris textus, quo quarta continetur ratio, poterat quidem in calce superioris capituli collocari: haud tamen ineptè initium fit capituli noni, propterea, ꝙ hæc ratio ansam præbet subsequenti disputationi de motu circulari. Est ergo ratio quarta, qua respondetur rationi contrariæ. Poterat enim quis arguere, ꝙ cum tempus amborum motuum ab a. ad c. & c. ad a. fit cõtinuum, ipsi etiam
C motus constituant vnum continuum. Respondet, inquam, consequentiam nullam esse, vt 5. lib. præhabitum est. Possunt quippe duo contrarij motus sibi succedere, vt albatio denigrationi, in eodem continuo tempore, qui tamen non possunt esse continui. Nam contrariorum, inquit, quomodo erit vnum vltimum (puta vnum punctum quo iungantur.) Quasi dicat, nequaquam.

Tex.73. ¶Qui autem super circularẽ fit: erit vnus & continus, nihil enim impossibile cõtingit, quod enim ex a. mouetur, simul mouebitur ad a. secundùm idem propositum, ad quod enim ueniet: & mouetur ad hoc, sed nõ simul mouebitur contrariis, neque oppositis, non enim omnis, qui est ex hoc: ei, qui est ad hoc, contrarius est aut oppositus. Sed contrarius quidẽ est: qui super recta fit, huic enim est contrarius secundùm locum, vt qui secũdùm diametrum fit, distat enim plurimum. Oppositus autem est: qui est secundùm eandem longitudinem. D
Quare nihil prohibet continuè moueri, & nullo tempore deficere. Circularis enim motus est, qui ab eodẽ in idem: rectus autem, qui ab eodem in aliud. Et qui in circulo quidem fit: nunquam in eisdem est. qui verò secundùm rectam, sæpe in eisdem. Eo E
igitur, qui semper in alio & alio fit, contingit moueri continuè. eo verò, qui in eisdem sæpe, non contingit, necesse enim esset, simul moueri oppositis. Quare neq; in semicirculo, neq; in alia circumferentia vlla contingit moueri continuè, sæpe enim necesse est, secundùm eandem moueri, & contrariis mutari mutationibus, non enim copulatur principio: finis, qui autem circuli est, copulatur, & solus est perfectus. F

¶Postquã demõstrauit, ꝙ nullus motus localis rectus potest esse cõtinuus in perpetuum, hoc est, in infinitũ, propterea quę non potest dari spatium infinitum, per quod motus rectus protrahatur, & tamen motus rectus & reflexus non faciant vnum, prosequitur, vt demonstret, circularem posse esse vnum & perpetuum. Facit autẽ in hoc textu duas rationes, quæ sumuntur ex duobus contrariis principiis ad superiora, & fundantur in duabus proprietatibus contrariorum. Prior est hæc, Illud est possibile, ad quod nullũ sequitur impossibile: ex hoc autẽ, quod cir

A cularis motus sit perpetuus, nullũ sequitur impossibile: ergo illud est possibile. Probatur minor, nam ratio impossibilitatis in motu recto & reflexo erat hæc, ꝙ si motus ab a. ad c. & à c. ad a. erat unus, fiebat cõsequẽs, ut statim ab initio mobile moueret ab a. ad ipsummet a. hoc autem non in conuenit in motu circulari: quin uerò est ꝓprietas eius, ut fiat ab eodem puncto in idem punctum. Etenim, quod circu culariter mouetur, secundùm eundem aspectum & partium positionem reuertitur in idem punctum: ut patet si musca moueatur per circulum: quod autem reuertitur per eandem lineam

B rectã, aut debet retrocedere, ut pars, quæ erat posterior, fiat anterior: aut debet aspectum retrouertere: ergo in circulo nihil repugnat motũ fieri perpetuũ. Declarat hoc amplius: quia ex hoc non sequitur hic, sicut illic, ut idem simul moueatur motibus contrarijs, aut ulla ratione oppositis: quia non omnis motus, qui fit ab a. est contrarius ei, qui reuertitur ad ipsum a. sed illi soli, qui reuertitur per lineam rectam: ut motus ab a. ad c. per diametrũ cõtrarius est ei, qui fit à c. ad a. per eandem diametrum. Qui autem fit per semicirculum b. non est contrarius ei qui fit a. c. in a. per semicirculum. d. Et ratio est: quia (ut definitum est lib. 5. tex. 24.) contraria sunt, quæ maximè distant: maximè autem distantia inter duo loca non sumitur per lineam circularem: eò quod infinitè tales possunt duci inter eadem duo puncta: sed per lineam rectam, quæ est breuissima, atque adeo omnium distantiarum mensura. Ex quo fit, ut contrarietas secundùm locum non sit pensanda penes lineam circularem, sed penes rectam. Et hoc est quod ait Aristote. motus diuersos per eandem diametrum esse contrarios, eò quòd plurimum distant secundum rectam: alios uerò per semicirculos diuersos minimè. Et ideo nihil uetat sic con-



tinuo fieri motum per circulum, ut D nullo tempore deficiat. Circularis enim motus est, qui ab eodem in idẽ fit: rectus autem, qui ab eodem in aliud: puta in contrarium extremum, quapropter in illo nulla dignoscitur contrarietas, sicuti in hoc: & ideo neque illi repugnat continuatio, sicuti huc, dum reflectitur. [Et qui in circulo] Subiungit rationem secundam, superior enim fundatur in eo, quòd contraria sunt illa, quæ maximè distant: hæc uerò in hoc, quod uersantur circa idem: ut habetur in prædicamentis cap. 10. dealbatio enim, quę est in genere coloris, & fit in super-

ficie, non contrariatur iustitiæ, quæ E uersatur in actionibus. Est ergo ratio huiusmodi. Motus, qui fiunt in circulo, nunquam fiunt per idem mediũ, sed pars una procedit per unum semicirculum, & altera per alterum: recti autem sæpe fiunt per idem: ut patet in recto & reflexo per eandem diametrum: ergo illi non sunt contrarij, sed isti, quia contraria sunt circa idem. Et rursus: ergo circulari, quippe qui semper fit per aliud & aliud punctum, contingit ut possit esse continuus, ac semper unus: recto uerò id repugnat: nam contrarij motus non possunt esse continui. [Quare neque]

F colligit ex superiori conclusionem, nullum alium motum, præter circularem esse continuum, & perpetuum: siue procedat per semicirculũ, & reuertatur per diametrum: siue per maiorẽ minoremvè portionem semicirculi: quia ubi linea incipit esse recta, pausabitur motus: eò ꝙ recta cum circulari habet speciẽ contrarietatis: adeo ut finis circularis motus nequeat uniri principio recti: solus ergo circularis est unus atque perfectus.

Manifestum autem est & ex hac diuisione: ꝙ nõ alios contingit motus esse cõtinuos, in omnibus enim accidit, secundum eandem moueri sæpe. Tex. 74.

vt

A vt in alteratione per media: & in eo, qui est quātitatis, per medias magni tudines,& ĩ generatione &corruptio ne similiter,nihil.n. differt, ea pauca vel multa facere, in quibus est mutatio, aut mediū addere quippiam, vel auferre. vtroq; enim mō accidit per eadē moueri sæpè. Manifestum est igitur ex his,ꝙ neq; qui de natura dis serunt,benè dicunt,qui oīa sensibilia moueri semper dicunt,moueri enim necesse est aliquo illorum motuum, & maximè secundùm ilios est altera B ri.fluere.n.dicunt semper, atque diminui. Ampliùs autem & generationem, & corruptionem alterationem esse dicunt. Ratio autem nunc dixit vniuersaliter de omni motu: ꝙ nullo motu contingit moueri continuè, præterquam circulari. Quare neque secundum alterationem, neque secundum augmentationem.Quòd igitur neque infinita fit mutatio vlla, neque continua præter circularem la tionem, tot à nobis dicta sint.

¶In hoc tex. 74.duo infert phi. corollaria. Prius est,ꝙ neq; in ullo aliorum generum motus esse potest quispiam C vnus & perpetuus.Et ratio est:quia in illis, licet appareat fieri circulatio, nō fit tamen nisi per modum reflexionis per eadem media. Ratio ergo est talis. Vbi progressio, & regressio in motu non fit per diuersa media,vt in circulo, sed per eadem veluti in diametro, non potest esse continuatio motus:vt iam visum est:quia necesse est in pūcto reflexionis pausari : in alteratione autem : cum ab albo progreditur in nigrum, & à nigro regreditur in albū, fit regressio per eadē media:trāsitur enim per subalbum subnigrum, & vice versa reuertitur:ergo cum ex nigro fit reuersio, illic cessatur. Profecto ratio est ingeniosa. Et idem,ĩquit, vsu venit in augmento & decremento quanti- D tatis: immo verò & in generatione & corruptione. Nā si dum ignis vertitur in aerem, medium aliquod transitur, per idem fit regressio, dum aer vertatur in ignem. [Nihil enim differt] Neque verò,inquit,differt, vnum sit,plura vè media:positiuū vè[vt in hoc posito exemplo) an priuatiuum : sicut est inter bonum & malum. [Manifestum igitur] secundum corollarium est contra philo. antiquos, qualis erat Heraclitus, de quorum opinione meminit tex.23. Aiebant enim,sensibilia omnia esse in continuo motu.Hos quippe cōfutat hic.Quoniam necesse illis erat illud asserere, non de motu circulari se E cundū locum, vt experimento cōstat, sed vel de motu recto, vel de motu alterationis:de quo ipsi potissimū loquebantur, dicentes omnia esse semper in continuo fluxu,immo verò aiebant generationes non esse aliud, quàm alterationes quaspiam,'quoniam nō agnoscebant substantiales formas,sed sensibiles prorsum qualitates. Et tamen ratio proxima vniuersaliter cōclusit de omni motu præter circularem, ꝙ non possit esse continuus. Concludit ergo epilogum dicens, satis esse ostensum', quòd nulla, præter circularem,mutatio,potest esse infinita. F

Quod autem lationum circularis prima sit, manifestū est.Omnis enim latio, sicut & priùs diximus : aut circularis est, aut super recta, aut mixta. Hac autem necesse est,priores esse illas,ex illis enim constat.Recta autem circularis.simplex enim, & perfecta est magis, in infinitum .n. non est secundum rectam ferri, quod.n. sic est,infinitum non est,sed neque si esset,moueretur vtique aliquid. non enim id fit:quod imposibile est,trāsire autem infinitam:imposibile est. Ea autē latio, quæ super finita recta Tex. 75.

A fit, si reflectatur, quidem composita est, & duo motus: si uerò non reflectatur, imperfecta est, & corruptibilis. Prius autem & natura, & ratione, & tempore, quod perfectum quidem est, imperfecto est: corruptibili autem incorruptibile. Ampliùs motus prior est, quem contingit perpetuum esse, eo, quem non cōtingit: circularem igitur contingit perpetuum esse, aliorum autem, neq; loci mutationem, neq; alium vllum. statum enim oportet fieri, si autem status est corruptus est motus.

B

¶In text. 75. ex superiori conclusione elicit alteram: nempe circularē motum esse omnium primū: iam enim supra tex. 55. & infra constituerat, omnium motuū localem esse primū: hic autē pergit demonstrare, ꝙ inter locales circularis est primus. Supponit. n. id, quod tex. 64. præmiserat, videlicet tres esse species localis motus. s. circularem, qui fit per semicirculū, & rectū qui fit per diametrum, & mixtum qui constat ex vtroq;. Et ꝙ hoc tertio alij sint priores, inde constat, ꝙ partes semper sunt priores toto. At ꝙ recto circularis sit prior, probat ratione dupli-
C ci. Prior est hæc. Id, quod ē simplex & perfectum, prius est illo, quod nō adeo simplex neq; perfectum: circularis autē motus simplicior est, ac perfectior recto, ergo prior. Probat prius minorem ex eo, quòd motus circularis pōt esse infinitus, vt dictum est, rectus verò minimè. Nam vel fieret infinitus, extensus per magnitudinem infinitā, & hoc non tum quia neq; talis magnitudo est possibilis, tū etiam quia neq; si esset, posset pertransiri, atq; adeo neque motus in illa fieri posset infinitus. Vel fieret infinitus per reflexionem super eandem finitā magnitudinem iteratus, & hoc non, quia ille motus (vt dictum est) non esset vnus, atque adeo neq; simplex, sed compositus ex duo- D
bus. Id aūt, quod est infinitum, est perfectum: quia nulla ei fieri pōt additio: & simplex quia nō constat ex motibus duobus: estq; adeo incorruptibilis: qa non abrumpitur dum venit ad terminum, vnde reuertitur: rectus verò, si reflectatur, non est simplex, neq; vnus: si autem non reflectatur, est imperfectus: quia pōt ei fieri additio: & est præterea corruptibilis: quia mobili perueniente ad terminum, cessat. Ecce minorem. Maior aūt cōstat, quia perfectum imperfecto, & corruptibile incorruptibili perfectius est. [Ampliùs] secunda ratio est hæc. Perpetuum prius est tēporali, sicut & æternitas tēpore, quia E
temporale dependet à perpetuo: circularis autem motus perpetuus est: rectus verò temporalis: ergo circularis est prior secundùm tempus.

Rationabiliter autē accidit circularem vnum esse, & continuum, & non eum, qui super recta fit: eius. n. qui super recta fit: determinatum est & principium, & medium, & finis, & omnia habet in se ipso. Quare est, vnde id incipiat, ꝙ mouetur & vbi desinat, apud terminos quiescit oē, aut vnde, aut vbi. Ipsius aūt circularis in- F
determinata sunt, cur. n. magis quod uis eorū, quæ sunt in linea, terminus erit? similiter. n. vnumquodq; & principium, & mediū, & finis est, ut semper id, quod mouetur, sit quodammodo in principio, & fine, & nunquàm in uno eorum tantùm. Quare mouetur & quiescit quodammodo sphæra, eundem enim occupat locū, causa autem est, quoniā omnia hæc acciderunt ipsi centro, principium enim, & medium magnitudinis, & finis est. Quare fit, vt propterea ꝙ hoc extra circunferentiam est, sit vbi id, quod fertur, quiescat, quasi transierit,

Tex. 76.

A fierit, semper enim fertur circa medium, sed non ad extremum propterea autem quòd hoc manet, & semper quiescit quodammodo totum, & mouetur continuè. Accidit autem è conuerso, etenim quoniam mensura motuum circumlatio est: primùm necesse est ipsam esse. Omnia enim mensurantur primò, & quia primò est, mensura est aliorum. Ampliùs autem & regularem contingit circularem esse solum, qui enim super recta fiunt, irregularitter & à principio feruntur, & ad finem, omnia enim B quantò plus distant ab eo, quod quiescit, feruntur velociùs. Circularis autem solius, neque principium finis in ipso natura est, sed extra.

¶Superioribus rationibus, quæ à propria natura circularis motus proficiscebantur, adhibet & hoc tex. 76. tres alias dialecticas. Hoc enim sonat rationabiliter. Porrò autem prima ex legitima philosophia deprompta est, supponit enim in linea recta palam esse tria puncta, initium, scilicet, medium & finem: quæ puncta sunt in linea ipsa in qua idcirco facile est designare, vnde incipiat motus & vbi de- C signat: fit enim (vt lib. 5. tex. 54. visum est) inter duas quietes. Ab vna quippe incipit, & in altera terminatur. Circularis autē lineæ indeterminata sunt talia puncta, nulla siquidem ratio extat, cur vnum punctum lineæ initium sit, mediumve, aut finis, potius quàm aliud vnū, quodlibet. Quin verò vnū quodque potest ratione concipi tanq̄ principium, medium & finis, quia quodlibet est finis præcedentis portionis circuli, & initium sequentis, atque adeo medium vtriusque. Qua vtique ratione id, quod in circulum vertitur, semper est in initio, & medio, & in fine, ex quo rursus fit consequens, vt sphęra (vt lib. 6. tex. 42. dictum est) simul mouetur quodammodo, quia D mutat locum secundùm partes & quodammodo quiescit, quoniā secundùm totam non mutat locum. [Causa autē est] subdit causam, cur huiusmodi puncta non sint determinata in circulo: videlicet quoniam centrum circuli est eius initium, nimirum vnde omnes lineæ prodeuntes sunt æquales, & est pariter finis, in quem lineæ à circumferentia conductæ terminantur, & est medium, circa quod vertitur circumferentia. Quocirca hæc tria puncta non sunt in ipsa linea circunferentiæ, sicuti in recta, vt mobile transeat talia puncta, quoniam centrum, quod eorum vice fungitur, est extra circun- E ferentiam, obidque motus circularis non fit transeundo media, & tendendo in extrema, sed fit semper circa medium. Et quia illud medium semper est fixum, sphæra quodammodo quiescit secundum se totam in loco, sed mouetur secundum rationem partium transeuntium per puncta circunferentiæ. Est ergo forma syllogismi hæc. Omnis ille motus, qui nunquàm est in principio & in fine, est cō- Tex. 77. tinuus, quia motus non interpollatur nisi in talibus extremis, motus autem circularis est huiusmodi: ergo est continuus. Et per contrariam rationem motus rectus non potest esse perpe- F tuo continuus. [Accidit autem] secunda ratio est hæc. Id, quod est enim prius in aliquo genere, & quod est omnium mensura, conuertuntur: sicuti vnitas, quæ est initium numerorum, est omnium mensura, vt 10. meta. tex. 4. constitutum est: motus autem circularis est mensura, omnium aliorum (vt text. 133. demonstratum reliquit) ergo est primus. Et è conuerso quia primus est, fit, vt sit mensura aliorum, immò verò hæc est ratio à priori, nempe quia primus, ideo est mensura. [Amplius] tertia ratio est superioris expositoria, nam ob id, quòd motus cœlestis regularissimè fit, est,

A aliorum mensuram. Supponatur (ex lib. 5. tex. 44.) illum esse motum regularem, qui æqua sit uelocitate per omne tempus. Tunc sic, motus regularissimus est primus, quia inde habet, ut sit aliorum mensura: circularis est regularissimus: ergo primus. Declaratur minor. Motus rectus, si sit naturalis, uelocior est in fine q̃ in principio, eò ꝙ quantò propinquius est suo fini, auidius fertur, atq; adeo intensior fit eius impetus: in motu autem uiolento uice uersa, quo distantius fit mobile à mouente, eò segnius mouetur ex remissiori impetu. Ratio autem huius varietatis est propter extrema, quibus

B motus terminatur. Igitur cum circularis non fiat secundum se totum ab aliquo, uel ad aliquod punctum, sed circa idem medium, nulla est ratio inæqualitatis in celeritate. Et ideo, ꝙ regulariter est, fit, ut sit primus, ob idque adeo per illum certiores efficimur de motibus horum inferiorum. In hoc enim nobis horologia inseruiunt, ut per illa nobis innotescant horæ, quæ sunt æquales portiones solaris lationis.

Tex. 77. Quòd autem ea, quæ est secundùm locum mutatio, primus motuũ sit: testantur omnes, quicunque de motu fecerunt mentionem, princi-

C pia enim ipsius tribuunt mouentibus secundum huiusmodi motum, disgregatio enim & congregatio motus secundùm locum sunt, sic enim mouent amicitia & lis: ipsarum enim hæc disgregat, illa autem congregat. Atque intellectum primum mouentem dicit Anaxagoras disgregare. Similiter autem & quicunque talem quidem nullam causam dicunt, sed propter uacuum moueri dicunt, etenim hi eo, quod secundùm locũ est, motu naturam moueri dicunt. motus enim, qui propter uacuum fit, loci mutatio est, & ut in loco. Aliorum autem nullum inesse primis: sed iis, D quæ sunt ex his, putant, augmentari enim & diminui, & alterari, cùm congregãtur & disgregantur impartibilia corpora: dicunt. Eodem autem modo, & quicunque per densitatẽ, aut raritatem conficiunt generationem aut corruptionẽ, congregatione enim & disgregatione hæc disponũt. Ampliùs autem & pręter hos, qui animam causam motus faciunt, ipsum enim seipsum mouens, principium esse dicunt eorum, quæ mouentur, mouet autem animal se ipsum, & omne animatum eo, qui secundùm locũ E est motu. Et propriè autem moueri dicimus solum, quod mouetur eo, qui secundum locum est, motu: si autem quiescat quidem in eodem, augmentetur autem, aut diminuatur, aut alteretur: quodammodo moueri, simpliciter autem moueri non dicimus. Quòd igitur semper & motus erat, & erit omni tempore, & quodnam sit principium perpetui motus, ad hæc autem quis motus primus, & quem motum perpetuum contingit solùm esse, & quod primum mouens immobile sit, dictum est. F

¶ Tandem in hoc text. 77. confirmat sententiam suam authoritate antiquorum: non quidem quòd motus circularis, sed quòd motus localis sit primus. Nam vtcunque antiqui de principiis hallucinati sunt, in hoc tamen omnes recidebant, quòd primus omnium motuum fuerit localis. Et continet hic tex. membra. 7. Primò opinionem Empedoclis, qui posuit mundum amicitia dissolui, cùm partes confluunt in chaos, lite uerò constitui, dum inde disgregantur. Disgregatio nanque & congregatio motus locales sunt. [Atque intellectum] idem

fatebatur

A fatebatur Anaxagoras, qui posuit separatam mentem esse primam causam mundi. Id enim efficiebat mens per eandem disgregationem, quam Empedocles adscribebat liti. [Similiter autem] eodem prorsus relabebatur Democritus, qui nullam cognoscebat causam efficientem, sed docebat, omnia per se moueri ad replendum uacuum: talis quippè motus localis est. Aliorum autem motuum nullum aiebat inesse primis, sed ex primis fieri: hoc est alterationem, & augmentationem non aiebat esse primos motus, sed fieri ex congregatione, aut disgregatione atomorum ad replendum va-
B cuum, quæ erant corpora impartibilia. [Eodem autem modo.] Quartò idem quoque fatebantur & Parmenides & Melissus, & reliqui, qui ponebant omnia esse unum principium materiale, puta aquam, uel ignem, uel aerem, ex quo principio omnia dicebāt generari. Apud hos nanque generatio & corruptio rerum non fiebat nisi per quandam rarefactionem, aut condensationem: quæ sunt motus locales partium: puta dilatatio à medio, uel contractio ad medium. [Ampliùs autem] Quintò & Plato ipse, qui dicebat, animam, eò quòd seipsam mouet, esse omnium principium [animam au
C tem appellabat, primam ac diuinam causam] tenebatur idem confiteri. Nam motus, quo animal, & omne animatum seipsum mouet, est ille, qui est secundùm locum, per quem adeo prima causa deberet seipsam, omniaque mouere. Et propriè. [Sextò id demum confirmat uulgari opinione. Vulgus enim ea prorsus existimat moueri, quæ secundùm locum mouentur. Si quid autem quiescat in eodem loco, quàmuis augmentetur, diminuaturvè, aut alteret, id quodammodo quidem moueri concedimus, simpliciter autem moueri negamus, documentum ergo est hoc, quòd motus localis sit omnium primus, ac dignissimus. [Quòd igitur semper.] Septi- D
mum hoc membrum collectio est omnium supradictorum. Proposuerat nanque text. 23. diuisionem illam quinque membrorum, scilicet aut omnia semper moueri, aut omnia semper quiescere, intendens quintum membrum constituere: nempè, eorum, quæ sunt alia quandoque moueri, & quandoque quiescere, ut sublunaria: alia uerò semper quiescere, ut primum motorem: alia uerò semper moueri: ut cœlestes orbes. Concludit igitur iam esse monstratum, motum semper fuisse, & semper fore id, quod absoluit in uiginti prioribus textibus. E
Deinde monstrauit, quodnam sit principium perpetui motus, nempè primus motor immobilis, quod ostendit text. 52. Atque adeo demonstrauit quisnam motus sit primus, ac perpetuus, atque adeo quòd primum mouens sit immobile.

Caput X.

QVòd autem hoc necesse est impars esse, & nullam habere magnitudinē: nunc dicamus primùm de prioribus ipso definientes. Horum autem unū quidem est, quòd impossibile est ullum finitū mouere infinito tempore. Tria enim sunt, quod mouetur, & mouēs, & tertium in quo, f. tempus. Hęc aūt, aut omnia infinita sunt, aut omnia finita: aut aliqua, ut duo, aut unum. Sit igitur a. mouens: quod autem mouetur b. tempus infinitum: in quo c. ipsum d. igitur moueat aliquam partem ipsius b quæ sit, in quo e. Non igitur in ęquali ipsi c. in maiore enim maius, quare non est infinitum tempus illud, quod est ipsius f. Sic itaque Tex. 71. F

ipsi

A ipsi d. addendo consumam ipsum a. & ipsi e. ipsum b: tempus autem, non consumam semper. Quare totum a. totum b. mouebit, in tempore finito ipsius c. Non ergo possibile est, à finito moueri aliquid secundum infinitum motum. Quòd igitur nō contingit finitum infinito tempore mouere, manifestum est.

¶ Postquàm in superioribus de perpetuitate primi motus, & immobilitate primi motoris satis dictū est, in hoc tandem postremo capite de primo motore demonstrare adornat, ꝙ sit impartibilis, hoc est, incorporeus. Id autem B colligit ex eo, ꝙ est infinitæ virtutis: ac si eiusmodi virtus in magnitudine inesse nequeat. Ob idque in hoc textu probat, primum motorem infinita vigere virtute. Et est profectò phrasis eis nodis implexa, vt sit non solùm intellectu, uerùm & creditu non facilis. Syllogismus autem hic concipiendus est iste. Impossibile est virtutem finitam quippiam tempore infinito mouere: virtus primi motoris mouet primum mobile tempore infinito: ergo non est finita, sed infinita. Ad maioris autem Tex. 78. demonstrationem supponit, tria esse in motu consideranda, uidelicet mobile, & mouens, & tempus, in quo fit mo C tus. Et contendit probare, hæc tria debere semper esse eiusdem rationis: nēpè, ꝙ si aliquod illorum sit infinitum, & reliqua debent esse infinita. Et quia ratio procedit ad impossibile, petit contrariū à respondente. Detur enim, inquit a. mouens finitum .f. virtutis, vt quatuor, quod mouet b. mobile. quadrupedale per c. tempus infinitū. Tunc sequitur, inquit, ꝙ d. pars ipsius a. quæ sit v.g. virtus, vt vnum, mouebit. e. quę sit quarta pars ipsius b. & non in ęquali tempore ipsi c. sed in minori: quia totum mobile maiori tempore indiget, quàm minus. Tempus ergo f. in quo d. mouet e. necesse est, vt sit finitū: siquidem est pars totius c. Tunc rursus sequitur, ꝙ pars duplo maior, quàm d. D mouebit partem mobilis duplo maiorem, quàm e. in duplo maiori tēpore quàm f. & pars tripla partem triplam in triplo maiori tempore: ergo tota virtus a. mouebit totum b. in tempore quadruplo ad f. quod ideo erit finitū: quandoquidem excedit f. proportione finita. Et hoc est, quod ait, ꝙ addendo ipsi d. consumetur totum a. & addendo ipsi e. consumetur totum b. nunquam autem cōsumetur tempus: quia est infinitum. Cōcluditur igitur, quòd nihil à virtute finita potest moueri tēpore infinito. Neque ullius est momenti redargutio Auicenæ, ꝙ in corpori- E bus cœlestibus nulla potest fieri subtractio, aut diuisio uel mouentis, uel mobilis, quoniam argumento Arist. nihil refert subtractio re fiat, an sola cogitatione, possumus enim partiri ad imaginationem uirtutem cœli motricem & mobile ipsum. Maioris autem multò pōderis est bina alia dubitatio, tum in conclusione, tum etiam in ratione Aristo. In ratione quidem, quoniam illatio illa. Si tota a. virtus mouet totū b. in aliquo tempore, pars illius virtutis mouebit partem in minori tempore, nulla porrò est. Quin verò suam ipsius regulam auersatur superiori lib. tex. 36. qua docuit, quòd si uirtus ali- F qua mouet mobile in certo tempore, media uirtus mouebit medietatem resistentiæ tempore æquali: quoniam, ut declaratum est q. 4. eiusdem lib. eadem est proportio medietatis ad medietatem, quæ totius ad totum: quapropter eadem erit motus celeritas. Conclusio autem cum ueritate ipsa apertè pugnat: nam constat intelligentiam finita uirtute secundùm eundem Aristotelē mouere orbem tempore infinito: ad quod satis est, ut uirtus sit incorruptibilis, & indefessa. Ad primū autem respondendum, quòd duplex est comparatio temporis motus, una quidem ad partes spatij, & altera ad partes mobilis.

A lis. Si fiat comparatio ad partes spatij, argumentum hoc nostrum concludit, quod dimidia uirtus eodem tempore mouebit per idem spatium dimidiatum mobile: quo tempore tota mouet totum, quia est eadem proportio: si uerò comparatio fiat ad partes mobiles, túc si totũ quadrupedale mobile pertranseat certo tempore per designatum signum in spatio fixum, medietas illius mobiles transiuit per idem signum in dimidiato tempore. Medietas enim solis exurget per orizontem in medietate temporis, quo totus exoritur, ut lib. 6. tex. 48. & 90. monstratum est. Hanc ergo comparationem temporis

B ad partes mobiles sequitur hic Aristo. Sed túc recurrit altera dubitatio de cõclusione, nam si superiùs ostẽdisset, primum motorem mouere mobile tempore infinito, sic, ut motu recto duraret transitus per idem signum tempore infinito, probè demonstrasset virtutem mouentis infinitam, quia tunc illud mobile deberet esse infinitè longum, ueruntamen cùm non demõstrauerit, nisi quod moueat orbem tempore infinito per finitum spatium, quod perpetuò circulo recurritur, non subinde hic commonstrat uirtutem motricem

C infinitam, sed solùm quod motor duret tempore infinito. Caietanus in suo illo infinito opusculo de infinitate Dei, nescio quam excogitauit distinctionem, per se, & per accidens, nẽpè, quod vt virtus moueat per accidens tempore infinito, sat est, quod ipsa duret tempore infinito, licet sit intẽsionis finitæ, attamen vt per se moueat tempore infinito, requiritur, inquit, quòd sit intensionis infinitæ. Hoc tamen profectò nulla ipse ratione corroborat, quin respondeti semper possit, quod per se mouere tantum mobile, & tanta celeritate, competit intensioni virtutis, sed ad mouendum tanto tempore, etiam per se, solum requiritur duratio virtutis. Et ideo multo est apparentior glossa hic S. Thomas qua ratio per se infi- (S. Thom.)

nitatis motus explicatur. Ait quippe, quod uirtus primi motoris, ex qua virtutes aliæ intelligentiarum deriuãtur, debet sic esse infinita. vt sit causa illius infinitatis motus, qui per se & intrinsece est infinitus: nam id quod est per accidens, debet reduci ad id quod est per se. Per se autem infinitas motus est illa, quæ conuenit mobili ab intrinseco ratione suarum partium: quia videlicet cũ habeat infinitas æquales, nunquam posset eius transitus per aliquod signum finiri. Sicuti si sol esset infinitus, nunquam totus posset oriri per orizontem: infinitas autem motus per accidens est, quæ non conuenit mobili ratione partium infinitarum ab intrinseco, sed propter figuram motus: nempe quia fit circulariter per infinitas repetitiones eiusdem finiti spatij. Intelligentiæ quidem sunt causæ illius infinitatis motus, quæ est per accidẽs: requiritur ergo, ut earum causalitas reducatur in primã causam, quæ posset efficere motum, qui per se esset infinitus, si esset possibilis. Et hoc per se & per accidẽs est multo explicatius illo Caietani: nam explicatur hic ratio, nõ solum per se causæ, quæ ratio videtur ad libitum conficta, sed per se infinitatis motus ex parte mobilis. Et si quid certi Aristo. hic proposuit demonstrare, reuera non fuit, nisi hoc, quod non potest uirtus aliqua mouere mobile tempore infinito, hoc est infinitatem per se motus efficere, nisi faciendo illud transire per certum signum, taliter, ut in perpetuum duraret motu recto transitus omnium partium: quod fieri non posset, nisi mobile esset infinitæ quantitatis, atque adeo uirtus esset infinita simpliciter.

Quod autem omnino non contingit in magnitudine finita, infinitam esse potentiam: ex his manifestũ est. Sit enim maior potentia semper: quæ æqualem in minori tempore facit. ut quæ calefacit aut dulcefacit, aut proijcit, (Tex. 79.)

A cit,& omnino mouet. Necesse est ergo & finito quidem infinitam autem habente potentiam: pati aliquid patiens & plusquã ab alio maior enim est: infinita potentia. At uerò tempus quidem non contingit esse ullum, sit enim in quo a. tempus, in quo infinita uis calefacit, aut pepulit a. b. autẽ: in quo finita quædam. ad hanc maiorem semper accipiendo finitam, perueniam aliquando ad id, quod est in a. tempore mouisse. ad finitum enim semper addens, excedam omne determinatum. & auferens, deficere faciã
B similiter. In æquali ergo tempore mouebunt, finita ac infinita. hoc autem est imposibile. nullum itaque finitum, contingit infinitam potentiam habere.

¶ Consequenter tex. 79. Probat, ꝙ uirtus infinita non potest esse in magnitudine finita: ut ex superiori & ista concludatur, Deum expertẽ esse magnitudinis molis. Vbi considerandum est, non satis esse probare quòd non possit esse in magnitudine finita, sed simpliciter quòd non potest esse, in magnitudine. At quia lib. 3. satis demonstrauit, impossibilem esse magnitudinẽ infinitam, & maxime in primo motore: nam tunc nulla esset, alia res, quam
C moueret, proponit, non esse virtutem infinitam in magnitudine finita. Ratio tamen quam adducit, simpliciter probat, ꝙ nequeat esse in magnitudine, & ita nos concludemus. Demonstratio autem hæc deducit item sic ad imposibile. Si uirtus infinita esset in magnitudine: illa moueret in non tempore: motum autem fieri in non tempore, est impossibile: ergo & infinitam virtutem esse in magnitudine. Itaque non uult hic probare possibilem esse motũ in non tempore. Quin uerò ex hoc impossibili concludit, aliud esse pariter impossibile. Supponit igitur, ꝙ maior virtus in minori tempore æqualem facit effectum illi, quem minor uirtus faceret in maiori tempore, uel in eodẽ facit maiorẽ. Ex hoc autem fit, ut quicquid patiatur à potentia infinita, maiorem effectum suscipiat, quàm si pateretur ab infinita: quoniam infinita, maior est quàm finita. [At uerò tempus quidem, inquit, non contingit esse ullum.] Ac si dicat, eiusmodi tamen passio & motus in nullo fieret tempore, sed in non tempore: quod est impossibile. Probatur autem hæc minor. Detur oppositum, ꝙ infinita uirtus in a, tempore faciat vnum certum ac finitum motum, puta in vna hora, & sit virtus alia finita, quæ eundem faciat mo- E
tum in tempore maiori, puta duplo, uel decuplo, nihil enim refert, quòd sit a. b. tunc sic. Quacunque potentia finita potest dari maior, etiam finita. Detur ergo maior, quę in tempore minori quam a. b. perficiat eundem motum: & rursus alia maior, quæ in tempore etiam minori efficiat eũdem motum. Peruenietur ergo sic ascendendo ad virtutem finitam, quę in tempore a. efficiat eũdem motum, quem virtus infinita in eodem perficiebat. Et hoc est, quod ait, quòd addendo ad uirtutẽ finitam, & au ferendo à tempore maiori, peruenietur ad id, quod eodem tempore infinita uirtus & finita perficient F
eundem effectum. Quod cum sit impossibile, infertur, & imposibile esse infinitam virtutem existere in magnitudine. Percontaris autem, quid opus erat collocare hic uirtutem infinitam in magnitudine ad concludendum, ꝙ moueret in tempore. Cur inquam nõ intulit, imposibile esse infinitam dari virtutem etiam extra magnitudinem: siquidem ubicunque esset, moueret in non tempore. Commentator nescio q̃d super hoc cõminiscitur. Ait enim, quòd quia finitum & infinitum (ut in vltimo tex. lib. 1. visum est) non conuenit nisi quantitati, vt loqueretur propriè de infinita virtute, constituit eam

in

A in mole. Hoc autem manifeste est cõtra Aristotelem, qui superiori tex. ex eo ꝙ prima causa mouet infinito tempore, intulit propriè ac simpliciter esse infinitam: & inde rursus hic inferre contendit, non esse in magnitudine. Et præterea est contra rationem: nam cum uirtus sequatur perfectionẽ formæ: & quo forma abstractior est à materia, perfectior sit consequitur, ut ratio infinitatis multo sit congruentior separatæ formæ, quàm materiali, quæ tamen dicitur infinita ex parte materiæ: eo scilicet, ꝙ est absque termino protensa. Respondendum ergo est ad interrogationem, ꝙ per uirtutẽ in ma-
B gnitudine intendit illam, quæ non potest agere, nisi secundam suam totam potentiam: qualis est virtus in igne. Nam immaterialis spiritualisque uirtus, non est necesse, ut semper agat secundum ultimum suæ potentiæ: quia cum (ut habetur. 3. de anima tex. 6. & 46.) intellectus non sit virtus corporis: uirtus spiritualis debet esse intellectualis: talis autem uirtus non agit secundum totam naturalem formã, sed secundum illam, quam apprehendit: ut patet in ædificatore. Et ideo si uirtus infinita, esset in magnitudine, ageret quidem secundum ultimum suæ potentiæ, puta infinita velocitate, atq;
C adeo in non tempore quod est impossibile. Id autem non sequitur de infinita uirtute spirituali, quæ agit per intellectum, ut quæstione 5. exactius patebit. Vide quomodo ratio Aristo. non solum probat infinitam uirtutem non posse esse in magnitudine finita, uerùm quòd neque in ulla magnitudine.

Tex. 80. Neque igitur in infinito finitam. attamen contingit in minori magnitudine maiorem potentiam esse, sed adhuc in maiori maiorem, sit igitur id, in quo. a. b. infinitum, pars igitur b. c. habet potentiã aliquam: quæ in aliquo tempore mouit. b. in tẽpore D scilicet, in quo. e. f. Si igitur ipsius. b. e duplum accipiam: in dimidio mouebit tempore ipsius E. F. sit enim hæc proportio. Quare in. f. h. mouebit, ergo sic accipiendo semper ipsum. a. b. nunquàm transibo, tempore autem dato semper minus accipiam. Infinita ergo potentia erit, omnem enim finitam potentiam excedit. Omnis autem finitæ potentiæ necesse est finitum esse, & tempus, si enim in quodam tanta, maior in minori quidem, sed determinato mouebit tempore secundùm con- E uersionem proportionis. Infinita autem omnis potentia est, ut & multitudo, & magnitudo, quæ excedit omnem finitam.

¶ Subsequenter in text. 80. conuertendo superiorem conclusionem, demonstrat, quòd neque in magnitudine infinita potest esse finita uirtus. Non quòd esset cõclusio hæc ad propositum, necessaria, sed quòd annexa erat, & affinis superiori. Et quia posset quis statim obuiare. Contingit enim in minori magnitudine maiorem inesse uirtutem, ut in minore F igne cumulatior uiget, quàm in maiori aere, indeque sequitur, quòd proportio uirtutis non consequitur quantitatem molis, atque adeo uidetur subsequi vt in aere infinito possit esse finita uirtus. admittendo antecedentia, negandoque hanc postremam consequentiam, ait quòd licet in minori magnitudine contingat esse maiorem potentiam, ut in igne: nihilominus magnitudo aeris potest multiplicari, ut attingat uirtutem ignis: magnus enim aer pollebit tanta uirtute quanta est in paruo igne, atque adeo multiplicata aeris magnitudine in infinitũ, pari ratione mul tiplicabitur

A tiplicabitur & potentia, unde fit consequens, ut in quacunque magnitudine infinita sit maior uirtus, quàm in quacunque finita. [Sit igitur.] Reuertitur ergo ad demonstrationem. Sit, inquit, a.b. virtus finita magnitudinis per impossibile infinitæ. Omnis autem finitæ potentiæ (ut ait paulò inferiùs) necesse est tempus esse finitum, in quo mouet: nam licet quò maior est potentia, eò in minori tempore moueat, tamen quacunque finita data mouebit tempore determinato secundùm conuersionem proportionis, ut quantum addetur potentiæ dematur de tempore. Hoc supposito detur una alia uirtus B finita magnitudinis etiam finitæ, quæ sit b. c. illa etiam mouebit ipsum d. quod. v.g. mouebatur à potentia finita magnitudinis infinitę: & mouebit illud in tempore certo, puta e. f. Tunc si dupletur ea magnitudo, duplabitur potentia, quæ ideo mouebit idem d. in duplo minori tempore, scilicet f. h. & eadem ratione sic multiplicando potentiam. b. c. Imminuetur tempus, in quo mouebitur d. at uerò nunquam b. c. potest superare potentiam a. b. quia nunquàm sua magnitudo potest adæquare magnitudinem alterius, quę est infinita: & in magnitudine infinita C (vt iam ostensum est) non potest negari: quin sit uirtus maior, quàm in quacunque finita: eò quòd crescente magnitudine necesse est, ut crescat aliquantùm uirtus.

Tex. 81. Est autem & sic demõstrare hoc, accipiemus enim quandam potentiam eandem genere ei, quæ est infinita magnitudine in magnitudine finita existentem: quæ mensurabit eã, quæ infinita est, finitam potentiam. Quòd igitur non infinitam contingit esse potentiam in finita magnitudine, neque finitam in infinita ex his palam esse.

¶ Subdit secundam demonstrationem, quæ à superiori hoc tantùm differt, ꝙ illa accipiebat magnitudinem finitã alterius generis ab infinita: hæc autem assumit ambas eiusdem generis. Si dederis, inquit, finitam uirtutem aeris sub magnitudine infinita, tunc sequitur posse dari aliquam uirtutem finitam itidem aeris eidem æqualem sub magnitudine finita: nam detur. v.g. ꝙ illa uirtus finita infiniti aeris sit, ut centum, & signetur altera ut unũ: tunc eadem centuplicata erit æqualis alteri, & tamen sua magnitudo semper erit finita, consequens autem est impossibile: nam in substantiis eiusdem generis nulla subest causa, cur sub ęquali magnitudine non uigeat æqualis uirtus: ad minus cur sit tantum interuallum, ut in magnitudine infinita non sit maior, quàm in altera finita. D E

De his autem, quæ feruntur, bene se habet dubitare quandam dubitationẽ primùm. Si enim omne, quod mouetur, mouetur ab aliquo, quæcunque non ipsa seipsa mouent, quodo mouentur aliqua continuè non tangente eo, quòd mouit, ut proiecta? si autem simul mouet, & aliud quid, is qui mouit, ut aerem, qui, cùm mouetur, mouet, similiter impossibile est primo non tangente, neq; mouente moueri, sed simul omnia & moueri & quiescere: cum id, quòd primò mouet cessauerit, & si facit quemadmodum lapis: ueluti si mouet id, quòd mouit. Necesse autem est hoc quidem dicere, quòd primũ mouens facit, ut possit mouere aut aer hic, aut aqua, aut aliud quid huiusmodi, quod aptum natura est mouere, & moueri, sed non simul cessat mouere & moueri, sed moueri quidem simul cùm mouens cessauerit moueri, mouens autem adhuc est, qua- Tex. 82. F

qua-

A quapropter mouetur quid alii contiguum, & in hoc eadem ratio est. Cessat autem: cùm in ipso contiguo minor fuerit uirtus, quàm ut moueat, tandem autem cessat, cùm non ampliùs fecerit prius mouens, sed motũ patiens solùm, hæc autem necesse est simul cessare: hoc quidem mouere, hoc autem moueri & totam motionem. Hic igitur in his, quæ possunt aliquando quidem moueri, aliquando quidem quiescere, fit motus: & non continuus, sed uidetur, aut enim existentium consequenter est, aut se
B tangentium, non enim unum mouens est: sed contigua ad inuicem sunt. Quapropter & in aere, & in aqua fit huiusmodi motus, quem dicunt quidam antiperistasin esse. Impossibile autem est aliter dubitata soluere, nisi dicto modo. Antiperistasis autem simul omnia moueri facit & mouere, quare cessant. Nunc autem uidetur, unum aliquid continuè moueri à quouis, non enim ab eodem.

¶Cõstituit ergo hactenus duas præmissas, s. primum motorem esse uirtutis infinitæ, infinitamque inesse non
C posse magnitudini. Veruntamen antequàm inde conclusionem eliciat, vide licet, eundem primum motorem alienum esse à magnitudine molis, interserit hoc textu quandam dubitationem, quæ definitu necessaria est, ne quis possit ratiocinationem cauillare. Dictũ enim est supra, ꝙ animalibus demptis, quæ à seipsis mouentur, reliqua mouentur ab alio: nunquam tamen monstratum est, à quo moueantur proiecta, postquàm proijciens moueri cessauit: nam cum demonstratum sit, omne agens, agere per contactum, videntur non moueri tunc à proiiciẽte. Et ille cui hoc appareat, æqua ratione respondebit, quòd primus D
motor licet cœpit omnia mouere, non tamen continuò semper mouet tempore infinito, atque adeo neque inde probabitur, esse infinitæ uirtutis. Hac utique de causa huc induxit quæstionem hanc. Aristo. Ait ergo congruens esse dubitationem hanc priùs terminare, nempè, si omne quod mouetur (præter animalia: quæ seipsa mouent) necesse est, ut ab alio moueatur, quomodo fieri potest, ut continuè moueantur proiecta, non tangente proijciẽte, hoc est, postquàm eminus ab eo sunt elongata. [Si autem simul.] Recitat solutionem, quam quippiam dicũt fuisse Platonis, nõ ut prorsus reijciat, E
sed ut apertiùs exponat. Solutio est, ꝙ proiiciens sagittam, uel lapidem unà percussit proximum sibi aerem, & ille rursus alium, quæ quidem impulsę aeris unde deferunt sagittam. Sicuti apparet in aqua, dum iectus lapidis undas in gyrum expandit ad ripam usque, quæ secundæ ferunt natantem ramusculum. Ait igitur responsum nõ abundè sic nudum satisfacere: nam similiter est impossibile, ut primo non tangente, hoc est, non mouente, cętera mota moueant: ut iam supra declaratum est tex. 34. & habetur 2. meta. text. 6. Et ideo subdit, ꝙ necesse est, primo motore mouente omnia mouere, & eodem F
quiescente omnia quiescere. (Et si facit quemadmodum lapis) placet hic lapides per antonomasiã usurpari pro magnete: ut Argyropilus trãsfert, quẽ Albertus, & plerique sequuntur, ut sit sensus, ꝙ quando res mouet mota ab alio, nihil refert, fiat ne per impulsionem, ut dictum est, an per attractionẽ, vt si ferrum motum à magnete secum traheret paleam, cessante motu magnetis cessauit & ferrum paleam uehere. [Necesse autem est.] Explicat sententiam propriam, quæ in hoc consistit, uidelicet, quòd primum mouens, puta iaciens lapidem, dat aeri uel aquę circunstanti, ut moueatur, & ut moueat

A ueat lapidem: siquidem aer & aqua apta sunt media, ut moueantur & moueant, nam quia facilè cedunt percutienti, possunt deferre proiectã. At uero uirtus motiua, & passiua motio nõ simul cessant, sed prius aer uel aqua moueri cessat, quàm mouere, quod patet primò ratione: quia datur mouens non motum, ut patet in primo motore, moueri autem semper dependet à mouente, ob quam rationem re cessante moueri, non cessat mouere. Et secũdò id patet experientia: nam in termino motus, qui definit per primum nõ esse, res non mouetur: mouere tamen tunc potest, ut si mobile ad suum in- B troitum in talem locum rem aliam indelocatam excludat. Atqui hoc pacto excogitauit Aristo. fieri motum proiectorum, nõ quòd hic aer percussus à chorda ballistæ moueatur perpetuò cum sagitta, sed quòd istæ pellit aliũ, atque alius alium: & ideo ait, quòd in puncto, quo iste desinit moueri, mouet alium. Cessat ergo mobile moueri, cùm mouens cessat mouere: nõ tamen tunc mobile cessabit mouere, nisi quando cessauerit uirtus eius motiua. Nam uirtus iila, quam primus motor imprimit in cõtiguum sibi aerem, remissius imprimitur à prima aeris portione in alteram, quæ est sibi con- C tigua, & remissius à secunda in tertiã, quoadusque fit tandem adeo remissa, ut mouere nequeat. Appellat contiguam, quia ad rem nihil refert, sit ne continua, an cõtigua, quoniam uicem gerunt duorum mouentium, ut statim est ostensurus. Tunc ergo cessauit totus motus uiolentus, quando aer non sufficiet dare portioni sibi contiguæ uirtutem mouendi, sed tantùm ut moueatur. Et hoc est, quòd ait. Cùm non amplius fecerit priùs mouens, hoc est præcedẽs aeris portio, ut ea, quæ subsequitur sit mouens, sed solùm ut sit motum patiens (Hic igitur) Consequenter demonstrat, huiusmodi motum proiectorum non esse unum & continuum. Ait ergo, quòd hic motus D sit quidem in his mediis, & spatiis, quę aliquando quidem moueri, aliquando quidem quiescere possunt, ut sunt aer & aqua. Nam si immobilia essent huiusmodi media, nullatenus suo motu possent deferre sagittam, & rursus si perpetuo motu cierentur, nunquàm proiectum cessarent mouere. At uerò talis motus nõ est continuus, licet ob nimiam pernicitatem continuus uideatur. Quòd autem nõ sit continuus, inde confirmat, quòd non fit ab uno motore, sed à pluribus consequenter se habentibus, ac tangentibus, uti expositum est. Plura se tangere, plus ponit, quàm consequenter se habere, q̃d E lib. 5. & 6. expositũ est. Habent se nãq; consequenter milites in phalange, licet non se tangant. Impetus uerò aeris antecedens ferit subsequentem. Et quàmuis aeris portiones continuæ sint, pulsus tñ fit per modum plurium. ut patet in circulo fluuialiũ undarũ ad iactum lapidis, quæ non continuò, sed fractæ & refractę mouentur, quare ramusculus per ipsas delatus non facit continuum cursum, sed ancipiti motu nunc retrorsum, nunc in rectũ fertur. Conijcitur ergo Arist. Similiter fieri in motu sagittę propter sibi succedentes appulsus uariarũ portionum aeris. Tametsi sensu non percipiatur, F nisi ueluti motus unus. Quapropter, inquit, in aere & aqua fit huiusmodi motus, eò quòd sunt elementa facile ductilia, non autem per terram, nisi uehementi impetu, & per paruã paruam particulam. Nõ subiunxit exemplum de igne, eò quòd locus illius elementi remotus est à nostris sensibus. Subdit autem, quosdam dicere illum motũ fieri per antiperistasin: id, quod iam tetigit lib. 4. tex. 68. hoc est, per reuersam actionem: nam cum profectum citissimè exeat ab hoc loco, fit, ut ne relinquatur uacuus circunstans aer impetuosè concurrat, feriatque, à dorso proiectum, atque ipsum rursum scindat

A scindat anteriorem aerem, qui eodem impetu à dorso itidem concurrit, caditq; rursus proiectum: itaq; secundũ hanc opinionem aer non cogitur à proiiciente, sed suapte natura mouetur ad uacuum. Impugnat autem opinionem hanc Aristo. dicens, impossibilem esse hunc modum, sed recurrendum esse ad præscriptum. Et probatio est adeo implexa, & obscura, vt cùm uariæ, totidemq; sint glossæ, quot glossatores, uix ullam reperias, quę satisfacit. Arbitror tamen mentem Aristotelis sic esse ex uerbis eruendam. Antiperistasis in proposito est locatorum, hoc est, profecti & aeris fuga, & uicissitudinaria expul-
B sio, qua se mutuò à suis propriis locis inuicem depellunt locorum cambium faciendo. Exemplum est in deambulatione. Deambulans enim secat anteriorem aerem, qui deambulanti cedens, retrocedit in locum, unde deambulans exiuit. Vt enim scinditur, sic eius latera dorsumque deambulantis comprimunt. Itaque deambulans occupat locum aeris, & aer locum deambulantis. Ait ergo, hanc antiparistasim cōceditur quidem omnia simul facere mouere & moueri: omnia scilicet circunstantia media, per quod fit motus: attamen nisi aliam adhibeas causam, non possunt esse causa mo-
C tus proiectorum: sicuti neq; sunt causa motus deambulantis. Haud enim deambulans mouetur ab antiperistasi: quin potiùs antiperistasis fit per motũ deābulantis. Et hoc est, quod ait. (Quare & cessant.) Quasi dicat, cum primum illa media mutent locum, ne detur uacuum cessat modus mediorum: & per consequens non possent longiùs deferre proiectum, nisi concedatur id, quod assertum est, scilicet, proiiciens per impulsum conferre aeri, non solùm moueri passiuè, sed uirtutem quoq; & impetum ad pellendum alium aerem. ut per tales appulsus continuò proiectum submoueatur alio & alio loco. Neque satis id facit, quod aliqui fin-

gunt: scilicet propterea quòd citiùs D
iusto profectum erit à loco, aerem à dorso impetum facere, quia ille impetus est per se adeo tenuis, ut nisi aer uerberaretur à proiiciente, nunquam sufficeret mouere proiectum: ut patet in undis aquæ à lapide commotis. Hæc (ut reor) expositio optimè huic literæ quadrat. Quæ & lucidior fit per uerbum subiunctum in textu. [Nunc autem uidetur unum aliquod continuò moueri à quouis, non enim ab eodem.] Acsi dicat. Antiperistasis non facit unum aliquid moueri: sed solùm ut media, & inter se, & cum eo, quod mouetur, permutent sua E
loca: quæ quidem permutatio consequitur ad motum intersecantis aerem: in proiectione autem unum aliquid putà proiectum uidetur continuò moueri à quouis, id est ab una, ac subinde alia portione aeris impulsa, non autem ab eodem agente. Et ideo licet motus uideatur esse continuus, non est tamen. Reliqua de moto proiectorum disputantur. q.3.

Quoniam autem in his, quæ sunt, Tex. 83.
necesse est semper motum esse continuum, hic autem unus est, necesse autem est unum, & magnitudinis alicuius esse (non enim mouetur, F
quod magnitudine caret) & unius, & ab uno, non enim esset continuus, sed continuus alter alteri, & diuisus. Mouens igitur si unum est: aut subiens motum mouet, aut immobile existens. Si igitur motum subiens consequi oportebit & mutari ipsum, simul autem moueri ab aliquo, quare stabitur & peruenietur ad id, quod est moueri ab immobili, hoc enim non necesse est simul mutari, sed semper poterit aliquid mouere, nam sine labore est sic mouere: & regularis hic motus aut

A solus, aut maximè, non enim habet mutationem ullam id, quod mouet, oportet autem id, quod mouetur ab illo, non habere mutationem, ut similis sit motus.

¶ Expedita quæstione de motu proiectorum, ad inceptum propositum huius capitis reuertitur: uidelicet ad demonstrandum primum motorem esse impartibilem, atque adeo simpliciter unum, & simplicem. Ascendit autem ad hoc gradatim ex supra constitutis. Resumit, inquam primum, necesse esse semper continuum motum, ut à tex. 54. & infra demonstrare perseuera B uit: quem quidem motum deinde demonstrauit esse unum: quoniam est circularis, qui non perinde ac rectus, interrumpitur. Sub hac autem assumpta propositione subsumit trimembrem alteram, qua exprimit naturam unius motus: nimirum necesse esse, ut motus sit unus, quòd sit alicuius magnitudinis: siquidem lib. 6. text. 29. ostensum est nihil posse moueri motu physico, nisi sit partibile. Secundò requiritur, vt sit unius magnitudinis, hoc est, ut sit continuum: nam (ut lib. 5. definitũ est) unus motus debet esse unius subiecti. Sed additur hìc noua conditio, quòd debet etiam esse ab uno motore, quod C tex. hic proximo docuit: nam à diuersis motoribus, qui nõn sunt essentialiter subordinati, sed quorũ unum aliud pellit & aliud aliud, non potest unus peruenire motus, sed discontinuus: sicuti motus ipsorum mouentium. Tũc super hanc basim construit suam argumentationem. Si mouens igitur unus est, tunc aut mouet tanquam mobilis, aut tanquam immobilis existens. Si mouet tanquam immobilis, sequitur, ut etiam ipse pariter moueatur, dum mouet. Si autem mouetur, uel à se mouetur, uel ab alio. Si ab alio, cum iam supra monstratum sit, non abiri in infinitum, deueniendum est ad illud, quod non mouetur ab alio, sed uel à seipso mouetur, uel ab aliquo, quod est immobile. Et habito illo quòd à seipso mouetur, tunc superiùs necesse est ascendere usque ad mouens immobile. ut tex. 40. & infra probatum est. Nam in illo, quod seipsum mouet, necesse est distinguere inter partem per se motam, & aliam per se mouentem, quam non necesse est ampliùs moueri. Et quod illic ostendit in partibus magnitudinis, hic explicat in rebus seorsum sumptis, nimirum concludens, necesse esse deuenire ad primum mobile, quod mouetur à mouente immobili. hoc enim & demonstratu erat necessarium ad demonstrandum primum mouens esse impartibile, ut text. ultimo E patebit. Hoc enim &c. Declarat ingenium & naturam primi motoris immobilis: Ait quippe eiusmodi motorem nullatenus moueri: quia oportet omnino esse immobilem, ex quo fit rursus, ut semper, & perpetuò possit mouere: nam mouenti, quòd non semper mouet, hoc accidit propter laborem, & lassitudinem, si sit animal: uel quia deteritur, & tabescit, si sit inanimatum: eò quòd dum mouet, mouetur: & inde rursus fit, ut non semper regulariter moueat: nam cùm ex labore langueat, cogitur motum remittere. Mouens autem immobile, quia uires nunquam relaxat, semper & re- F gularissimè mouet. Quare uel solus motus quo primum mouens mouet, regularis est, & uniformis, uel ille inter omnes maximè. Moderatur dictum hac diuisione: quoniam in his etiam inferioribus poterit per aliquam temporis particulam motor quispiam uniformiter mouere, quoadusque mouendo remittatur eius uirtus: non tamen semper ut ille primus. Subdit autem huiusmodi motorem non habere mutationem ullam: nimirum, quia neque mouetur motu, quo mouet, neque alio. Idque admonuit, eò quòd cœlum, quamuis non moueatur motu alterationis, quē effecit in his inferio-

A inferioribus, mouetur tamen motu locali: primus autem motor omnium est motuum prorsus expers. Et ideo oportet [inquit] ut id, quod ab alio mouetur, puta primum mobile, nullã in suo motu diuersitatem patiatur, sed semper eius motus sibi simillimus. Neque uerò primum tantùm mobile, uerùm & alij regularissimè mouentur, quia neque intelligentiæ fatigantur. De hoc autem q. 5. adhibemus uerbum aliquod.

Tex. 84. Necesse est autem aut in medio, aut in circulo esse, hæc enim prin B cipia sunt, sed celeberrimè mouentur, quæ proxima sunt mouenti. Huiusmodi autem est ipsius totius motus, illic ergo est ipsum mouens.

¶In tex. 84. docet primum mouens non esse in centro circularis mobilis, sed in circunferentia. Poterat enim quis dubitare, an esset in centro, propterea quòd paulò ante determinatum sit, initium circularis motus esse in centro, ubi est mobilis mediũ. Quòd autem primum mouens nõ sit illic, sed in suprema circũferentia primi mobilis, inde demonstrat, ꝙ quan- C tò mobilia propinquius accedunt ad primum motorem, celeriùs mouentur: orbes autem celestes, quò longiùs distant à terra, eò mouentur perniciùs: ergo illic sursum est primum Nota. mouens, & non in centro. Loquitur namque de motu diurno primi mobilis ab oriente in occidentem, quo rapiuntur inferiores sphere ut quotidie iustum circulum cõpleant: hoc enim motu euidens est, eò uelociùs mouere orbem die, quo ampliorem circulum describit eoq; describere ampliorem, quo est superior. Secus autem res habet in motibus particularibus planetarum: nam quãto quisque propior est terræ, uelocius fertur, orbis enim lunæ singulis mensibus explet proprium motũ ab occidente in oriẽtẽ. Sol uerò in uno anno: Mars in duobus, Iupiter in duodecim, & Saturnus in triginta. Ex his colligitur, quòd cũ orbes cœlestes moueantur mutãdo locũ secundùm partes in circunferẽtia, id habent à motore, qui illic est: sed ꝙ non mutentur secundum se totos, habent à centro, quod est immobile: ut dudum dicebamus. Quomodo autem primus motor, quem cœli capere non possunt, dicatur esse in cœlo, & an motrices intelligentiæ sint in oriente potiusquàm in alia parte, aliqua ex parte disputatum est. q. 4. D

E Tex. 85. Habet autem dubitationem, si contingat aliquid, quod mouetur, mouere continuè: sed non ut id, quod pellit iterum & iterum, & eò cõsequenter sint continuè, aut enim ipsum oportet pellere, aut trahere, uel utrumque, aut alterum aliquid excipiens aliud ab alio, sicut dudum dictum est in his, quæ projjciuntur, si cùm diuisibilis sit aer aut aqua mouet, sed ut qui semper mouetur. Vtroque autem modo non posibile est unum esse, sed contiguum, solus itaque is continuus est, F quo ipsum immobile mouet, semper enim similiter se habens, & ad id, quod mouetur, similiter se habebit, & continuè.

¶Quoniam definiuerat, mouens immobile posse perpetuare unũ continuum motum, dubitabat an idẽ prestare possit id quod dũ mouet mouetur. Et congruentissimè huc protulit hanc quæstionem accidens nimirum iã proximè ad concludendum primum mobile esse incorporeum. Etenim rẽ, que mota mouet, necesse est esse corpus. Nihil enim mouet motu physico, ut prehabitum est, nisi habeat corpus. Et

A ideo tantumdem quærit, ac si interrogasset, an uirtus corporea possit esse causa continui motus. Atqui subiunctum verbũ.[Sed non vt id, quod pellit iterũ & iterum.]Nõ est intelligendum tanquàm responsio negatiua, sed tanquã quęstionis expositio. Quærit enim (ut Themistius author est) an possit corporea virtus mota efficere ea ratione continuum motum, ut sit etiam vniformis & regularissimus, qualis demonstratus est motus cælestis, & non illo tãtummodo continuum, quo apparet esse motus nauis semel ac subinde iterũ, atque iterum pulsę interscissis vicibus. B Hic quippe, licet appareat esse simpliciter continuus, non est tamen, ut patet in eius difformitate: etenim quando segniùs mouetur, tunc iterum pellitur: & sic sunt potiùs motus consequenter se habentes: quos vocant deinceptitios. [Aut enim ipsum oportet pellere.]Non respondet expressa negatione, sed negationi subtacitę subdit rationẽ. Enimuero dum causa mouet mota, aut id facit pulsu, aut attractu, aut vertigine, qui est motus medius: ad has enĩ tres motus species ostensum est libro 7. tex. 1. reduci locales omnes: at nullo istorum modorũ potest corpus mouere continuò. Et quia eadem detra- C ctione ratio est (vt in magnete) quæ est de appulsu, rursus quærit, an ipsum idẽ mouens immediatè per se deberet semper pellere, aut per aliqua media: ut dudum expositum est in motu proiectorum. At quia motus huiusmodi videtur ad sensum esse continuus, ait fieri in aere & aqua, eò quod facilè diuisibiles sint, & ideo fit in eis motus, ut eius rei, quæ semper, id est, continuò mouetur: sed tamen non est cõtinuus, propterea quòd aquæ uel aeris, unde per modum plurium se propellũt, nullo ergo istorum modorum fieri potest, ut corporea virtus continuo semperq; moueat. Nam si id facit, hoc post: emo modo pellendo per media, tunc multiplicatis agentibus, non erit idem motus. Si autem per se ipsum pellat ite- D rum atque iterum interpollatis vicibus non erit vniformis & simpliciter continuus, si denique per se moueat continuè sicut qui manu, aut pede circungirat tonsoris rotam, tunc necesse est motorem defatigari, atque adeo defessum pausari. Duo sunt hic tamẽ animaduertenda, priùs, quòd cùm in sempiternitate perennitateq; motus duo sint cõsideranda, videlicet infinita duratio, & vniformitas regularis, illud ad scripsit superiùs Aristoteles immensitati vnitatis, hoc autem nunc attribuit eius immobilitati: inde enim prouenit, vt actione eius sint inuariabiles. Posterior verò consideratio est, quòd hac ea E dem decausa, qua hic constituit primũ motorem esse immobilem, ut motus primi mobilis sit vniformis, constituit & 12. metap. tex. 44. & infra, substãtias etiam motrices aliorum orbium, quæ contra motum primi mobilis ab occidente in orientem proprijs singulorũ motibus eos reuoluunt, immobiles esse pariter motu physico: licet infinita virtus non sit illis necessaria, sed satis est virtutibus pollere indefessis, quia non sunt potentes efficere infinitũ motum per se (vt supra declaratum est) mouendo infinitum mobile, sicuti posset id primus motor, si talis motus es- F set possibilis.

Nota. 1.

Nota. 2.

Determinatis autem his manifestum est, quòd impossibile est primũ mouens & mobile habere aliquam magnitudinem, si enim magnitudinem habet, necesse est aut finitam ipsam esse, aut infinitam. Quod igitur infinitam non contingat magnitudinem esse, ostensum est priùs in physicis. Quòd autem finitam impossibile est habere infinitam potẽtiam, & quòd impossibile est à finita moueri aliquid infinito tempore, demonstratum est nunc, primum autẽ mouens perpetuo mouet motu, & infinito Tex. 86.


nito

A nito tempore. Manifestum itaque est, quòd indiuisibile est, & impers, nullam habens magnitudinem.

¶ Concludit itaque in hoc postremo textu, primum mouens, quòd immobile est, esse incorporeum, & impartibile. Resumit autem, quòd immobile est, propterea quòd si mobile esset motu physico, oporteret habere magnitudinem. Et ideo in propinquis supra uerbis ostendit esse immobile. Quod igitur sit impartibile, patet nam si haberet magnitudinem, uel illa esset infinita, uel finita: non primum, quia demonstratum est in lib. 3. B impossibile esse infinitum magnitudine. Quòd autem non sit finita, probat hoc syllogismo. Infinita uirtus esse non potest in magnitudine finita: uirtus primi motoris est infinita: ergo non potest esse in magnitudine finita. Prior præmissa supra probata est text. 79. & posterior in text. 78. eò quòd perpetuò mouet tempore infinito, & posset efficere motum per se infinitum: fit ergo consequens impartibilem esse primum motorem: qui est Deus per infinita sæculorum sæcula omni adoratione & cultu æstimandus.

Finis expositionis Octaui Physicorum.


IVVENTVS.
RENOVATA



Fris Pauli Bremaschi di Crema

KONSERVIERT DURCH
ÖSTERREICHISCHE FLORENZHILFE
WIEN 1967